Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

3ghg

ANNVAE LITTERAE SOCIETATIS IESV.

ANNI M.DXCVII.

PATRIBVS FRATRIBVSQ. SOCIETATIS IESV.

Biblioteca Angelica

NEAPOLI,
Ex Typographia Tarquinij Longi. M.DC.VII.
Cum Licentia Superiorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNVAE LITTERAE SOCIETATIS IESV.

ANNI M. D XCVII.

PATRIBVS FRATRIBVSQ. SOCIETATIS IESV.

Gratia, & Pax, Christi Domini;

PROVINCIA SICILIA.

MVTILAM dare cogimur Epistolam anni millesimi quingẽtesimi nonagesimi septimi, quatuor prouinciis omissis, quarum litterae desideratae sunt: duarum remotissimarum, Peruuij, & Philippinarum; & duarum omnium proximarum, Romanae, ac Neapolitanae. Reliquae juns

Digitized by Google

Italicae prouinciae tres, quarum Sicilia domicilijs sexdecim, sexdecim supra quadringenta capita numerauit. In Panormitana Professorum Domo, & Vrbis eiusdem Collegio quadragenos binos: in domo probationis ibidem duodetriginta: in Mamertino Collegio vnum supra nonaginta: in domo probationis eiusdem Vrbis triginta: in Catinensi Collegio duos, & viginti: in Calataieronensi, & Monteregalensi octonos denos: in Drepanitano, & Biuonensi septenos denos: quinos denos in Mineensi, Marsalensiq.: tredecim in Rhegino: vno minus in Melitensi: in Calatanicetana sede quinque. E viuis excessere sex: admissi ad nostrum Institutũ nouem, & viginti.

PANORMVM.

PANORMITANA Professorum domus percommodo aucta est aedificio; noua absoluta aedium parte, valde ad amaenitatem, & salubritatem opportuna: Speciosa ambulatio, multis dextra leuaq. cubiculis, aequis inferuallis, excitatis. In ea commode excepti Patres sunt; qui huc e suis quisque sedibus ad Conuentum Prouincialem conuenerunt. Quo tempore non Ciuitatis modo, sed totius etiam Siculae nobilitatis liberalitas egre-

Digitized by Google

egregie erga nos perſpecta eſt. Nam ad impenſam leuandam, certatim & Ciuitas ipſa, & viri quique Principes è toto Regno, pro ſe quiſque tantum ſubmiſerunt; vt multum, quod in noſocomia, & carcerem diſtribueretur, redundarit. Aurei præterea trecenti quinquaginta ad nos viri pij teſtamento venerunt. Expromptae etiam à concione in vſus alios eleemoſinae aliae. Coenobio mulierum, quae ſe à turpi vita receperunt, ducenti quinquageni annui aurei impetrati. quingenteni item annui orbis virginibus matrimonio iungendis conſtituti. fructibus item concionum tribuitur, quod vir non obſcuri nominis, vt Chriſti nuditatem tegeret in pauperibus, ſuis ſe ipſe veſtibus nudauit, & quidem magni pretij; cum pallium ſolum ducentis minimum aureis aeſtimaretur. Decem ab infami lucro mulieres ſe recepere; & aut matrimonio iunctae, aut clauſtro paenitentium exceptae. Ex impuro grege quaedam e noſocomio reparata, quam perdiderat, valetudine, inopia cogente, iterum & ſuum, & paruae natae pudorem proſtituere cogitabat. cui malo ante quam emitteretur, à noſtris, obuiam eſt itum. Cephalædicim opidum Epiſcopi eius dioeceſis rogatu Sacerdos è noſtris profectus, praeter vſitatas noſtrarum mi-

Digitized by Google

nisteriorũ vtilitates, duas clausſtralium familias, virorum alteram, alteram mulierum, magna Epiſcopi voluptate, ad ſanctiorem diſciplinam reuocauit.

In Collegio diem ſuum obiere duo, P. Iosephus Vernagallus, annos natus tres, & ſexaginta, quorum tres & triginta magno ſemper humilitatis exemplo egerat in Societate. Panormi hic nobili loco natus, viam ingreſſus adoleſcentiae, ea ſtudia ſectabatur, quae adoleſcentes nobiles & locupletes tenere ſolent. A ſumma illa errorum inanitate, ſumma cum totius Ciuitatis admiratione, iam grandis, & clarus inter ſuos, concionibus olim P. Hieronymi Otellÿ ad meliora ſtudia conuerſus, mutata mente, coepit ſuorum inſtitutorum rationem reprehendere; conſiliaq. nouae inſtituendae vitae agitare. Haec cum animo verſaret, eo conſilio veteres familiaritates, vnaq. cum amicis nota ſibi loca frequentabat; vt veniam eorum, quae inter aequales, in ijs ipſis locis, contra diuinam legem deliquerat, ab ijs peteret, illorum pedes, atque ipſam humum, in qua deliquerat ſaepius oſcularetur. Quid quid olim pecuniae à filijsfamilias, aleae, ludisue alijs perceperat, ſingulis redhibuit. Ea denique nouorum ſtudiorum, & mutatae voluntatis ſigna dedit; vt alij eum inſanire di-

dictitarent, alij, tam insigni permoti pietate, ad modestiorem se viuendi rationem referrent: studiumq. pietatis accuratiorem susciperent, & concionem, Ottelijq. familiaritatem studiosè frequentarent. Ipse demum triginta natus annos in Societatem nostram cooptatus, ea semper vixit pietate, & religiosa animi demissione, quae fuit tam insigni vocationi consentanea. Eius obitum paucis diebus antecesserat fratris adiutoris obitus Matthaei Gerardi Lilybetani. Is, cum ei medicus instare mortem denunciasset, lætus sacrum illud carmen exclamauit: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. vt tanta animi laetitia ceteros ad studium bene moriendi excitare videretur.

MAMERTINVM Collegium.

IN Mamertino Collegio florenti adhuc aetate decessit Petrus Carus Drepanisanus, qui vitae compendio sua virtute longam aetatem compensauit. Sociorum operam Societatis muneribus exercendis de more exstitit egregia: sed illa superiorum annorum litteris minus nota. Mancipiorum ingens numerus, qui impio relicto Mahomete Christia-

Digitized by Google

na sacra susceperè, studiosè admodum à nostris Christiana pietate imbuuntur, insigni fructu opere: Nam & nostros piè admodum obseruant, libereq. se illorum fidei committunt, monitis parent, pietatem colunt, sacramenta frequentant; plusq: nostris sacerdotibus in seruitute quam debent, praestanda, quàm proprijs Dominis obtemperant, consilia communicant; eo vsque, vt male accepti, neque fugam cogitare audeant, nostris inconsultis. Eorum quidam cum telo succinctus incedere solitus esset, iussus à nostro sacerdote illud ponere, magnum vitae periculum adiuit. Nam cum inermis ab inimico stricto gladio peteretur, humi prostratus, veniam petijt per Deum: se patris imperio (& certum nominatim patrem indicauit) armis exutum, non posse iniuriam arcere. Sed Diuina hunc prouidentia tegente, permotus religionis reuerentia iratus inimicus impetum retinuit. Extitit de more Principum virorum egregia in nos beneficentia; Principis praecipue Scylensis. qui cum alias semper nobis munificum se praebuit; tum hoc anno ad nostram fabricam lignorum magnum numerum, quingentorum aureorum aestimatione nobis dedit. E Parthenia Sodalitate tres in nostram Societatem cooptati. multa ex omnibus paenè Colle-

Digitized by Google

legijs Missiones vberes de more in horreum Dominicum fruges conuexere. Sed quod tota res superiorum annorum litteris est nota, si quid erit, aut aliqua dissimilitudine quasi nouum, aut vtilitatis magnitudine praecipuum; id tantum cum in hoc, tum in alijs Collegijs, attingemus. In opido non exiguo, quo nostri venerunt, coenobium sanctimonialibus exstruebatur: sed popularium diffidijs tota res impediebatur. nostrorum sermone ita discordia sedata, vt ardor ingens cunctorum animis iniiceretur, Ciuitas ex aerario ad eam aedificationem mille & quingentos aureos assignauit: priuatimq. pro se quisque multi multa contulerunt. multae quoque ibidem pacificationes conciliatae.

DOMVS PROBATIONIS Mamertina.

DOMVS Probationis Mamertina vnum misit ad superos Vincentium Morellum ad domestica munia admissum. Duos hic in societate filios ante habuerat: vtroque suae vocationis munere perfuncto; ipse haud ita multo post vxore viduatus filiorum vestigia sequi constituit: admissusq. in societatem hoc anno tertiae rei caussa missus

in

in patriam, cum in carcere inopes eleemosina iuuaret, tertium è filijs, qui eodem carcere tenebatur, offendit. à quo rogatus vt sibi opem ferret, ita nullo sensu fuit erga prolem; vt negaret sibi homini religioso licere publicam causam suscipere. posse ipsum, si vellet, quando illius rei causa venerat, ex ijs, quae inopibus afferret, partem capere; plura praestare non esse sui iuris. Hac religionis integritate adhuc tiro, ad emeritae militiae stipendia properauit. Qui hic ad probationem sunt admissi ad sexdecim peruenere.

Tertiani Sacerdotes, qui in hac domo exercentur, variis excursionibus rei Christianae operam nauarunt. Magni ad aquas quasdam, quas salutares repente factas esse, rumor dissiparat, concursus fiebant aegrotantium. aberat locus decimoquinto milliario Messana. Rei nouitas admirationem faciebat. neque aberat suscipio superstitionis alicuius, fama vulgante, in iis Sanctimoniae aliquid inesse. Ad auertendum errorem Patres illuc profecti aegrotis suasere peccatorum confessionem. Ita enim certa spe animi vulnera sanari. Morborum curationes non esse à miraculis petendas. Aegrotis per confessionem expiatis; & quantum fieri potuit, salutariter edoctis, ne ipsorum vulgata commoratio concursus maio-

res

Digitized by Google

res excitaret, inde discessere. Institutæ alibi sodalitates tum nobilium, tum plebeiorum; & scholae Christianae doctrinae constitutae fuitq. vbi publica pecunia Clericis assignaretur, qui festis diebus Christianam doctrinam rudes edocerent. Circulator ex iis, qui inducta persona in compitis agunt histrionem, in concione castigatus, ita in posterum coepit multitudinem dicacitate tenere, vt à petulantia sermonis, & obscenitate verborum abstineret. Vir nobilis, prima audita peregrinantis sacerdotis concione, concubinam, quam biennio aluerat, propinquis remisit cum dote: caelumq. eo consilio mutauit, vt non ante in patriam rediret, quam mulierem accepisset esse matrimonio coniunctam.

MONTIS REGALIS & reliqua Collegia.

TVLIT & Monteregalense Collegium fructus suos, sed consuetudine iam notos: fuit tamen admirationi Ciuitati, hominem vitæ solutioris, nostri Sacerdotis monitu mores correxisse; concubinam, cum qua diu vixerat, sibi matrimonio iunxisse. Socii duo, & afflicta valetudine, ad hanc caeli salubritatem missi, morbo naturae superante auxilia, bu-

Digitized by Google

humanis concesſere. P. Natalis Alcala, Syracuſanus, Romae in Societatem cooptatus erat, reparandae cauſa valetudinis miſſus Syracuſas, nullum patrij caeli ſenſit beneficium, tentata eſt altera caeli mutatio, ſed nihilo euentu meliore. in ſaluberrima caeli temperie eſt lenta, pertinaciq. tabe conſumptus. vir in diuinae rei cauſſa laborandi apprimè ſtudioſus, qui attritus morbo, deſtitutus viribus, animo contra vim morbi conniteute, ſtrenue, quod vnum poterat, audiendarum confeſſionum laborem, & demandatum excipiebat, & vltrò etiam magna animi alacritate ſubibat. Alter Franciſcus Munda Calataieronenſis, magnae expectationis adoleſcens. qui peracto Philoſophiae ſtadio Rhetoricam biennio cum docuiſſet, in ſolemnem prope iam lectionis indolis adoleſcentium morbum incidit. putabatur huius loci ſalubritas certum paene perfugium, quo cum ſe Meſſanam recepiſſet, remiſit quidem aliquandiu morbi vis. ſed mox recrudeſcens, ſpes, quas de tanta indole boni conceperant, extinxit.

DREPANI ipſo octauo à Paſcha die in nouum templum, & ſi adhuc inchoatum, ſed tamen vetere minus incommodum, eſt demigratum, magna procerum frequentia, Vicario Drepanitano rem diuinam faciente.

Rei

Rei nouitas celebritatem, celebritas nostrorum auxit labores: nullus vt otio locus relinquatur. Institutae huius quoque Collegii missionibus in amplo opido & celebri sodalitates tum nobilium, tum opificum, scholasticorumq. vtiles fecere nostrorum hominum peregrinationes.

Orbe toto iampridem notum est, quanta pietate CATINENSES Clarissimam Virginem, ac Martyrem S. Agatham ciuem suam prosequantur. Sacrum illius corpus in aede primaria summa religione asseruatur. Ostenduntur adhuc in vrbe loca ipsius cruciatibus martyrioq. illustrata, quae olim magna religione colebantur. sed, vetustate omnia obliterante, indicabantur tantum: ruinis vero, situq. obruta nullo honore afficiebantur. Erat ea res dolori bonis. nostri praedicatoris opera factum est, locus vt expurgaretur, squaloreq. deterso, ad decentem nitorem, dignumq. cultum reduceretur. Ita demum loci Sanctitas, & vetus religio sacris monumentis restituta; diesq. anniuersaria instituta, quae publica religione, solemni ritu celebretur quarto à Pascha die: quo die primum eo in loco noster Sacerdos de renouata religione verba fecit. In hoc Collegio diem suum obiit trigesimo aetatis suae anno vnus è Fratribus Vincentius

Digitized by Google

tius Francus Melitensis, magnò, & quandiù vixit, religionis, & in morbo eximiae patientiæ exemplo. Eius loco tres in Societatem cooptati.

BIBONE *miserandus flagitiosi hominis exitus multis saluti fuit. Cum meretrice hic annos multos vixerat; neque eam ab se amittere vnquam in animum induxerat. quinetiam, ne id facere cogeretur, nostrorum congressiones, colloquiaq. deuitabat. res erat insigni infamia, & omnibus inuisa. Forte contigit, vt nostri sacerdotis congressum aliquando vitare non potuerit. Interpellatur acriter de turpi vita relinquenda, eae adhibentur machinae, quae vel diriſſimi pectoris hominem percellerent: non plus proficitur, quam cum alpes ventorum flatu pelluntur. Non idcirco hastas pater abiicit. nactus igitur occasionem, hominem iterum adoritur: tremendum Diuini Tribunalis iudicium proponit: mortem in singula momenta imminere: & tum maxime adesse, cum minimè expectatur. Nihilo se faciliorem præbet, quam antea praebuerat; quin etiam peruicaciorem, contumacioremq.: vsque eo, vt etiam nostro sacerdoti perniciem minitaretur, si se de ea re tertio interpellaret. Sed debebatur documento aliis tam obdurata pertinacia.*

Ea

Ea ipsa, quae hunc sermonem insequuta est nocte, miser in sinu meretricis interficitur. Perculit euentum triste ciuitatem vniuersam; eosq. maxime, qui id genus flagitiis tenebantur. Sed quis Diuina valeat iudicia metiri? flagitiosius adhuc alius peccauerat: & diuturniore duritia videbatur ad correctionem minus aptus: & tamen hunc diuinae miserationis oculus respexit. Triginta ipsos annos hic impudica muliere vxoris loco vsus erat, quam aetate iam deformatam ab se remouerat; eiusq. filiam sibi ipsius loco substituerat, cum eaq. vndeuigesimum iam annum viuebat: cum collegae horrendo interitu admonitus; & graui, pertinaciq. nostrorum monitione victus, muliere dimissa, ad sexaginta prope iam annorum confessionem, qua toto illo tempore carnerat; & ad meliorem viuendi rationem se recepit; muliere ex vrbe amandata; ac, ne in idem incidat periculum, in tuto collocata. Tres praeterea mulieres infami lucro multis annis assuetae, eodem perculsae pauore, non modo nostrorum hortatu è turpi caeno emersarunt; sed etiam quidquid flagitiosa prostitutione consequutae erant, in pios vsus erogarunt. Non fuerit inutile tam tetra exempla euulgasse. Siquidem diuina prouidentia, ad aliorum eruditionem ea permisit euenire.

Excur-

Excursionibus nonnullis perniciosum errorem rudes homines dedocti qui veneficarum fallaciis decepti, fornicationem nullam, ne leuem quidem culpam habere coniunctam sibi persuaserant. Nempe his doctricibus adhuc eguerat theologia. Ii tanto paenitudinis sensu lachrymisq. confessionem tam longi temporis peregere; vt appareret eos Diuino instinctu penitus esse commotos.

SIRACVSANVM Collegium ære alieno, aliisq. domesticis difficultatibus leuatum est, beneficentia maxime piorum ciuium. In iis femina moriens, vix nostris nota, ducentos quinquaginta numos aureos Collegio legauit; multa haeredibus adiecta, ni statim pecuniam repraesentent. Excursionibus ad proxima opida in monialium coenobium ardens illatum studium obedientiae, & paupertatis Euangelicae. Quarum virtutum ante nomina nota esse potuerunt, vsus & consuetudo intractata. Nunc nostrorum hortationibus & vna omnes communi victu, communiq. vti cultu instituerunt, & subinde ad Antistitae pedes abiectae nouas obediendi occasiones sibi dari postulant.

MENENII siue vt superiorum annorum notant litterae Minei maximum incendium restinctum est, quod Ciuitatem vniuersam

perua-

Digitized by Google

peruadebat; multosq. iam absumpserat, cum magno fortunarum suarum naufragio. Malum à caussa religionis, vel quae speciem habere videretur religionis ortum, ad priuata dissidia, odia, inimicitias, pranasq. contentiones, & nocendi studia peruenerat. Tria sunt in hac Vrbe templa praecipua. orta controuersia est, cui potissimum eorum primariae Ecclesiae nomen tribuendum esset. nam ante non videtur id honoris nomen huc, neque momentum penetrasse. vnumquodque eorum id sibi tribuēdum contendebat: & habebat vnumquodque è ciuium numero patronos suos. Haec de Ecclesiae honore altercatio ciuium studia in factiones distraxit. Inde ortae inimicitiae, litigia, accusationes, calumniae inter priuatos: adita Tribunalia, crimina grauia intentata, fatigati iudices, non huius Regni tantum paenè omnes, sed etiam Romanae Curiae. damna fortunarum tanta, quanta incensa odijs litigia longo tempore afferre solent. Quatuordecim ipsos annos malum, ne interuentu quidem magnorum procerum domari potuit. Vnius tandem nostri Sacerdotis opera, viri primarij, qui communi concordiae obstare credebantur, reconciliati. Ii in pacis fedus consentientes, Ciuitatem omnem ad concordiam traxerunt, tanta omnium laetitia; vt qui alijs o-

Digitized by Google

minibus simultatem exercerent, & ipsi cum inimicis in gratiam redirent. Celebrata est pacificatio publica laetitia: & non publicis tabulis solum perscripta, sed marmoreo monumento, rei totius seriem exponente, publicis litteris incisa. Impetrata a Prorege litigiorum omnium, & publicorum actorum rescissio. Roma expectabatur à summo Pontifice Ecclesiasticarum innodationum liberatio. Videtur Diuina bonitas luculentis signis declarasse, ciuium sibi concordiam probari. Siquidem post initam pacem anniuersario die festo Sanctae Agrippinae Virginis, cuius in tutela ciuitas est, multi a Daemone obsessi cum de more illo die huc confugiant, liberati sunt.

CALATAIERONE P.Iosephus Alagona breuem hanc cum sempiterna vita commutauit. quem quanti faceret vniuersa ciuitas, honore funeris declarauit. Audito enim nostrae campanae sonitu, ad eius exitum è vita indicandum, statim ex aliorum coenobiorum templis sacra aera responderunt: & frequentes viri primarij, alijq. aliorum ordinum cum facibus ad eius cohonestandas exsequias adfuere. Erat ille Syracusis nobili loco natus Anno CIↃ IↃ LXXXIJ. e B. Virginis fodalitate magna animi constantia venit ad societatem. indicant id eius anni litterae in Collegio

legio Syracusano. Mors magna pietate obita, & admirabilem eius vocationem, & vitam, magno exemplo actam cohonestauit. Data est opera per nostras, vt aegroti pauperes medico medicinaq. destituti subleuentur; atque ad id annua pecunia ex aerario assignata. Praeditaeris opera item effectum, vt ad argenteam thecam, qua sacrae S. Iacobi reliquiae clauduntur, aurei mille conferrentur. Ciuitas cum alias semper, tum hoc anno praecipuè se liberalem nobis praebuit. nam & vniuersum aes alienum nobis dissoluit; & vestem ad fratrum indumenta publico aere coemit. Domesticum praeterea nostrum auxit instrumentum. Omnino sexcentos aureos nobis dono dedit: septingentos praeterea ad fabricam adnumerauit.

MELITAE ad alias statis in locis haberi solitas, accessit hoc anno concio Gallica, Gallorum gratia, quibus abundat ordo Hierosolymitanorum.

MARSALENSE Collegium tres Societati dedit adolescentes, scholasticos duos, coadiutorem vnum. multi bonae indolis adolescentes consilij eiusdem maturitatem opperiuntur.

Digitized by Google

PROVINCIA MEDIOLANENSIS.

NONAGINTA duos supra ducentos Prouincia Mediolanensis numerauit nouem domicilijs, & aliquot Missionibus distributos. Domo Professa Mediolanensi quadraginta. Collegio eiusdem ciuitatis octoginta quinque. Collegio Ienuensi triginta. Taurinensi viginti quinque, Vercellensi sexdecim. Monteregalensi tredecim, quindecim Nouocomensi duabus Probationis Domibus, Aromensi viginti septem, Ienuensi vnum & viginti. Varijs in Missionibus versati sunt, Cremonae septem, duo Alexandriae, Niceae in Prouincia totidem, quatuor in subalpinis vallibus, bini in singulis. Admissi in societatem duodeuiginti: e viuis excessere sex.

PROFESSORVM DOMVS Mediolanensis.

MEDIOLANI ad Professorum Domum adiuncta vicini domus est quae nostras aedes comprimebat, eratq. impedimento, ad laxandum aedificium, nouaeq. domus aedificationem instituendam. ad eam rem iudicio aequis conditionibus transigendam, magno nobis adiumento fuit, & Regij Consilij auctoritas, & Comitis stabuli Castellae, qui pro Rege Catholico Praetor rem Mediolanensem administraret, egregia in nos beneuolentia. In eam cum primum immigrauimus, initium aedificandi factum est. Calend. Nouembribus primum lapidem in fundamenta Praetor ipse iecit, praesente, & gratulante senatu ciuitatis, cum virorum nobilium magna manu. eiusdem Praetoris opera factum est, vt ad aedificationē ex pio quodam legato mille aurei atri buerentur. Fructus quae Societatis ministerijs hic collecti sunt, vt alijs in locis, quia longo vsu noti sunt, omittuntur. illud, preter cetera, dignum memoria. E Virginibus quae caelestis sponsi nuptias adamarunt, vna fuit egregia forma, & insigni probitate. haec ad nuptias a viro primario expectabatur, sponsione viginti

millium aureorum, ad dotem adjiciendorum. sed vil tanti fuit, quod tam à Christi cultu auerteret. Excursiones duæ fuerunt ad loca subalpina, qua Italiæ fines a Germania dirimuntur. magna messis, & ingentes manipuli reuecti. Nouocomensi Episcopo dioecesim obituro sacerdos ex hac domo comes datus. Tres menses in eo opere vexatus est. Loca adita, quæ, quod in Heluetiorum diuine sita sunt, neque nostra, neque patrum memoria, Episcopus vnquam vllus adierat. ferme enim à Magistratibus hæreticis negantur: & Episcopos Ecclesias inspecturos, aut accessu prohibent, aut non nisi pecunia expugnati accedere permittunt. Inscitia diuinarum rerum, & Diuini cultus negligentia, quanta in montanis populis ac rudibus, omni disciplina destitutis esse potuit, vt ne peccata quidem enormia in culpa ponenda esse scirent. Duodecim tantum à tot millibus montanorum inuenti sunt, qui sacrum Confirmationis chrisma suscepissent. hinc cetera conijcias. hæc tanta sacerdoti nostro rubigo deterenda fuit; & religionis cognitio in tam vastam syluam inducenda, concionibus, catechesibus, priuatisq. colloquijs habendis, confessionibus audiendis, diurnis, nocturnisq. operis continuandis. Et quamuis locorum asperitas, & incolarum inopia nequitiæ ministros,

Digitized by Google

uiſtros, haereſeon ſatores, homines auaros, & ſua commoda quaeuentes, ad decipiendas animas non multum allicias, ſeu potius abſterreas; quo naturae beneficio factum eſt, vt minus corrupta ſteterit religio: nonnulli tamen lubenter ſano infecti tabo ad ſanitatem fuere reuocandi.

COLLEGIVM Mediolanenſe.

OBIERE e Collegio Mediolanenſi duo Fulgentius Alemannus, & Philippus Terragus, hic Rhetoricae, ille Theologiae ſtudioſus: Mediolanenſis vterque, & phthiſi vterque magno exemplo patientiae, aequanimitatis, pietatis in diuturno morbo conſumptus, vt nihil, niſi de Deo, deq. aeternis bonis vel loqui, vel audire nellent; atque in cogitatione de morte, laetitia geſtirent.

IENVENSE & reliqua Collegia.

IN Collegio Ienuenſi pars aedificij, quae biennio ante extrui coepit, ad tectum perducta eſt. triginta cubicula perfecta breui laxam praebebunt habitationem. Sacra ſupellex argentea theca, ad caput vnius è S. Placi

Digitized by Google

dis in martyrio comitibus condendum, ponderis permagni, & operis egregijs aucta est: idq. totum piorum amicorum liberalitate. Ceterum domi forisq. varijs excursionibus operarum fructus extitit egregius. Lustrata ora vtraque Liguriae, & interiora montium magno peregrinantium labore, & incolarum bono peregrata.

TAVRINI Bartolomaeus Borgarellus vir iam grandi natu, publicus olim in Taurinensi Accademia Iuris ciuilis professor, sed quod non ita pridem in Societatem cooptatus esset, non dum sacerdotis honore insignitus, Mediolano reparandae caussa valetudinis huc in patrium caelum missus, in patriam hinc caelestem emigrauit. Intima lentaq. tabes patientiae, humilitatis, aliarumq. virtutum in eo luculenta edidit exempla. Et quidem extremum sibi tempus instare vel praesensit, vel praesagiuit. Siquidem die Dominico cum de more Eucharistiam sumpsisset, nec solito grauius haberet, repente P. Rectorem magna contentione rogauit ad se accersi, a quo petijt, vt solemnibus precationibus emigrantem sensim animam Deo commendaret. atque inter sacras preces, quasi placido sopore obrepente, aeternae quietis compos factus est. Eius funus viri primarij, & Academiae professores cohonestarunt.

Quod

Digitized by Google

Quod attinet ad operam, videtur Diuina bonitas vim Sacrarum rerum vicinis haereticis ostentare voluisse. femina magna partus difficultate angebatur. haec in vitae discrimine nostrum acciri iubet sacerdotem; factaq. confessione peccatorum, feliciter incolumem incolumis & ipsa, fetum edidit. Nostrae disciplinae discipuli aliquot graui afflicti morbo decumbebant. eos vnus inuisit è magistris, religiosum panem è benedictione Sancti Nicolai Tolentinatis, cum precatione rite illis praebuit; ac quotquot eo pio amuleto vsi sunt, paullo post conualuerunt. in vsq. vnus, de quo iam paene conclamatum erat; ita multis, grauibusq. morbis opprimebatur.

MONTEM REGALEM, qui Mondeuius vulgò nominatur, antiquum Collegium triginta annorum interuallo recepisse superioris anni litterae docuerunt. Hoc anno tertius est additus Magister. studia statо tempore solito cum apparatu repetita: habita publica Oratio: magna carminum vis, emblematum, variorumq. argumentorum speciosa, & honesta ostentatione explicata. Datum etiam drama, Mors triumphata, magna spectantium probatione. Additus etiam quaestionum de conscientiae caussis interpres; qui binas hebdomadis singulis principi in templo clero scholae

ex-

explicat: Ceterum opera superiore anno instituta, concio in primario templo, sacramentorum frequentia, sermones ad Virginum coenobia, hospitalium domorum frequentatio, ac Doctrinae Christianae explicatio cursum suum tenent. Quibus officijs egregie respondet ciuium benevolentia; & pro copia etiam liberalitas, in augendo praesertim sacro apparatu. Sed praecipue Serenissimi Sabaudiae Ducis cura, vigilantiaq. perspecta est: qui e Castris litteras amoris plenas ad nos dedit, quibus felicem Collegij progressionem gratulatus, subinde se certiorem fieri de statu rerum postulauit. pecuniam etiam ad emendam domum superiore anno promissam, quamuis belli immensis sumptibus grauatus, transmisit.

De sacra B. Virginis imagine, in vico extra vrbem sita, miraculorum multitudine illustrata, scriptum est etiam anno superiore. E nostris sacerdotes duo ibi residem, aduentantium confessionibus excipiendis. quo in opere ita distinentur, vix vt pares sint labori. Quatuor & sexaginta homines partim summis periculis, partim morbis insanabilibus, voto nuncupato, liberatos exceperunt. Omnemq. rerum seriem, ad historiam certa fide conscribendam, in codicem retulerunt. Est ibi ad vitae finem vsque diei versatus durissimus laborum perpessor

pater P. Ambrosius Morescus Astensis, hic, quamuis imbecillo corpore, & afflicta valetudine, sanguinis subinde ex aperta in pectore vena erumpente; magno tamen semper animo, vt bene validus, bacchabat operi. & cum facultas esset in commodiore domo habitandi, maluit asperrima hieme in male sarta casa, omnibus ventis peruia degere, quo citius, commodius q. peregrinis sacram aedem adeuntibus praesto esset. magno semper zelo flagrauit animarum, & ardore in diuina caussa laborandi, suorum commodorum semper aduersarius. vt cum in Missionibus versaretur, quibus magno cum fructu adductus fuit, de quotidiano sibi detraberet demenso, vt inopibus benignè faceret. nunc praemium speramus laborum suorum & aerumnarum consequutum: Non erit inutile callidas veteratoris artes in integerrimae Virginis perniciem referre. Hanc per ministros primum adolescentes petulantes, ad pudicitiae florem corrumpendum pretio adducere conatus est. cumq. licet esset inops, magnis tamen pollicitationibus sollicitata, non moueretur; Angelum se lucis esse mentiens, modo Gabrielem Archangelum, modo ipsam B. Virginem nominabat: suam se ei pulchritudinem obiecturum promittebat, modo ad certum locum se conferret: (erat is locus tuen-

dae

dae pudicitiae parum tutae nostro templo, nostrorumq. consuetudine abstineret: certum alium opportuniorem fore ducem ad virtutem: haec secum tacita haberet; nec cuiquam diuina arcana, ne sacerdoti quidem, quo vteretur ad confessionem, euulgaret. His minas varias, pollicitationesq. admiscebat. Si quando ad confessarium consilij causa se conferret, eam in itinere, serpentis obiecta specie, varijsq. terroribus distinebat. domi etiam verberabat; occultaq. vi acerrimis cruciatibus eam, quasi ferreis mucronibus compungeret, ac vulneraret, perurgebat. tum illa quotidiana erant, coronam illi precatoriam suffurari, lectum euertere, panem e manibus extorquere, pelues aquae plenas effundere: conatus est eam aliquando in puteum deijcere. neque in templo ab infesta bellua quies erat; quin ei modo blandus, modo terribilis appareret. nimirum vt hac alternatione & crebritate, modo placidarum, modo horrendarum specierum fatigatam ad desperationem, ac pudoris abiectionem adigeret. Sed mens Deo nixa contuti potuit; prosterni non potuit. fide in Deum, Sacramentorum, & spiritualis patris obedientia foeda tandem ab se monstra abegit.

VERCELLIS Augustinus Vulpius, vnus e primoribus Ciuitatis, qua viuens beneuolentia

nos

nos, nostraq. omnia complexus est, moriens testatam omnibus esse voluit. Tantam enim pecuniam post coniugis, filiaeq. obitum huic collegio legauit: vt non modica accessione speremus ipsius vectigalia auctum iri.

ALONAE ad pacem cum inimicis faciendam, omnemq. iniuriam condonandam, qui multis nostrorum hortationibus fatigatus, silica durior pernicacissimè restiterat, obiecto horrendo spectro, est adductus. is enim, dum in lecto iacens, de vlciscenda iniuria cogitaret, igneum videt in se monstrum, tanquam sibi faces compressurum, insilire. territus subito aspectu, se crucis signo munit: diuinam inclamat opem: memorq. piorum monitorum, omnem ex animo iniuriae memoriam eiecit. ista obscena species euanuit. Crediderim id datum precibus nostrorum de illius salute Deo supplicantium.

MISSIONES.

ALEXANDRIAE ab anno nonagesimo tertio res à nostris magno cum operis fructu versatas esse, superiorum annorum literae docuerunt. Videntur anno nonagesimo sexto recessisse: hoc anno multis ciuium precibus eadem repetita missio est, sed quod extre-

mo anno eò redierunt, quae inde percepta sint vtilitates, insequentis anni litterae scribere debebunt.

Adita etiam CREMONA *est ab anno nonagesimo quarto: operae pretium superiores continent litterae. Elapsa demum admodum die, nostri hoc anno reditum parabant, cum ciuitas nostri studiosa, per vnum è sacris purpuratis Romae à P. N. Generali impetrauit, vt adhuc apud se manerent. Labores, & laborum fructus, idem, qui superioribus annis scripti sunt.*

NICEAM Prouinciae ciuitatem, viri primarij rogatu hoc anno Sacerdotes duo nauigarunt. Nam valde obuia ciuium voluntate fuit excepti. Occupauerat ciuium animos illa persuasio nostros homines alienas pecunias auertari. Sed perspecta illorum modestia, frugali victu, assiduitate operae in hominum salute; neque quidquam praemij sibi quaerere, neue accipere, praesertim cognita doctrinae magnitudine, suspicio vertit in admirationem. itaque iam grati omnibus, ita calent in opere, vt plus laborum, quam opum commodorumue superfit.

MISSIONES in valles Pedemontanas superiore anno institutae, continuantur: & est consilium eas non omittere, donec haereticis ex-

Digitized by Google

exterminatis, catholica religio constituatur. Res felici cursu, Dei beneficio procedunt, nisi tumultus bellici multa interturbent.

STYRIANA vallis, in qua Fustiona oppidum antea abominandum omnium impietatum receptaculum, diuino beneficio paene reformata est. in ea nostri adhuc residunt, & quamuis, adulta iam aestate, raptis indutijs inter Francum, & Sabaudum, bellum subito coortum, omnia circa loca metu compleuisset: statuere tamen nostri stationem non deserere, ne infirmos catholicos, non ita pridem ad fidem traductos in aperto salutis discrimine relinquerent. Auxere timores crebrae in vicinos montes hostium excursiones. sed exacto autumno proximi periculo fuere, hostibus quintum decimum iam diem vicina loca obtinentibus: vt in horas singulas irruptionem huc facturi viderentur. Iam multi ad tutiora se receperant: sed obfirmarum consilium inde nostri non recedere, nisi postremum eos periculum vrgeret. Superuenientibus demum auxilijs, hostes recepere sese. Ea nostrorum constantia vt catholicos recreauit, ita occultos haereticos adussit. Depulso periculo, supererat tantum Iebusaeus vnus, qui haeresim nondum eiurarat. hic fuga in vicinos montes se receperat. Arcis Demontianae Praefectus milites misit, qui hominem

minem retraberent, illi in oppidum eiusdem prorsus nominis, ac cognominis inciderunt. nati illum ipsum esse, quem quaerebant, comprehendunt, fatetur ille, se nondum ad Ecclesiam redisse: Demontium adducunt: custoditur. Interim is, qui quaerebatur, re melius perpensa, vt sibi, suisq. rebus consuleret, & propinquorum fidem, quos pades dederat, liberaret, nostros conuenit: imperata se facturum, & ad Romanam fidem rediturum pollicetur. nostri ea de re Praefectum adeunt, mirantiq. Praefecto, qui se hominem illum in custodia habere existimaret, sistitur vterque, & errore omnium detecto, vterque cum Ecclesia conciliatur.

DEMONTII, vbi vallis totius Praetor residet, res Catholica bene procedit. Aegrotae feminae duae, quarum altera puella adhuc erat, nota peregrinationis nuncupato ad B. Virginis aedem, quae Mendeuij colitur, ex instantis mortis periculo ereptae magno momento fuere ad catholicos in Sanctorum Caelituum cultu, ac pietate confirmandos. Duo nuper ad fidem traducti cum parocho libentes reconciliati sunt, à quo grauissime ante dissidebant.

Non minus feliciter vallis LVCERNAE res progrediuntur. Quibus rebus hic sacer-

dotes

dotes in fide Catholica restituenda occupentur, superiore anno scriptum est. Quadragesima, Dominicis, festisq. diebus binas vterque diuersis in templis habuere conciones, quibus vitia multa sunt repressa: animiq. ardenter ad paenitentiam inflammati. Tum Catholici in fide confirmati; neque ij tantum, qui opidum Lucernam incolunt, sed vicini etiam, mercatores praesertim, cum è suis quique locis, statis diebus per hebdomadas Lucernam veniunt ad nundinas: quo die, quasi antiquo repetito more Romanorum, ad eos concio habetur. Quin e finitimo quoque Delfinatu catholici multi, Sacerdote deRituti, huc se conferunt, tantum vt diuinis mysterijs cum catholicis interfint. Et cum Pontificium Iobeleum huc perlatum, indicendum esset, dederunt operam Patres, vt vim indulgentiarum accurate catholicos docerent. nihil enim haeretici vehementius impugnant. itaque ingens eorum numerus ad eam expiationem sese comparārunt. in ijsq. aliqui, qui multis annis sacramentis abstinuerant. Et cum supplicatio traducenda esset, in eaq. sodalitas S. Bernardini incederet; sodales nudis pedibus processerunt. & quamquam initio rei insolentia, & metu irrisionis à vicinis haereticis nonnulli retardarentur. cunctationem tamen omnem discussit Sacerdotis nostri feruor.

qui subito calciamentis detractis, in primum agmen, crucem praeferens, processit. excitauit omnium probationem, pietatemq. nouae rei spectaculum: ita vt multis etiam lacrymas excusserit. Est ludi magister, qui aliquot annis ante, ministrum egerat haereticorum. hic fidei catholicae iampridem amplexus veritatem, conuersis studijs, & pueros Christiana disciplina erudit; & quos antea imbuerat erroribus, studet ad veritatem amplectendam reuocare. Sed ad nostrum aduentum maior illi ad pietatem facta est accessio. Octauo quoque die ad sacrosancta percipienda mysteria accedit: nostrorum in rebus omnibus vtitur consilio; egregiumq. se nobis praebet adiutorem. itaque illius opera, & Patrum institutione Lucernenses pueri egregie iam Christianae doctrinae rudimenta tenent. vt spectacula etiam pro captu praebeant subinde opidanis: viciniq. opidi pueros, magno cum vtriusque populi oblectamento, ad se inuitatos ad certamen prouocent.

Haec ad progressionem, & spem rei futurae melioris notanda fuerunt. Pari quoque cura, diligentiaq. in haereticorum salute laboratum. Strenui venatores animarum montes & valles, fide armati obeunt magno animo, puero vno duce, vt haereticos conquirant; illorum

adeant

Digitized by Google

adeant conciones, cetibus se inserant, errores confutent. ministros ipsos vel cum vitae periculo adeunt, lacessunt, redarguunt. & quãuis vbique ludibrijs, conuicijs, probrisq. explodantur; plagis etiam nonnumquã excipiantur, non tamen animos remittũt. & iam illorum victi constantia, contentioneq. disputandi, aliqui ad veritatis lucem oculos aduertunt. non pauci haeresim deseruerunt. alij de falso dubitare dogmate coeperunt: alios auitae iam tenet religionis studium, si id consequi sine fraude possint. & hos aliquando Diuina Bonitas respiciet.

DE VALGRANO opido, Valleq. Grana, quae cum opido idem nomen habet, dictum est proximis litteris. sed quoniam extremo anno eo profecti nostri sunt, primordia, & prima tantum iecere rerum fundamenta, cum in opidum recepti concionibus, priuatisq. disputationibus Catholicam religionem asserere coeperunt. sed cum maximè postea rem vrgere non desisterent, nihilominus pertinaciores multi cunctabantur. Est vallis vniuersa in sui Dynastae ditione: is porro Sabaudi paret imperio. Ad eum scripsit Serenissimus, decretum sibi esse, omnes, qui Catholicam fidem profiteri detrectarent, non modo è Vallis gra-nae finibus exigere, sed etiam ex omni sua

ditione exterminare. Hac denunciatione commoti, se legi obtemperaturos promisere. Accersitur Episcopus Salutiorum, cuius est ea dioeceſis: ii nihilominus moras nectunt. Antistitis tamen adhortatione, & nostri sacerdotis sermonibus, adnitente maxime Toparcha, sexaginta manus dant. publicaq. gratulatione in templum deducti cum Ecclesia reconciliantur. Reliquus sacerdoti nostro labor fuit in iis erudiendis; atque ad Sacramenta, Eucharistiae praesertim, percipienda illorum animis comparandis. Sed inter haec coortum subito bellum magnam partem rerum cursum interturbauit. Pratum est vici nomen, Valgrano non ita longe dissitum. in eo S. Bernardi, cui Ecclesia dicata est, anniuersarius festus dies magna religione, & confluentis populi celebritate colitur. Vicani quo religiosiorem panegyrum suam facerent, sacerdotem nostrum inuitarunt, vt eo die diceret ad concionem. Noster seuere admodum eos admonuit, vt ea, qua deceret sanctitate religiosum traducerent diem: & vt chories, saltationibus, aliisque lasciuientis licentiae lusibus abstinerent. futurum alioqui, vt oborta rixa aliqua festam omnem laetitiam interturbaret. Praedictio vera ea monitio fuit. Aliqui enim retinendae causa consuetudinis, veterem licentiam

tiam sequuti, pie monentis consilia posthabuerunt. ac dum maxime lusibus indulgent, rixa inter Pratenses, & Valgranenses cooritur. qua Pratensibus aliquibus male multatis, confestim concurritur ad arma. Ac nisi noster admonitus accurrisset in tempore, funestus ille dies vtrique populo fuisset. Sed fuit religioni reuerentiaq; & ante, interuentu sacerdotis, arma cohibita, quam exerta. Medius enim se inter vtrũq; agmen inferens, non ante destitit ad pacem adhortari, quam cõmuni omnes consilio in mutuos amplexus conuenerunt.

Digitized by Google

PROVINCIA VENETA.

RECENTOS quinquaginta nouem Socios Prouincia Veneta duodecim in familiis, & residētiis duabus numerauit. Venetiis in Domo Professa, triginta sex; sexaginta duos in Collegio Patauino, in Brixiensi quadraginta vnum, tres & triginta in Bononiensi, vigintiquinque in Ferrariensi, in Veronensi Mantuanoq vndeuiceni, in Parmensi, & Placentino seni deni, quatuordecim in Mutinensi, vno minus in Foroliuiensi, in Domo Probationis Nouellariensi quinquaginta quinque. Duabus in Residentiis Forocornelii, & in Creta quini. Morte amissi sunt tres, in Societatem admissi sexdecim.

VENETIIS in Professorum domo P. Ioānes Dominicus Bonaccursius è viuis excessit, multis ante annis vota quatuor professus; vir ma-

Digitized by Google

magnae eruditionis, admirandaq. ingenii felicitate, ac multis, iisdemq. excellentibus dotibus praeditus: sed praecipue concionandi laude inter primos clarus. Panormi in Sicilia natus est: & si illius maiores à Bonaccursiis Florentinis repetunt originem. Neapoli prius, postea Patauii Theologiam multos annos docuit. inde concionandi munus totum hominem absorpsit. Decennium prope continens Venetiis magna nominis claritudine concionem tenuit. Veronensi, & Mantuano Collegiis Rector praefuit. Eius obitus & Ciuitati acerbus, & nobis eo fuit grauior, quod vegeta adhuc aetate nobis praereptus est. annum enim agebat septimum, & quinquagesimum.

PATAVII P. M. Antonius Paganus Belluneſis mirae simplicitatis vir placidissimo fine, vt semper tranquillissimè vixerat, in Domino quieuit. Haeretici duo nostri sacerdotis opera ad Ecclesiae gremium sunt traducti. tertiusq. ab eodem sacerdote errores plurimos dedoctus, fidem dedit, se ad Ecclesiam Catholicam rediturum. Ab Episcopo Patauino missi in varia dioeceſis loca sacerdotes duo, totidemq. fratres ad incultas vineae partes excolendas, cum alios labores multos magna cum hominum vtilitate susceperunt, qui ex consuetudine iam noti sunt; tum illegitimos

Digitized by Google

multos concubitus correxerunt. Sed in viro nobili à turpi consuetudine auocando, si minus operis fructum, studii certe, & suae ipsorum obiectionis praemium tulere. Hominem domi suae conueniunt: Omnes machinas, quae ad commouendum hominem adhiberi potuerunt, adhibuerunt; nihil nisi aspera verba, conuicia, & minas exceperunt. cumq. nihilo minus diuinum negotium strenue vrgerent; seq. ad verbera, asperaq. quaecumque toleranda in diuina causa pro ipsius salute paratos esse profiterentur, maiore iracundia, furoreq: in eos coortus domo exegit. Non tamen omnino irritus conatus cecidit. nostrorum enim constantia, zeloq. permotus qui ei spectaculo interfuit, multis cum lacrymis vitae totius confessionem obiuit. Alii duo, alterius Episcopi rogatu collapsam in opido eius dioeceſis Doctrinae Christianae scholam restituerunt. Auctus Collegii fundus agris aliquibus coëmptis.

BRIXIAE instituta Congregatio Clericorum est: qua & ad pietatem informentur, & ea, quae sui muneris sunt doceantur. Laesus quidam a nefariis insidiatoribus, illos vlsciſci decreuerat: & sane facultas suppetebat. Omnius nostri sermone adductus, non modo iniurias omnes condonauit; non modo odium in caritatem, nocendi consilium in contentas de

illorum

illorum salute preces commutauit; sed etiam quas de illis expetierat, à suo corpore paenas repetere instituit. neque in cassum ei religio cessit: eorum enim vnus, facti paenitens, ad Dei cultum, pietatemq. se conuertit.

BONONIAE sacrae vis confessionis, sacrarumq. rerum in aegrotis aliquibus perspecta est, vt prosit alijs exemplum, erit operae pretium exponere. Eo animi angore, & ea mentis, corporisq. perturbatione quidam tenebatur, vt putarètur energumenus. hic animi nescio vnde vniuersa culparum omnium confessione ejecta, vtroque morbo liberatus est. sacraeq. medicinae virtutem in se depraedicare non desistit. Graui morbo, & animi aegritudine alius vehementer laborabat; ita vt nocturnae quietis partem nullam perciperet. Alius alterius cruris dolore vehementer torquebatur: vterque, admota parua sacrarum reliquiarum theca, quam à nostris acceperat, leuatus est.

FERRARIAE nostrorum opera Iudaei septem ad baptismum sunt adducti. Ciues duo legitimo sibi vterque concubinam, cum quadiu vixerant, matrimonio iunxere.

VERONAE frater vnus decessit, operis adiutor, Bernardinus Benatius, patria Mirandulanus, annos natus sexaginta. vir operis patiens, & parendi studiosus, qui assidua sui victoria,

ctoria, & spectatae vitae exemplo magnum sui reliquit desiderium. Sacerdos è nostris, Episcopo dioeceſim obeunti comes profectus, in oppido quodam concionem permouit, ad paedotrophium excitandum. & iam in eo pueri aliquot inopes aluntur: & ad opificia varia, quibus sibi victum quaerant, exercentur.

Et illud prodesse poterit ad aliorum eruditionem. MANTVAE vnus, praeter ceteros, e spiritualibus B. P. Ignatij commentationibus, tantum verae pietatis succum hausit, vt cum de rebus humanis relinquendis cogitaret, grauicasu cum parentibus solum vertere coactus, in morbum etiam prolapsus, afflictam illam fortunam non aequo tantum, sed excelso etiam animo perferat. cum matre consilij sui conserte pepigit, nullam vt querimoniam, nullam edant vocem, aegritudinis indicium ex familiae calamitate. quin semper Diuinae Maiestati grates agant; seq. ad asperiora in dies à diuina manu excipienda compararent. conuenitq. inter eos, vt si quo signo per imprudentiam eorum alteruter maestitiam animi significet, ab altero suscepticonsilij admoneatur. admirationi est tanta animi firmitudo, quibus tam acerbus calamitatum concursus spectaculo nunc est. Haec priuata: illa quodammodo publica. Serenissimus Dux quanti faciat Societatem,

praeclaro

praeclaro illo indicio declarauit: cum filios vni e nostris sacerdotibus quasi in disciplinam tradidit. qui & illis esset à confessionibus; & illorum vitae, moribusq. moderaretur; pietate imbueret, bonos denique Principes efficeret. Idem ad nostri templi sacellum primarium exornandum, nongentos aureos attribuit; maiorem adhuc pecuniam, si opus fuerit, suppeditaturus. Ex hoc Collegio magna contentione euocatus Sacerdos vnus à Patriarcha Aquileiensi, Synodo ibi celebratae cum duodecim Episcopis interfuit; ac de rebus Ecclesiasticis in venerando illo cetu disputauit. Dimisso conuentu mensem totum substitit in eo tractu, graues vt controuersias sedaret, quae vnam è Ciuitatibus valde perturbarant. in qua multae patratae caedes, multo plures in rixa vulnerati erant. Grauia deinde dissidia alijs in Vrbibus composuit. Viam quoque aperuit, qua Veronae quinquaginta viri nobiles cum perillustri familia, a qua valde dissidebant, reconciliarentur. Dissensiones alibi sustulit, quae inter clerum, & monachos exarserant. Mantuani postmodum Episcopi rogatu in eius dioecesi centum tredecim parecias lustrauit. qua in peregrinatione concionibus, sacramentorum administratione, clericorum, monachorumq. institutione, puerilium scho-

larum

larum institutione, & piorum librorum distributione eadem peperit vtilitates. quae ex Mõferratẽsi Missione duobus ante annis notæ sunt.

MVTINAE, nostris auctoribus, domus hospitalis alendis pauperibus exstructa; & Sacrarum Virginum coenobium cum Episcopo reconciliatum.

NOVELLARIAE grata fuit vnius tironis oblatio. quam vterque parens, & propinqui alij ad nostrum templum prosequuti, cum precibus, & lacrymis in perpetuũ obsequium Deo dedicarunt. Non minus piae iucunditatis plena patricij Veneti adulta iã aetate vocatio fuit. Is cum Romanam Curiam cogitaret, antequam in viam se dedit, sacris B. P. Ignatij cõmentationibus rite exerceri voluit. quibus factum est, vt vetere cõsilio repudiato, aulam cum Religione, Romam cum domo hac Nouellarienſi cõmutarit. Propinqui, & si subitae rei nouitate commoti initio turbarunt aliquid: re tamen melius considerata, nõ modo diuinae voluntati acquieuere; sed optimum etiam consilium laudarunt. Eius certe patruus Cardinalis Cornelius tam inopinato nũcio ita laetatus est, vt illacrymatus sit; & multa grati animi significatione Diuinae Bonitati gratias egerit. Litteras etiam testes suae voluntatis & iudicij pie, grauiterq. conscriptas ad eum Roma dederit.

PRO-

Digitized by Google

PROVINCIA POLONIA.

SOCIOS sex supra quadringentos Prouincia Polonia recensuit, varijs domicilijs distributos. Domo Professa Cracouiensi duodeuiginti, quadraginta domo Probationis in eadem Vrbe; Vilnensi Collegio sexaginta; vnum & triginta Bransbergensi, Pultouiensi octo, & viginti, vno plus Iaroslauiensi, viginti sex Posnanensi, Derpatensi totidem, Sublinensi viginti, triginta tres Calissiensi, Rigensi triginta sex, duodeuiginti Polocensi, septendecim Niesuisiensi. Residentijs quatuor vnum & viginti, nempe septem Leopoli, Gedani quatuor, Torunii, & in Missione ad Regiam quini vtrobique. His addendus P. Prouincialis cum comitibus duobus. Desiderati sunt nouem, quorũ octo fuere sacerdotes, vnus nouicius ad scholas destinatus. Admissi octo & viginti in Societatem. quorum ad studia lecti sunt viginti, reliqui ad domestica munia exercenda.

COL-

Digitized by Google

COLLEGIVM Vilnense.

VILNENSIS Collegij scholas octingenti circiter adolescentes frequentarunt, non dubia spe magni prouentus ad fidem Catholicam diuersis in oris propagandam. Multi ex ijs facti sunt sacerdotes ad Dominicas segetes excolendas: multi varias religiones susceperè: vndecim nostro ordini se adiunxere. Sex egregiae indolis adolescentes, doctrina, & virtutibus insignes, ex alumnis Pontificijs, ad Sacerdotium promoti in suam quisque patriam discessere, in Russiam, in Prussiam, in Liuoniam, in Silesiam. qui primo ipso statim aduentu magnam sui concitarunt spem, strenue admodum in hominum salutem inuigilantes, & manipulos non contemnendos in horreum Domini comportantes. Multi alij in eodem Seminario ab haeresi ad fidem Catholicam traducti, maiorem de se spem faciunt in dies. Annonae caritas fecit hoc anno, vt, quod alijs in locis, alijs temporibus factum est, inopum ingens multitudo, victus quaerendi caussa Vilnam confluerет. ad miseram destitutamq. alendam turbam, & ad auertenda furta, quae fame impellente timebantur, nostrorum diligentia,

tia, vt alibi etiam saepe factum scimus, tantum a pijs hominibus eleemosinarum collatum est, sodalitate praesertim Misericordiae large suppeditante; vt ex ea census constitueretur; quo & domus illorum hospitio conduceretur; & alimenta famelicis compararentur. Curatum quoque, vt praeceptis ad vitam Christiano more traducendam instruerentur: & Sacerdos illis datus, qui diebus festis ad eos rem diuinam faceret. cuius rei causa vnus è ciuibus quadringentos florenos assignauit, quorum fructibus merces operis sacerdoti penderetur. Excitauit ea res Vilnensium Praelatorum studium, qui tanto permoti exemplo, non paucos & ipsi pauperes suis impensis aluerunt. Quod ad reliquam attinet nostrorum operam, reuocati a schismate Graecorum ad Ro. Pontificis obedientiam quadraginta duo; ab haeresi ad fidem Catholicam quinquaginta vnus. atque in iis magnum momentum ab haereticorum ad Catholicorum causam accessit vir aeque illustri familia, atque doctrina, studioq propagandae haeresis, magnae apud haereticos auctoritatis. Is quadraginta annos in haeresi versatus, & sui erroris tenacissimus, cum ad Catholicorum, & Sanctorum Patrum se scripta euoluenda contulisset, nouam, clarioremq. lucem sibi intueri visus est. cumq. multa apud eos

su-

Digitized by Google

suo aduersari dogmati intelligeret; constantiamq. firmitatemq. antiquae religionis suspicere coepisset; de tota re ad plebem infelicem retulit pseudosophorum. Illi cum aduersus tantae veritatis firmitudinem; quid responderent, non haberent, vt est superbum genus hominum, & prae se ceteros contemnens, graui respondere supercilio: Patres, homines fuisse; & vt homines in multis grauiter erraße. Enimuero doctrinae inconstantiae nulla est paratior arx, quam illarum rerum fidem infirmare, quarum testimonio stat veritas. ita vilissima capita, & insscitissimi homunciones non verentur tot eruditissima saecula ad suam censuram reuocare. Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa. Hac insulsa offensus responsione, perosus arrogantiam, acri vir ingenio stomachari, suorum leuitatem contemnere, detectas impostorum versutias exsecrari. malle se dictitans cum antiquis patribus, verae fidei magistris, errare, immo vero cum ipsis vel ad inferos detrudi, quam cum Caluino & ceteris vestibus sapere; aut in Sathanica illorum Babylonia triumphare. Ita veritatis studiosus, quam in suo errore ante se tenere existimabat, missis vanissimis hominibus, se contulit ad nostros. à quibus cum omnibus eius quaestionibus satisfactum esset, ingemuit suae tum diuturnae caecitati

citati. haereſiq. abiecta, factaq. totius vitae confeſſione, palam in noſtro templo, magna Catholicorum laetitia, & ſuperborum ardelionum dolore, ad ſacram menſam admißus eſt.

Eſt Samogetia Prouincia inter Lituaniam, Pruſſiam, ac Liuoniam. in ea peregrinatus ex hoc Collegio Sacerdos multorum ſitim expleuit ſacramenta appetentium. qui a multis milliarijs eius rei cauſſa ad eum confluebant: & in ijs nobiles ad ſexaginta. confeſſionum vitae totius numerus omittitur. viginti ſacro fonte abluti. ſex coniugum paria Eccleſiaſtico matrimonio rite copulata: ab haereſi pauci reuocati: plurimi vero in ſua perfidia, ſed vacillantes relicti. femina nobilis haeretica, cum Sacerdotem noſtrum haereticorum audißet inconſtantiam exagitare, palam profeſſa eſt, ſuis doctoribus nihil eſſe magis conſentaneum, quam nihil inter ipſos conuenire.

Excurſum eſt etiam in vicinos pagos: agreſtesq. homines magna diſcendi auiditate confluentes, Chriſtianae doctrinae magna cura docti elementa.

Digitized by Google

BRANSBERGENSE Collegium.

BRANSBERGAE scholas satis frequentes habemus, & Polonica iuuentute, & satis bono numero adolescentium aliorum. In domo pauperum studiosorum sexaginta circiter pio-rum eleemosinis sustentati sunt. multiq. ex iis ante haeretici ad Catholicam religionem transiere. prodeuntq. ex ipsis egregij persaepe adolescentes, qui vel religionibus varijs, vel Ecclesiasticis ministerijs se addicunt. E Pontificio seminario duo ad sacerdotium permoti, missi in patriam, praeter diligentem operam Catholicis impensam, multos etiam ab haeresi ad fidem Catholicam reuocarunt. Neque ciues tantum Bransbergenses, & Catholici nostrum gymnasium frequentant; sed è vicinis quoque Ciuitatibus, etiam haereticis, nostrae fama disciplinae huc mittuntur. Proxime ex Hafniensi academia, quae est in Dania, egregij quatuor adolescentes ad nos transmissi sunt. Eorum vnius parens cum Marschalco Regni Daniae narrasset, filium se Bransbergam in nostram misisse disciplinam, respondit Marschalcus, idem se facturum, si filium haberet.

Quod ad nostrorum attinet operam, septem

Digitized by Google

& septuaginta ab haeresi abducti sunt. ex iis adolescens, antequam plane veterem exuit hominem, cum se ad confessionem comparare deberet, ministrum quem fortasse reuerebatur, frequens cogitabat, eaq. re cunctabatur. sed ecce tibi, ita graui morbo prosternitur, vt breui suae compos mentis amplius non esset. Inuisit aegrotantem sacerdos noster. redit menti sua valetudo. confitetur. Inter confitendum sanitas mentis in corpus etiam redundat: vt triduo integris viribus è lecto surrexerit. femina Catholica ad proximam Ciuitatem haereticam se contulerat: saepiusq. ad defectionem sollicitata, victa tandem contentione flagitantium promisit in proximas Pentecostes ferias ad nefariam eorum caenam se venturam. Sed Diuina ei miseratio piaculi tanti ademit facultatem. nam ipso Pentecostes die oculorum lumine priuatur. discussit mentis caliginem caligo oculorum. ad Septembrem vsque mensem exeuntem ea tenuit animaduersio. tunc consilij paenitens, ad Catholicam Ecclesiam reuersa, pristinae sanitati restituitur. Adolescens praecipui cuiusdam ministri Gedanensis filius, Regio monte, Vrbe Prussiae celeberrima, sed omnium haeresum sentina, ad vicum quendam concionandi caussa se conferebat. ac, dum maximè cogitaret, quanam ratione quam aptissime pestife-

Digitized by Google

ram doctrinam insciorum animis infunderet, subito mutata mente, consilium ei diuinitus iniicitur, pernicioso eo munere abiecto, ad nostros Bransbergam contendendi. parct ille Diuino instinctu: eq. vestigio ad nos venit, licet essent imbres maximi. Catholicaeq. Ecclesiae adiunctus, ad vitandos propinquorum motus, Vilnam ad Pontificium seminarium missus, postmodum propinquorum astu inde furtim abductus, ac parentibus restitutus, in fide tamen catholica perseuerat. fuit etiam caelestium indicium minarum, & monitio seuera reuerendi Ecclesiae praecepta, quod feminae cuidam contigit. haec cum feria. VI. carnes ederet, vt illas in os iniecit, continuo os oppleri sibi sensit sanguine, tanta copia, vt nisi carnes eiecisset, suffocaretur. quo territa portento, statuit in posterum nunquam Ecclesiasticas de ieiunio leges violere.

COLLEGIVM Pultouiense.

PVLTOVIAE sacerdotes duos amisimus. P. Nicolaum Gresbianiescium Lituanum spiritualem coadiutorem, & P. Petrum Potzebam ex maiore Polonia, quatuor vota professum. Prior quinctum & quadragesimum agebat

bat annum; in Societate quinctum & vicesimum. quos partim docendo, partim rem domesticam administrando traduxerat. is cum multarum aliarum virtutum, tum praecipue eximiae patientiae extremo maximè, diuturnoq. in morbo exemplum nobis spectabile reliquit. Sex enim mensibus graui vexatus morbo decubuerat. Alter duorum mensium interuallo priorem sequutus est: aetate quidem anno minor; in Societate vero anno antiquior. qui, post peractum suorum studiorum cursum, semper in docendi munère, aut docentium Praefectura, aut vtraque in re simul impigre versatus est: vir admirandae caritatis, & ad homines iuuandos, eorumq. pertractandos animos mire factus. Decessit hebdomada altera, quam spiritualibus exercitationibus perfunctus, Pontificij iubilei propitiationem obierat. vt credi possit ea expiatione purior animus in caelum euolasse. Habitus est hoc anno Pultouiae, vt pote in mediterullio Poloniae, prouincialis Patrum conuentus, & frequentia ipsorum, & liberalitate eorum, quorum eleemosinis sumptus leuati sunt, commemorabilis: in primis vero insignis fuit Reuerendiss. Antistitis humanitas. qui, cum liberalem se mirifice praebuisset, tum salutandorum Patrum caussa Pultouiam venit, cum ratione officij sui longe abesset. Nec minor

Digitized by Google

fuit Plocensis suffraganei benignitas. quae non ad domesticas nostras modo impensas leuandas, sed ad scholas etiam pertinuit. quippe eius munificentia praemia lautissima discipulis donata sunt. Gymnasium, crescente multitudine (plus enim octingentis frequentatur auditoribus) scholis augere necesse habuimus. E duobus sodalitatibus ea, quae ciuibus constat, egregium suae pietatis specimen cum alias, tum hoc anno dedit, iuuandis pauperibus; quorum magnum numerum fame & frigore deficientium sustentarunt. & nunc pecuniam ad mensam corrogant, qua Pietatis mons constituatur. Altera sodalitas, quae constat studiosis, cum pecunia minus possint egentem turbam subleuare; patres familias, quod possunt, ad miserationem adhortantur: ipsi in xenodochiis assidua omnia caritatis in aegrotos officia impendunt. Et cum in quadragenarum horarum supplicatione, quā ter hoc anno digno apparatu habuerunt, flagellationem instituissent, illorum exemplo permoti cum ecclesiastici, tum ciues. & in iis ipse Consul Ciuitatis, piis se iuuenibus adiunxerunt, tanto numero, vt ad octingentos peruenerint, qui numerus in magna Ciuitate magnus habeatur: in parua multo maior. Eadem Sodalitas variis religionibus alumnos decem, duos nostrae Societati dedit; cum plures sint, qui idem foueant

Digitized by Google

neam consilium. Ceterum ad Ecclesiam nonem ab haeresi reuocati sunt: & in iis vnus opinionis doctrinae valde natus.

IAROSLAVIENSE Collegium.

DVO item Iaroslauiae diem suum clauserunt. P. Albertus Vitoscius, & P. Matthias Zamostiensis ex maiore Polonia vterque & prior quidem ipso, quo Sacerdos factus est anno, rupta in pectore vena, phthisi consumptus, tertiodecimo, quam venerat ad Societatem anno, aetatis vero suae circiter tricesimo. Alter post vigisti prope annos, variis Societatis ministeriis cum laude transactis, quadragesimo tertio vitae suae anno in Domino quieuit. Fuit insignis magno pacificationum numero hic annus; quae magna cum omnium laetitia magnum rebus otium attulere. Octoginta homines, in quibus quindecim erant cognationis vinculo coniuncti, in pacis federa conuenerunt. Triginta tres nobiles praeterea, quos inter magna discordiarum incendia exarserant, item pacis vinculo coniuncti. Duae item nobilissimae familiae reconciliatae, quae antea tanto inter se odio exarserant, vt vtrinque ad arma veniretur. Excursum est in Podoliam; & multum in ea

prouincia Societatis nomē illustratum; apud eos praesertim, quibus antea ignotum erat: vt Societatis laudare non cessent instituta. Eius erat Palatinus, idem vnus e Iaroslauiae Dominis, Societati semper amicus, hac excursione magnam fecit ad priorem erga nos beneuolentiam accessionem. is multum vtitur opera nostrorum; inq. rebus omnibus, quae ad animi salutem spectant, nostrorum consilijs obtemperat: ad eandemq. obedientiam familiam omnem adhortatur. neque quenquam tolerat, qui non saltem festis celebrioribus confessionis sacramentum obeat. Parochi ad viginti duo confessione, & piarum commentationum vsu exculti spem de se praebent vitae sanctioris. Varijs in locis excursione eadem cum haereticis nostri congressi, catholicam fidem asseruerunt, confutata haeresi. Ita ad Ecclesiam ab erroribus traducti quadraginta septem; à schismate quatuordecim. Dubij in fide, vel haereticorum consuetudine, varijs erroribus imbuti, rectam fidem edocti sunt, & in ea confirmati. Inter eos, qui nostrorum opera in rebus fidei sunt adiuti, est operae pretium insigne Diuinae Bonitatis erga probum adolescentem referre documentum. qui quo magis ab haereticis parentibus ad impietatem, aliaq. flagitia instituitur, eo ipse magis diuino instinctu, & suopte ingenio probus, ad amorem

inno-

Digitized by Google

innocentiae, honestatis, modestiae, virtutumq. aliarum inflammatur. Iubetur à nostrorum consuetudinae refugere, ingressum Ecclesiae vitare, & quoniam in famulatu Principum virorum, egētis more, eum versari opus est, noluis eum improbus puter apud eos collocare, quorum bene morata familia modestia, & bene temperata disciplina contnetur: sed vbi vna cum haeresi licentia, & impudicitia grassantur. Tantum tamen gratiae suae illius animo Diuina Bonitas infudit; vt ex spinis orta, & inter spinas educata, religionis florem rosa haec integrum seruarit; &, quamuis inter multa difficiliaq. pericula, seruet adhuc; neque vllius rei maiore studio teneatur, quam earum, à quibus scelerato suorum consilio arcetur. Venit hic aliquando confessionis caussa ad nostros, narrauitq. inter cetera, se, id quod habuisset pecuniae, & vestium etiam nonnihil colonis in agro reliquisse, eaq. ijs recusantibus, atque inuitis obtrusisse; quod ex eorum finibus patronus ipsius praedam aliquando abegisset: se etiam verberibus, & vulneribus aliquando male acceptum ostentabat. quod meretrices ad herum accersiri prohibuisset.

Scholae fiunt in dies celebriores: eas multi senatorum filij, virorumq. nobilium, etiam haereticorum frequentant.

COL-

Digitized by Google

COLLEGIVM Posnanienſe, & Lublinenſe.

POSNANIAE vixit P. Albertus Valiſſanius, Poſnanienſis, ad ſpiritualia coadiutor, annum agens quartum & quadrageſimum, cum in Societate fuiſſet annis tribus & viginti, eius funus, vt hominis Ciuitati cari, multorũ ciuium frequentia honeſtatum eſt. Partheniі ſodales quantopere hic in pietatis ſtudio proficiant, duodecim lecti adoleſcentes, Cracouiam hinc ad noſtrum miſſi tirocinium declararunt. Excurſionibus aliquibus, praeter vſitatos fructus, triginta ab haereſi ad fidem Catholicam ſunt reuocati. in iis celeber quidã medicus ab ipſa iuuentute haereſi imbutus, poſt multas concertationes tandem manus dedit; & Catholicae Eccleſiae adiunctus eſt. is, cum ad vitae finem poſtmodum veniſſet, eam praeſtitit ad extremum vſque ſpiritum conſtantiam, quae alie conceptam animo Catholicam teſtaretur pietatem. Nobilis praeterea puella, claris, ſed haereticis orta parentibus, cum alia ratione ad Catholicam fidem imbibendam venire non poſſet, imperio parentum ſuperato, Poſnaniam contendit; factaq. eulparum omnium confeſſione, abiurata haereſi, Catholicorum cetui adiuncta eſt.

LV-

LVBLINI ab haeresi ad gremium Ecclesiae traducti sexdecim. in his matrona nobilis, quae sororem, & vicinam item nobilem, ad fidem Catholicam adduxit: & est spes, illius exemplum plures in illa vicinitate sequuturos. Schismatici ad Romanae Ecclesiae obedientiam venere sex. Scythica mulier in carcere cum duobus liberis ad baptismum adducta; ac paullo post mortis periculo erepta. Alii qui à concubinis abstracti; meretrices septem à turpi vita reuocatae. Neque est piorum amicorum in nos desiderata liberalitas, praecipue Lublinensis Capitanei, Regni Thesaurarii. Is ad ea, quae superiore anno data sunt, qua est erga nos benevolentia, hoc anno mille florenos etiam adiecit.

COLLEGIVM. Calissiense.

CALISSII duodecim haeresim eiurarunt, in quibus vir nobilis non modicae authoritatis, quinquaginta in haeresi versatus annos, tanto animi ardore Catholicam fidem est amplexus vt filium natu maximum Ecclesiae cultui addixerit. Alii, & quidem viri eruditi, cum viderent ex iisdem locis, quibus ipsi sua paralogismata petebant, vera contra se, firmaq. elici argumenta, hoc tantum profecerunt, vt de

sua

Digitized by Google

ſua doctrina dubitarent. Adhuc ſuſtinuit Gymnaſium ſcholas ſex. hoc anno poſtulatu Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſs. fundatoris ſeptima de philoſophia adiecta eſt. Auditorum numerus eſt ſeptingentis auctior, ſi illos adnumeres, qui ab externis Magiſtris duobus, lege fundationis eodem in gymnaſio inſtituuntur. E Partheniis tres in Societatem ſunt admiſſi. Ad Collegii fabricam proferendam ea hoc anno contigit felicitas, quae aut nunquam, aut non ſine immenſis ſumptibus ſperari poterat. eſt quidem aedificium amplum alioqui & ſplendidum, quod attinet ad aedes: impluuium vero, quoniam in Vrbis murum incurrit, & compreſſum, & obſcurum. & murum quidem ſubmouere, diplomate à Rege impetrato, non ita arduum fuiſſet: flumen vero quod murum alluit, cui ad Vrbis vſum molae ſunt impoſitae, alio auertere, tanto cum Ciuitatis detrimento, maioris omnino fuit operis. Ita quod optare quidem poteramus, ſperare vero nullo modo, occaſio nobis pronum fecit. Ipſa Ciuitas aliis de cauſis fluminis alueum aggere certum ad tempus obſtruere neceſſe habuit. Hic Illuſtriſſimus fundator, occaſione vſus, egit cum iis, penes quos eſt poteſtas; vt cum fluuius reduceretur, alio corriuaretur. ita reductus eſt, vt & ex alia parte alluat Collegium. & ſpatium laxando im-

pluuio

Digitized by Google

pluuio reliquerit, vrbis pomerio prolato. Nec ceſſat idem munificus Antiſtes, maiora in dies ſuae in nos beneuolentiae, ac beneficentiae ſigna dare. Quo die primum philoſophiae ſcholae initium eſt factum, Caliſhum venit: illius primordijs interfuit, exceptusq. eſt à ſcholis tum viua voce, tum ſcripto omni gratulationum genere. quod ille tanta gratia excepit, vt ampliſſimis & verbis, & rebus diſcipulorum officia lõge ſuperarit: Decem enim florenorum millia Collegio repreſentauit; quibus domeſtico aucto vectigali, maior ſociorum numerum alatur. Librorum numerum impenſa quadringentorum florenorum auxit. ad ſacram veſtem augendam telam ex auro, pretio item quadringentorum florenorum dedit. Domos aliquot partim coemit, partim vt coemerentur, pecuniam depoſuit: quibus deiectis, tam quae extra Collegium ſunt, quam quae intra futurae ſunt, areae proferentur. Litigia nonnulla, quae Collegio moleſtiam exhibebant, compoſuit. &, vt nunquam Collegio huic nobilium deeſſet numerus adoleſcentium, qui & vrbi gymnaſioq. ornamento, & patriae adiumento futuri ſint; contubernium inſtituit, inſtructa domo, & redditibus attributis, quibus ſexaginta iuuenes alantur. nec ceſſat illius animus noua ſemper excogitare; quibus & Religio Catholica conſtituatur, & nouis

ſu-

Digitized by Google

subinde ornamentis patria augeatur. Nempe hoc est digne, & cum laude Christi Ecclesiae praecesse. Optanda generoso Principi, ad Ecclesiae utilitatem, diuturna incolumitas.

COLLEGIVM Polociense.

STERILIS *est ager Polociensis, & haeresum spinis valde obsitus: quem expurgare negotium magnum est. sed in tanta soli malignitate tanto colonorum industria illustrior. Praecipuum bellum est cum Graeci schismatis hominibus. idq. eo maius hoc tempore, quod illorum Episcopi cum Ecclesia Catholica se coniunxerec Romaq. proxime negotijs ex sententia confectis, rediere. Sed tum Nobilium, tum multitudinis valde ab ea coniunctione animi abhorrent; à suisq. Antistitibus dissentiunt. & cum ad coniunctionem inuitantur, tam acres in suos coorsuntur sacerdotes, vt hostiles animos gerere non vereantur. hoc tantum illorum, nostraq. opera perfectum est; vt minus iam iniquo animo sermones de reconciliatione ad aures admittant, cum ante hoc negotium Romae confectum, ne vocem quidem de reconciliatione ferre possent. Nobilium etiam quorundam animi ita comparati, vt recte iam de tota re & sentiant, & loquan-*

Digitized by Google

loquantur, neque documenta desunt luce clariora, quibus, qui cordatiores sunt, moueantur. Siquidem Catholicos videre est, & eos qui Catholicis adiuncti sunt, saepius anno, minimum solemnioribus diebus Christo Domino, B. Virgini, Sanctisq. Apostolis sacris, magna significatione pietatis, ad sacrosancta Ecclesiae accedere mysteria; cum illi vix semel anno quoque eam obeant religionem. Maximum quoque illis lucar est admotum Illustr. Andreas Sapieha, vir incredibili pietate, & ardore Catholicae religionis propagandae; qui Polociae Caluiniano Palatino demortuo succesit. Hic sua auctoritate, multis aduersantibus silentium indixit. Et quo die summo apparatu, publica cerimonia Palatinatus possessionem iniit, antequam subiret arcem, diuertit in nostrum templum: ibiq. diuinae rei digna reuerentia interfuit. Inde venit in arcem. erant ex antiqua consuetudine cerimoniae certae, certiq. ritus in templo Rutenorum, quod est in area, exsequendae; & crux ad osculum ex eodem templo ad ipsum afferenda. illa omnia intra suas aedes obire, crucemq. e nostro templo ad se afferri voluit; veritus contagium schismaticorum, coniunctione cum Catholicis nondum constituta. Quotidie cum coniuge, ac liberis Missae interest sacrificio. diebus verò sanctioribus etiam templum cum tota familia

milia frequentat. frequens etiam in Sacramentorum vſu eſt. ita hoc vitae genere & illuſtrioribus in dies Catholicae pietatis documentis omnium in ſe oculos conuertit; & ſanioribus cogitationem inijcit Catholicam coniunctionem amplectendi. Scholas quidem habemus infrequentes. ita enim fert natura loci. ſed in hac paucitate multum boni. Sunt nonnulli nobiles, aliqui haereticis orti parentibus, contempto patrum imperio, haereſibus multum aduerſarij. Excurſione quadam, praeter vtilitates confeſſionum auditarum, haeretici multi ad Eccleſiam adiuncti ſunt. ſchiſmatici reconciliati plus ſeptuaginta. in ijs vnus e nobilibus, qui tres alios militares viros ſecum traxit. Hic, cum ſacerdotem noſtrum, nobilium domos obeuntē, & contra haereſes, & Graecorum ſchiſmata copioſe diſputantem audiuiſſet, rogatus à familiaribus Catholicis, quid de diſputantis doctrina iudicaret. Video, inquit, nos exarmatos ſtare non poſſe contra veritatem, quae in ſola Catholica Eccleſia reperitur. Denique tam diu noſtrum Sacerdotem ſequutus eſt, donec, abiurato ſchiſmate in domo viri nobilis Catholici (nam templum Catholicorum in eo tractu nullum eſt) ad diuina percipienda myſteria admiſſus eſt. Neque deſtitit noſter per ea loca peregrinari, donec tandem ratio inita

eſt,

est, qua sumptu Catholicorum, nobilium praesertim, templum ibi Catholicis extrueretur.

COLLEGIVM. Rigense.

MALIGNIORE adhuc prouentu, quam Polociensis, Rigensis cultura compensatur. Ciuitas est omnis à nobis penitus auersa. ministri Lutherani multis conuiciis, etiam e suggestu nos quotidie proscindunt. Senatus, lege lata, ciues omnes vetuit nostra templa frequentare; patres familias liberos suos ad scholas mittere; aduenas, qui scholarum nostrarum caussa huc veniunt, ciuium excipi hospitio. sed incommodo huic, vt superioris anni litteris est cognitum, Reuerendiss. Episcopi liberalitate obuiam est itum. quippe amplam domum coemit, quae aduenas discipulos excipiat. Neque tamen est solitudo circa nos. Germani, & Lotaui Catholici Collegium frequentant. Sunt autem Lotaui antiqui Liuones agrestes; qui, occupata olim hac ora à Germanis, infusaq. Germanorum lingua in Liuoniam ipsi in agris agentes, vna cum antiqua consuetudine, victuq. etiam linguam Liuonicam retinuere. Conueniunt etiam tum ex Vrbe, tum e vicino haeretici ad nostrum templum: concionem

Digitized by Google

modeste audiunt: sacro tenentur apparatu: sacras preces sacrasq. cerimonias libenter spectant: concentu musico delectantur. Proxime natalicijs Christi feriis nocturnas psalmodias, solennesq. precationes magna ipsorum frequentia celebrauimus. siquidem, audito per noctis contiticinium aeris campani sonitu, incredibili multitudine viri, feminaeq. conuenerunt. Quod exemplū & ipsi imitati, cū iam nobis esset tertius dies ante Idus Ianuarias, ipsis ex antiquo Calendario, octauus ante Calendas, laetitiam Christi nascentis, nouo, & inusitato ipsis more, buccinarum, & tibiarum cantu & ipsi intempesta nocte exceperunt. Pari religione, apparatuq. & resurgentis Christi paschales, & corporis Christi solemnes ferias celebrauimus. & quidem Paschae die festo centum triginta ad caelestem mensam accesserunt. cum per ieiunū tempus hominēs alij ad septuaginta eam adijssent. ex quo quanta fundi huius sit sterilitas, & quantum laboris, sudorisq. operis in hac vinea laborantibus superfit, adhuc intelligi possit. Sed dabit aliquando Deus, vt huius quoque vineae prouentu vbere laetemur. Pompam vero, qua illius die festo sacrosanctum Christi corpus e templo elatum circumfertur, magna religione, ac nullo metu traduximus; prosequente Catholicorum virorum, feminarumq. magno numero; qui e vi-

Digitized by Google

e-micis arcibus, vicisq. illius rei causſa conuenerant; haereticis ſeſe ad ſpectandum effundentibus, & cum voluptate grauitatem, decentiamq. noſtrorum rituum probantibus.

Scholae non plures ſexaginta inſtituunt adoleſcentes. nam ceteri metu legis prohibentur. multi tamen ſubinde veniunt ad nos, de pietate ſermones vt audiant, conſiliaq. exquirant ad animi ſalutem. Lutheri ineptias irrident: ſuumq. ſtudium praeſeferunt ſcholas noſtras, & templum frequentandi. Tres ex ijs cum Eccleſia reconciliati, ad Sacramenta ſunt admiſſi: reliqui vota differunt, dum libertatem aſſequãtur. Pauci tamen illi, quos docemus, admirationi Ciuitati ſunt; cum in tantula aetate luculenta fundant lumina ingenij: ſciti ſunt & elegantes: mira promptitudine latine loquuntur; declamant; magna etiam venuſtate, cum datur aliquid, agunt in ſcena. cum filios ſuos videant ciues, maiore adhuc aetate, tardiores, & hebetiores. Offendit tantae laudis fulgor Ciuitatem. itaque miſit Senatus, Patrem Rectorem, qui rogaret, magiſtris praeciperet ciuium liberos ad ſcholas noſtras inuitare, vt deſiſtant. Epiſcopum Vendenſem virum inſigni pietate, doctrinaq, & noſtri ordinis amantiſſimum, Rigam cum veniſſet, gratulatoria oratione exceperunt, quorum ille ingenio delectatus, & co-

Digitized by Google

ram fausta omnia precatus est; & cum ad hospites se recepisset, dixit multis audientibus: Vtinam orationi hodiernae nobilissimi quique interfuissent huius Ciuitatis. profecto vidissent, quam sancta apud Catholicos est puerilis educatio; & quanta reuerentia aduersus illos, qui sacra administrant. cum apud haereticos ministris, & pseudosacerdotibus nullus honos habeatur; deq. illis male & sentiant, & loquantur. Id nuper ex comparatione cognitum est. Crumena gemmarum, aliarumq. rerum plena pretio ad sexaginta florenorum nostro ab opsonatore inuenta est: scripto pro foribus proponitur: rem amissam haberi in Collegio: posse eum qui amisit, signis editis, suum recuperare. Cum admiratione nouum morem haeretici laudarunt. paulo post, trium virorum comitatu venit mulier; enumeratis rebus singulis, crumenam suam, etiam praemio sibi remisso, summa laetitia recepit. neque dubitauit nostrorum integritatem laudare; ministrorum ex aduerso nequitiam vituperare: quorum si in alicuius manus crumena (inquit) illa peruenisset, nulla religione illa omnia ad vxoris suae ornatum conuertisset.

TIRONES, qui in probationis domo cum Collegio coniuncta exercentur, tum perpetua & accurata disciplina ardenter in pietatis stadia

ad

Digitized by Google

ad currendum incitat; tum miserandus casus in suscepto consilio confirmauit. Neque enim est inutile, ad aliorum eruditionem miserandos interdum exitus referre eorum, qui ab optimis cõsilijs desciscunt. Ex eorum numero vnus appensus in statera, & inuentus minus habens, cum neque monitis, neque lenitate animaduersionum quidquam melior fieret, emissus alios sapere suo docuit interitu. quinto enim mense in sylua, dum vna cum alijs caedendis arboribus interesset, annosae arboris ruina ita contritus est; vt, corporis trunco lacerato, diffracto cranio, cerebrum à familiaribus ad sepulturam sudario exciperetur.

Hinc quoque excursum est in Samogetiam. tres omnino diuersis anni temporibus ad eas gentes fuere missiones: quarta Roseram, quae arx Moschorum ditioni finitima est. vbique magna omnium laetitia nostri excepti sacerdotes: vt à multis milliarijs, praesertim circa maritimam oram, ad nostros audiendos, ad sacramenta percipienda, cum vel in priuata aliqua domo, vel deserto in templo, ac ruinoso, vel etiam sub dio, concionem haberent, & sacra facerent, rudes homines concurrent: magnaq. constantia protestarentur; multam quamlibet ante à Dynastis, etiam verbera se perpessuros, quam vi à Catholica religione abducantur. fructus, & si

Digitized by Google

genere à missionibus aliis non differt, quoniam tamen e gente à nostro cultu remota percepius est, non sit molestum summatim saltem indicare. Confessionum excepta multa millia. quarum vitae totius trecentae prope septuaginta fuere. Haeretici multi ad fidem reuocati. Nobilis vnus ita conuictus, vt errorem fateretur; reconciliatione tamen cum Ecclesia in praesens supersedit. Sacro baptismo ablùti trecenti viginti tres: & in iis adulti nonnulli. Ecclesiastico matrimonio coniuncta pariu quatuor, & sexaginta. In Rosetanam arcem Luterano mortuo effectum est, ne nouus minister admitteretur; & haereticorum conuenticula tollerentur. Ad vicinas item arces solito cum fructu excursum est.

CRACOVIA, ET NIESVIENSE Collegium.

CRACOVIAE luctuosum fecit obitu suo annum hunc vir aeque singulari doctrina, atque admirandis animi dotibus, cum suauissima humanitate coniunctis insignis P. Iacobus Viuecius, iampridem quatuor votorum professor. qui cum fere aliorum regimine occuparetur, à concionis munere nunquam cessauit. cum interim ad patriam haeresibus expurgandam,

Digitized by Google

dam, Polonico idiomate, quo plurimum excelluit, tam multa scripserit, vt si toto vitae tempore nihil aliud egisset. Laudantur in primis eius geminae, quas inscripsit concionum postillas, Maior, & Minor; ad postillas haereticorum euertendas. eas ferunt, vt Mosis virga in serpentem versa serpentes magorum Aegyptiorum vorauit, sic libros concionum haereticarum ex hoc Regno extrusisse. Venit ad suî stadii metam anno aetatis suae quinquagesimo septimo, maturus cælo, sed multos ad huc annos, si ita libuisset numini, vtilis patriae futurus ex his duos & triginta in Societate egerat. Eius funus tantis piorum amicorum lacrymis conhonestatum est, vt nostris quoque lacrymae defluerent. A ceteris porro in hominum salute laboratum est, & copiosa cum frugum vbertate. A variis haeresibus hic quoque ad Ecclesiam venere triginta: multoq. plures in fide confirmati. Superioris anni litteris Regis consilium templi nobis exstruendi cognitum est. Perampla domo nostrorum domicilio, & area aedificando templo magnis sumptibus coempta, primus lapis à Cardinali Radiuilo Cracouiensi Antistite in templi fundamenta iactus est; ingenti hominum concursu, & festa tormentorum displosione; tubarum, variarumq. buccinarum cantu, plausuq. tanto, quantum alias factum

Digitized by Google

Cracouia non meminit. tam strenue susceptum, ac promotum opus est, vt amplissimi templi, primaria totius Regni Vrbe, & Regia munificentia digni, quinto mense fundamenta prope omnia soli altitudini aequauerint.

In Domo Probationis ad S. Stephani in eadem Vrbe Alberto Scargae, adolescenti viginti circiter annorum idem fuit ingressus in religiosae vitae stadium, & prope idem exitus. magna enim animi sui felicitate, vix e carceribus emissus, intacto spatio ad metam euolauit: votoq. in diuina causa multa patiendi multorum certaminum discrimina redemit: Ceterum & paucae, quae hic quoque in hominum salute occupantur, operae non caruere suo fructu. Ab haeresi septendecim abducti. in usq. viri duo nobiles: alii à schismate reducti: vacillantes multi in fide confirmati, & erroribus variis liberati. Claustrali disciplinae, & castimoniae violator à vaga, & effrenata licentia viuendi, ad claustrum, & obseruantiam reuocatus. Alius amissa luce oculorum triennio iam maiore adhuc mentis caligine obcaecatus haerebat in sordibus; cognita tandem diuini iudicii animaduersione statuit ad vitam redire meliorem. ita, mentis tenebris discussis, oculorum quoque caligine liberatus est. Ceterorum ministeriorum fructus egregie stetere. Accessit

Digitized by Google

sit ad domesticas aedes hoc anno aliarum aedium pars, in qua aegroti, ac valetudinarij commode curari possint.

NIESVISIENSE etiam collegium suum caelo reddidit tributum. P. Stanislao Oborscio hic vita functo. Vilnae is quartum iam annum in studio Theologiae versabatur. graui pressus morbo, caeli experiundi causa, Niesuisium missus, morbi vi se intendente, spem, quā de se, deq; suis virtutibus, modestia praesertim, concitarat, praecidit; cum triginta iam uixisset annos; e quibus decem egit in Societate. Ad Ecclesiam haeretici aliquot rediere: & in ijs nobiles aliqui, qui in aulis Principum haereticorum versati erant, quorum vnus multos suo permouit exemplo. Is suae peruersitatis acerrimus semper fuit propugnator; nostrisq. aduersarius infensissimus. graui tandem prostratus morbo diuinam sensit se manum affligentem. & cum sentiret se breui ad diuinum Tribunal sisti oportere, vbi nullus argutijs locus esset; remissa peruicacia, coepit serio de animi salute cogitare. quam cum in Sycophantijs haereticorum se non reperturum esse certo sciret, aduocato vno e nostris Sacerdotibus, cum Ecclesia reconciliatus est. ita hac expiatione mortem, quae breui insequuta est, anteuertit. Eius quasi praeiuditium sequuta coniux, familiaq. vniuersa

uerſa & ipſae in Eccleſiam venere. & nunc ſtudent magna diligentia praeteriti temporis damna compenſare. Sed cum ſchiſmaticis, quorum hic magnus numerus, eſt opera impenſior. Iniquo ferunt animo homines in pernicaci caecitate obdurati, ſuos Epiſcopos ad Eccleſiam Romanam confugiſſe. mirum eſt, quam multa moliantur, ne diſcerpta lacinia ad Chriſti veſtem rurſum aſſuatur. Subinde tamen ad ſaniorem mentem multi reuocantur. E ſcholis Parthenÿ tres adoleſcentes diuerſis ſe religioſorum familÿs addixere. Alÿ ad aulas variorum Principum profecti eundem pietatis cultum, quem e ſcholis hauſerunt, magna retinent conſtantia. Ex ÿs vnus, poſt aliquot annos in eo vitae genere tranſactos, cum domum aegrotus repetiſſet; decedens hoc maeſtis parentibus ſolatium reliquit: ſe ex hac vita emigrare tam integro, illibatoq. flore pudicitiae, quam ex aluo materna ſecum extuliſſet. Nec defuere alÿ qui paratas in eo genere daemonis inſidias, vna cum ipſis inſidiatoribus, hominibus ad haec flagitia idoneis, praeclara cum ſui victoria eluſerint. Excurſionibus varÿs ad arces nobilium totae familiae, perſaepe etiam vici integri, opidaq. ſacramentis expiata.

COL-

Digitized by Google

COLLEGIVM Derpatense.

DERPATENSE collegium schola humanitatis nostrorum exercitatione auctum est hoc anno: adolescentes octo ei studio addicti. Quantopere vero haec Liuonica vinea, penuria maxime idoneorum sacerdotum inculta, & multis haeresum sentibus sylvescens, strenuorum colonorum, tum eorum, qui domi residunt, tum eorum, qui varias in oras peregrinantur, industria sensim perpurgetur, superioris anni litteris est cognitum. Quae huius propria sunt anni, illa sunt. A variis haeresibus septendecim, a schismate tredecim ad veram Ecclesiam sunt reuocati. Haeretici reliqui non ita se praebent ad nostra dogmata percipienda contumaces; sed est illis graue ab insita iam, & corroborata patriae consuetudine recedere. id duobus maxime signis declarant; quod licet verentur à suis dissidere, non tamen mordicus suas retinent opiniones: quin etiam vacillant; & pernicioſa persuasione negant liquere ex tam multis, quaenam sit omnium religio verissima. Et quod, ad auertenda noxia libenter adhibent catholicorum symbola. vt nuper mulier haeretica horrifica spectra, quibus post mariti obitum ter-

Digitized by Google

terrebatur, herbis sanctificatis ab Ecclesia catholica petitis, abegit. Puer subita quadam agitatione corruptus, ita vt morti proximus haberetur, aqua Ecclesiastica, & precibus adhibitis, pristinae est incolumitati restitutus. Inter catholicos praeterea Ecclesiastico matrimonio coniuncta paria vnum & triginta supra centum. Baptizati domi, peregreq. ad septingentos. Opportune etiam adiuti multi sacramento paenitentiae. qui, quamuis haeretici nō essent, virum tamen essent catholici, susque deque: ita salutaria monita, de confessione obeunda, de corrigenda vita, aspernabantur. hi suo malo edocti, resipuerunt in tempore. morbi graues, & imminens interitus, eos, quod procrastinabantur, repraesentare coegit. Rutenus adolescens licet catholicis iam adscriptus esset, cum ad salutaria remedia vrgeretur, cunctabatur nihilominus. fecit morbi opportunum incommodum, vt non sine salutari medicina de vita decederet. Multi hac ipsa ratione castigati, cum antea contumaciores se praeberent, in vulgato, qui multos extinxit, morbo, ante obitum sapere didicerunt. In ijs quidam morbi grauitate, & delirio, & formidolosis rerum formis obuersantibus conflictatus prope venerat ad extrema. is aduersus morbi vim connitens, nostrum aduocari iubet sacerdotem: tantumq.

Digitized by Google

sumq. menti tranquillitatis fuit, dum sacra confessione expiatus, Eucharistiam perciperet. Resmira: sacris mysterijs munitus, & mentis & corporis morbo leuatus est.

SEDES LEOpolitana.

LEOPOLITANAE quoque vineae status, & operosa cultura e superiorum annorum litteris nota sunt. Domi, & peregre septem operae multorum instar sunt collegiorum. Obita praecipue, Episcopi rogatu, Luceorienſis dioeceſis, multum & ampla, & inculta. Loca item alia permulta adita, Dynastis flagitantibus. &, quantum pertinaci labore paucorum conniti licet, vastissimae syluae squalor repurgatur. Sed partim in Vrbe, partim alibi, ad Ecclesiam sunt reuocati haeretici ad quinquaginta: schismatici tum Ruteni, tum Armeni triginta. Aliqui, culparum conscientia exstimulante infestis vexabantur intemperijs. hi diuinitus sibi moneri visi sunt; vt ad nostros, confessionis causſa venirent. qua peracta, tranquillati sunt. Veneficae quaedam à tanta impietate reuocatae: veneficia, in ignem coniecta diù inuiolata perstiterunt; donec coniecta in eundem ignem particula agni consecrati, ab-

Digitized by Google

absumpta sunt; emicantibus e fedis illis symbolis noui cuiusdam generis scintillis. Eluxit vis sacramentorum in nobili quadam femina, quae grauibus calculi torminibus vexata, frustra remediis omnibus adhibitis, à medicis destituta, à coniuge & liberis, tanquam mortua deplorabatur. haec, vt Sacramentis se muniret, nostrum sacerdotem adhibuit: cum primum confessionem instituit, dolores continuo leuari sensit, postero die sacrosancto Christi corpore percepto, dum orans intentius Deo grates agit; ecce tibi calculus, magnitudine nucis umigdalinae, sua sponte reuulsus, sine vllo doloris sensu excidit; aegraq. continuo ex morbo conualescit.

Ceterum Reuerendissimi Archiepiscopi maiorem quotidie in nos beneuolentiam experimur. is multum opera nostra vtitur; nostraq. saepe consilia exquirit. Ciuitas est etiam bene propensa erga nos. Senatus aulam publicam nostris continentem aedibus, dato diplomate nobis donauit. Speramus, quando fundator vnus deest, tantum tamen à Reuerendissimo Antistite, & à Senatu, aliisq. nobilibus, valde nobis propiciis collatum iri, vt breui tandem collegii fundus aliquis constituatur.

NO-

Digitized by Google

NOVAE TORVNIENSIS, & Gedanensis Sedes.

TORVNIVM extremo superiore anno e nostris venere tres, nunc Sacerdotes quatuor cum fratre vno degunt. Origo huius Missionis, vel melius Collegii primordia superioris anni litteris perscripta sunt; & simul etiam indicatum, quam auersis ciuium animis, tota paene ciuitate Lutherana labe depranata, nostri excepti sint, quamq. acerba odia Sathanici ministri, suae timentes vindemiae, exercuerint contra nos. hoc anno, aucto nostrorum numero, est illorum malitia maiore adhuc rabie exulcerata. non verbo, non scripto quidquam effrenata maledicentia, ad nos probris omnibus obruendos, reliqui fecit. &, quando alia re non possunt, veneno linguae nos oppugnant, nihil non cassa illorum vesania molitur, vt ex hac vrbe extrudamur, eoq. vsque trãsuersos eos egit amẽtia; vt ad Culmensem Antistitem, collegii fundatorẽ, & patronum, & litteras & nuncios miserint; vt nos homines peregrinos, & factiosos hinc facessere iubèret. expedire id ad publicam quietẽ: aut certe, si tantopere èi placeremus, nos Culmam euocaret. Sed nihil illorum inanibus tumultibus generosus Princeps motus est. quin-

etiam

etiam eas ad Senatum de nobis litteras dedit, quibus maius ſtudium nullum, maior nulla beneuolentia ſignificari potuit. & quo magis improborum vecſania exagitamur, eo magis noſtra conſtantia catholicorum ſtudium ad antiquam religionem, antiquasque retinendas cerimonias inflammatur. frequenter conueniunt ad concionem, ad Sacramenta frequentanda. neque ſolum qui in vrbe ſunt, ſed e ſuis quoque arcibus vicini nobiles ſua praeſentia ſacra catholica frequentant; tenuioribusq. vrbanis addunt animos. Eſt nobis data cõcio, vt etiam ſuperiores docuere litterae, in parochiali Eccleſia: eaſdẽq. Eccleſiae pars noſtris exercẽdis functionibus attributa. ea catholicorum concurſu mire celebratur. Inde etiam & Iobelei tempore, & Rogationibus eductas ſupplicationes catholici magno numero per plateas, per forum proſequuti ſunt, magno animo haereticorum irriſiones contemnentes. Et licet acerbiores in dies haeretici inſurgant contra nos: duodequadraginta tamen, partim domi, partim foris ad Eccleſiam adiunximus. Eorum vnus quadraginta annos in haereſi traduxerat. is, auditis noſtrorum concionibus, tanta animi paenitudine anteactam vitam retexuit, vt, cum totius illius temporis confeſſionem explicaret, in lacrymas totus ſolueretur. Alius triginta prope annis in conuentibus

Digitized by Google

nentibus tum publicis, tum priuatis catholicorum irrisor fuit acerrimus. hic non modo cum Ecclesia reconciliatus est; palamq. ad Sacramenta percipienda accessit, sed voluit etiam in concione à dicente suos errores cum detestatione declarari. Coniugem etiam, socero, socrug. haereticis indignantibus, ad eandem fidei professionem adduxit. Matrona item honesta cum duabus filijs haereticorum peruersa inconstantiam cum gemitu errorem detestata. Vir nobilis ab vxore catholica moriente rogatus, cum aliquibus e sua familia catholicam item religionem amplexus est. E Regni proceribus vnus, qui studio communis boni, vt ipse dicitabat, nostris initijs acerrime aduersabatur, morbo prostratus, coepit sensim mentem aliam induere: nostros suspicere, in consilium ad animi salutem adhibere. Ita cum Ecclesia reconciliatus, morbo ingrauescente, sacrosanctis mysterijs per nostros munitus, in fide catholica inter nostrorum manus expirauit. eius exsequias ipsi honestauimus: rogatuq. filiorum bis oratione funebri cum collaudauimus; prius Torunij, cum hinc funus efferretur; iterum in magna nobilium corona Culmiae, quo ad sepulturam cadauer elatum est. Ita cum in hoc Illustri viro, tum in alijs animaduerti potest, nullam rem haeresim plus fouere, quam ministrorum nequitiam, et re-

religionis negligentiam. Viuendi licentia, quam diu mortis abeſt metus, cogit homines haereſim amare: morte imminente, idem in catholica religione mori optant. Vxor primarij miniſtri in extremo conſtituta Sacerdotem catholicum poſtulauit ſibi adhiberi. miniſtri alterius operam, marito illi deferente, repudiauit; quod non plus in illo, quam in ipſo marito ad culparum abſolutionem ſciret meſſe poteſtatis. ita, quamuis aduerſae tempeſtates excitentur, ſtat tamen noſtrum nauigium incolume: & ad implendam ſagenam aliquid, atque adeo multum ſemper accedit. Sic qui ventis imperat, tranquillitatem tandem faciet. non fatigentur Apoſtoli, ne per noctem quidem remigando. Omitto quam multi per negligentiam vacillantes, in fide confirmati ſint. Egregie praeterea aditta ſacrarum virginum monaſteria duo, Torunienſe, & Culmenſe. Adita praeterea loca alia; & cum conuentibus populi exculti; tum multorum, & praecipue magnatum confeſſiones exceptae.

GEDANVM, alio nomine Dantiſcus, vrbs eſt Pruſſiae totius primaria, & emporij frequentia, & nauigationum opportunitate in primis nobilis. In ea, ſi vſquam alibi, florentiſſima haereſum omnium Academia. non alibi feliciùs impietas bacchatur, ſummi infimiq. paſſim religionis florem exiſtimant à religione exerrare: caeciq.

caeciq. caecos adhibent, quibus regantur, duces. pauci admodum, tanquam fluuij inter salsas maris undas, dulcedinem veræ vetustæ religionis. Quàm aduersis fluctibus hic nostri nauigent, quam contenta nauigatione modicus fructus afferatur, cogitare difficile non est. Spargunt tamen diuini verbi semen: & si non totum in terram bonam, id tamen quod est, parum non est. cum etiam hæretici nos libenter audiant, & frequentia tanta, quantum templum est, angustiæ loci concionem comprimunt, ac multos etiam excludunt. Septem sunt cum Ecclesia communicti, non pauci præterea, & inter eos viri primarij aliquot, non videntur à nostra religione abhorrere. Duo Poloni Sacerdotes excurrunt ad vicina loca; & cum vicanos, & paganos, sacerdote destitutos, tum nobiles aliquot eruditi. duo reliqui sacerdotes domi catholicis præsto sunt, quorum diebus solemnioribus, præsertim circa Christi resurgentis ferias, non spernendus numerus ad Sacramenta concurris

PROVINCIA AVSTRIA.

NVMERAVIT Austria Provincia socios trecentos triginta octo; quamuis decim. domiciliis, quae deinceps commemorabuntur distributos: e quibus sacerdotes sunt centum triginta duo: octo & septuaginta variis docendis disciplinis occupati; discendis quadraginta quinque: domestici operis adiutores septuaginta nouem. Admissi in Societatem viginti quinque: e viuis excesserunt quindecim.

COLLEGIVM Viennense.

FVNESTVM annum nostri Viennenses experti sunt, septem ex eorum collegio sublatis, plerisq. pestilentia Austriam vastante. Primus decessit P. Michael Rerthamer Earynthus, ad spiritualia munia coadiutor, vir miro animi candore, & integritate, propterea q. toti ciuitati carus: captiuorum, & inopum iuuandorum tanto

tantopere studiosus, vt eorum bene magnum numerũ eleemosynis, partim conquisitis, plerisque vltro collatis, sustentaret. indefessus exhaustor laborum: vt neque grauitate operis frangeretur, neque vllo contagionis periculo a praestanda morbidis opera retardaretur. Grassabantur ineunte anno contagiosae quaedam febres: ac dum aegrotis iuuandis, de more, praesto esset, contracta lue, nostro, ciuitatisq. luctu extinctus est, anno aetatis suae quadragesimo, quam venit ad Societatem vndeuicesimo. Adulta iam aetate naturae concessit Bartholomaeus Molitorius Lusatius annos natus octoginta quatuor (nisi ambiguae notae fallunt arithmeticae) fuit hic non expers litterarum: & cũ ad Sacerdotium iudicaretur idoneus, maluit humilioris esse ordinis, qua tanto ornatus sacramento, fructu suae priuari humilitatis. Septem & triginta vixit annos in Societate: e quibus quatuordecim transegit pueris grammatica instituendis, reliquos varij domestici laboris ministerijs insumpsit. Tertius decessit Stephanus Cheremleriius Austriacus, adolescens viginti quinque natus annos: quorum septem magno exemplo patientiae, eoqui, atque infirmarij muneribus Societati inseruiuit. Paene ijsdem diebus Melchior Staindelius Vitembergensis illius est funus subsequutus. & hic sextum & vicesimum iam

annum agens, sex variis operosis ministeriis in Societate tractatis, violento correptus morbo, sexto, quam aegrotare coepit, die, extinctus est. Paucorum dierum intervallo, ne funere intermitterentur, sequutus est praecunies Ioannes Bristius Viennensis. Adolescens annorum novem & viginti, quorum in Societate decem exegerat, partim discendo, partim alios docendo, quinquennia enim humanitatis, ac rhetoricae studiis inkitunt adolescentes. Iam quinque funeribus persolutis, tanto impenso tributo, videri debuimus omni reliquo periculo perfunctis, cum non ita longo intervallo sexto praeterea a vulnere furimur: P. Petrus Phrearius Colomiensis, dum in ergastulis captivorum saluti, nulli parcens labori, nullo loco deest, ex contagio pestifera infectus lue, triduo conficitur, aetate florentissima, & opera maximè frugifera. Vigesimum enim tertium, felici moriendi omine, agebat annum, decimum tertium in Societate, philosophiam; mathematica, & quaestiones de iure conscientiae explicauerat: eratq. praeterea vtilis ad concionem. Non contenta vrbis finibus pestilentia, per vniuersam Austriam effusa, nostros quoque in residentia S. Bernardi inuasit. triduoq. Vitum nobis Archbic coadiutorem ad externa munia formatum ademit. virum cum domesticis, tum externis ob

egre-

egregiam, quam in omni officii genere erga omnes præstitit caritatem, apprime carum, cuius iucundam memoriam etiam cum lacrymis, nostri coloni prosequuntur. eo, quem parentis loco & colebant, & amabant, destituti. annum agebat quadragesimum quintum, vicesimum secundum in Societate: laborum perpessor indefessus: pietatis valde studiosus, sui contemptor egregius, & illorum ministeriorum, quæ cum abiectione propria coniuncta vilescunt, valde studiosus. Hi omnes totius vitæ confessione ad extremum illum agonem comparauerunt. Sed, crescente in dies luce, scholas dimittere necesse fuit, circa idus Augustas eas occlusimus. ad quam diem, vt in bellicis tumultibus eas satis frequentes habueramus: ad sexcentos n. pene discipulorum numerus peruenerat. Ad opem igitur ferendam laboranti ciuitati socii quatuor secreti, & in medium discrimen coniecti sunt. Sacerdotes duo cum fratribus duobus. qui die, noctuq. continenti opera cum aegris occupati integri adhuc ab omni contagione perdurabant. Domi vero quandiu per saeuientem luem nostra sinu exercere ministeria potuimus, eas peperi vtilitates opera, quae superiorum annorum nfis vsa sunt. sed huius propria narrationis certamina fuerere cum haereticis. In rico extra vrbem concionator haereticus multa nefaria im-

peritiq. contra Missam effutierat. & quo maiore ludibrio verendam religionem agitaret, sellaceum tripodem e coquinario instrumento ablatum pro suggestu, calicis loco proposuerat. &, quia locus non longe erat extra vrbem, ingens Vrbanorum concursus ad stultam audiendam belluam effluebat. Eius imperitia sapienti nostri Theologi oratione confutata est: vt auditores leuissimi doctoris, quem sapere existimabant, puderet: publicoq. proposito edicto ciues ad leuissimum audiendum nebulonem exire prohiberentur: audax ille proclamator, metus solum vertere cogeretur. Concionibus praeterea eiusdem nostri sacerdotis, praeter auctam frequentiam ad Sacramenta accurrentium, multi, quorum numerus initus non est, à variis sectis tantum abalienati; alii ad veram fidem amplectendam adducti. Aliorum praeterea sociorum opera, praeter multos in fide confirmatos, ad Ecclesiam catholicam adiuncti ducēti sex; in iisq. multi nobiles, aliiq. viri eruditi; quorum opera multum putatur aliis profutura. Tres ex iis ex Agrienſi clade elapsi, adolescentes Dynastarum filii, magno rei catholicae adimento sperantur futuri. cum parentibus haereticis demortuis in dominatū ipsi successerint. Matrona nobilis, non ita pridem ad Ecclesiam adiuncta decumbebat aegrota. haec confessionis

causſa

cauſſa noſtrum accerſi iubet ſacerdotem. Interuenit eadem hora & medicus praecipuus totius ciuitatis: aegrotam inueniunt, omni ſenſu deſtitutam in ipſo mortis confinio verſari: omniúq. iudicio omni medicae opis ſpe deiectam. Procumbit in genua ſacerdos, preces expiranti animae mutandae cum ceteris pronunciat. mirabile res, vix abſoluto carmine, moribunda mulier reſpirat; &, quaſi lethargo excitata ſenſim reſipiſcit: paucisq. diebus magna cum ſuorum admiratione, ac laetitia conualeſcit. reparataq. valetudine vitam ſibi Eccleſiae precibus redditam profeſſa, ſeq. familiamq. totam ad templum, & ſacram homologeſim, Euchariſtiamq. percipiendam perduxit. Sunt & à bello, & militibus nonnulli fructus percepti. Dynaſta nobilis quatuor peditum millia ducebat in expeditionem contra Turcam, hic antea diebus aliquot domi noſtrae ſe collegit; vniuerſaeq. vitae confeſſione explicata, cum copijs ad bellum eſt profectus. Et cum diuerſis temporibus multa militum agmina ad bellum proficiſcentium, extra moenia iuſta ſuburbanum noſtrum, existimere caſtra metarentur; cum ex alijs tum nobilium, tum reliquorum ciuium villis, horsiq. ſepes, virgulta, lignamina, & quidquid excitando igni, tuguriſq. exſtruendis materiam ſuppeditat, diriperent; noſtri, & conui-

Digitized by Google

Eorum horti ab ea iniuria integri perstiterunt, paena à Ducibus indicta, si quis nostra violasset; haud dubie religionis reuerentia, & nostrorum vtilitate, in opera militibus praestanda perspecta. Accessere ad rem familiarem, & sacrum instrumentum, tum alia tum praecipue vineae duae nobis legatae eiusdem testamento.

COLLEGIVM Graecense.

GRAECII e viuis excessere P. Sigismundus Eunbosserus, vir prope ab ineunte aetate multis laboribus in Societate exercitus, operis assiduitate, & caecae obedientiae studio exempli non vulgaris. E Polonia medicorum suasu proximae redierat: vbi annis aliquot Reginae fuerat a confessionibus: & Abrahamus Venigius, qui in domestico opere multa diligentia, mansuetudineq. nulla vnquam emissa querimonia, Societati inseruierat.

Scholae auctae sunt hoc anno Sereniſſimis duobus Austriacis adolescentulis, Maximiliano, & Leopoldo, qui, & si tenera adhuc aetate, maturi tamen ad studia, nunc cum honorarijs aliquot adolescentulis in album studiosorum relati, gymnasiũ coeperunt, quotidianasq. excitationes frequentare. fuit & illud gymnasio vniuerso ad

glo-

gloriam insigne, & publica memoria non indignum. Qua die Archidux Ferdinandus ad ciuitatis regimen est inauguratus, tanta vis emblematum, epigrammatum, argumentorumq. diuorum Hebraico, Graeco, Latino aliisq. idiomatis à nostrae disciplinae alumnis explicata est; vt platea ante gymnasium conuestirentur, spectantes admiratione obtuerentur. Adiuit Principem summa gratulationis ergo Academia vniuersa, professores & officia cũ suis cuiusque officij insignibus; fausta illi Principatum comprecantes. excepti sunt ea, quae tanto Principe digna fuit humanitate: benigneq. ijs ipsius Principis ore responsum: & Doctoribus Theologis, philosophisq benevolentiae indicium humanitor dexterae porrecta. Neque praetereunda est generosissimi Principis priuata in nos munificentia. aeris enim alieni nobis ad duo millia dissoluit: & noua quaedam aedificia, nostris vsibus peropportuna, suo sumptu curauit exstruenda. Nec minus praedicandum ardens illius in catholicam religionem studium. qui cum in panagio iureiurando à suis exigendo, vicissim & ipse iureiurando se obstringeret, constantissime denunciauit, se prius vitam amissurum, quam in ijs, quae ad religionem pertinent, quidquam sectarijs concessurum. Qua in re studium, institutumq. matris viduae reminis-

fe-

feminae vere per omnes aetates memorabilis. Quae dum pro filijs pupillis rem administraret, illud profeſsa eſt: malle ſe cum liberis mendicato vitam trahere, quam haereticorum poſtulatis aſſentire. Sed licet in eius ditione haereſis aſſurgere non poſſit; non licet tamen noſtris arma ponere. & eſt in perpetua ſtatione exuenda: bellum aſſidue gerendum; fidesq. catholica impigre ſtremeq. propugnanda. Multi hic in fide vacillantes confirmati; à calicis improbato vſu reuocati alij; nonaginta à varijs haereſibus ad fidem catholicam traducti. & in his viri aliquot illuſtres. & eſt operae pretium paucorum hiſtoriam referre. Dynaſtae nobilis filius, apibus & potentia inter ſuos facile Principis. Archiduci erat & ſua nobilitate, & fideli opera, quam illi in intimis cubiculi miniſterijs praeſtabat, apprime carus: ſed, vt in familia natus haeretica, alte concepta haereſi, non facile bonis conſilijs obtemperantem ſe praebebat. & vero labores multi in eo deſudandi fuere. Sed quanto durior in exuendo errore fuit ante, tanto poſtea conuictus in perſpecta veritate retinenda conſtantior. Dici non poteſt, quae praelia à primatibus, à propinquis ſuſtinuerit, pater ita grauiter illi ſuccenſuit, vt aliquot diebus illius congreſſu abſtinuerit; & fuerit ab ipſa Archiduciſſa matre continendus.

Digitized by Google

dus, & rogandus etiam, vt filij consilium probaret; eumq. in pristinam beneuolentiam reciperet: ipsum nullius suasu, sua sponte, serentem, & volentem agnitae veritati adhaesisse. Mater, sororesq. illius animum quotidie miseris lacrymis sollicitabant. tam alte errorum effusa caligo stultorum mentibus insedit. Magnates quoque hae sectae timentes, ne cum in possessionem Dynastiae venerit, omnes suae ditionis homines ad fidem catholicam adducat, suis machinis hominem oppugnare adorti sunt. illustre factum vituperare; reditum ad communem insipientiam, & libidinosam religionem suadere; & vt totam rem in inuidiam adducerent; rumores spargere, ipsum honorum amplionum, & ambitiosi matrimonij spe ad Papistas defecisse. Sed nihil tam suis ridiculum, quam minuta plebecula, & famuli nunquam ministrorum. hi deminutionem sui praedicti non ferentes; zelum zelati nouae legis, maliciosi & ipsi, argutulisq. calumnijs vulgi obstrepere auribus non dubitarunt: cretatoq. pictaue parrigmate, vulgare & inscitum scommata in aduersentem glorioſe coniecere: ipsum Petri exemplum retulisse, qui, quandiu Pontificis palatia abstinuit, bonus fuit. ingressus palatium desecit. sic hunc in palatio cum nigricantibus illis Pontificis ministris (Iesuitas intelligunt)

illis

illis factum esse nigriorem, neque esse, cur eum doleant amissum, siquidem pomum erat, vermem alens in visceribus. Sane non est infrequens ingenij maledicentia, praesertim stimulante metu famis. Sed audite alium seueriorem. Epistolica enim, vt sibi videbatur, libertate ausus est homo vehementissimus etiam parentes paulum conuiciis perstringere. patrem primum, qui cum videret socerdotes à filio in honore haberi, & de religione in vtramq. partem disputari, malo maturè obuium non iuit. Matrem vero, quod marito niteatur fundere aequa ferme animo religionis labem tantam. Haec ingentia pisciculorum fruges corrumpentis vanissimi hominis orthodoxae vtriciunt Ecclesiae. Qui quotidie inter se de sectarum nouitate pertinaci asseuerantur iracundia, veritatis indagandae studiosos vetantes vtramq. partem de religione disputare. Quid si, Mahometis instituto, gladio vti liceat suos inter dissentaneos? sed impunae procacis linguae proclamator non diu poenas distulit; ex vrbe pulsus. Verum tantum adolescens ille abfuit, vt hisce casus conatibus moueretur, vt antiquae nobilitatis adolescentem alterum, sodalem suum ad veritatem inuenendam amplectendamq. adduxerit, e qua haud ita multo minores turbae sunt obortae. Erat hic vidua mater vnicus superstes, tres ipsa liberos edide-

rat.

nus. primus dum Viennae litterarum studiis occuparetur, templumq. Dominicanorum studiosius, quam haereticum par est adolescentem frequentaret, sensim loci reverentia, & pietatis cultu captus, & catholicam, & claustralem illam religionem adamauit. Alter in bello captus à Turcis pro mortuo habetur. huius tertii ab haeresi defectione mater suae prauitati pernicacissimè addicta, ita furere coepit; vt cum ditus omnibus denouerit. perstat ille nihilominus in sententia. Tertius his adiungi potest, si non pari nobilitate, non minoris certe momenti, ad sectarum existimationem eleuandam: & qui suo ad Ecclesiam accessu non minus, quam superiores, ministrorum nationem conturbauit. Berolini vrbe alia triennio hic ministrum egerat: conscientiaeq. stimulis excitus, veritatis explicandae causa Graecum contendit. actum est cum illo accurate: & vt exuerit pernicacium, facilem se praebuit inuestigandae veritati. Verum cum ad nos confessionis obeundae causa accedere pararet, tantus ei torpor membra occupauit omnia; vt commouere se non posset. accersito igitur e nostro collegio sacerdote, factaq. vitae totius confessione, ingenti animi sensu, eleganti oratione Diuino numini gratias egit; seq. tantis cruciatibus, ob sua scelera iusto Dei iudicio puniri, protestatus est. bre-

breuiq. recuperata valetudine, in magna Principum virorum, tum catholicorum, tum haereticorum frequentia copioſe diſſeruit; quibus rationibus, abiurata haereſi, ad veram Eccleſiam acceſſerit. factaq. coram Nuncio Apoſtolico ex forma Tridentinae Synodi fidei profeſſione, Euchariſtiae ſacramentum percepit. Hic Synagoga malignantium ad nota ſibi arma confugiunt: mendacia texunt, falſa crimina comminiſcuntur; ſi credulae, vt alia, multitudini ea poſſent obtrudere. hunc ob flagitia ex patria fugiſſe. quia vnde viueret, non haberet: nouo ſibi arte victum quaeſitum huc veniſſe. Sed quia conſtabat, modeſte, honeſteq; illum in patria verſatum eſſe, euanuere illa omnia, & commenticia exiſtimata ſunt. Quartus acrius adhuc ventoſam praedicantium turbam irritauit. Sed tantae hic exiſtimationis fuit, ac famae integerrimae, vt in eum mendaciorum tela omnia hebeſcerent. Erat hic omnium ſententia dignus iudicatus, qui miniſtri officio fungeretur. iam cum iis viuebat, cum iis vna cibum capiebat; communibus libris vtebatur; paribusq. cum iis priuilegiis fruebatur. eratq. in dies e ſuperiore loco ſuae doctrinae periculum facturus; cum magna Sathanicae ſectae perturbatione, mutata mente, ſe velle Romanam ſequi fidem profeſſus, ad nos, vt catholica doctrina inſtrueretur, contendit.

Digitized by Google

tendit. instructusq. & expiatus Ecclesiae adiunctus est. Est praeterea in hospitali domo ciuitatis oeconomia vniuersa, & domestica disciplina reformata. Duo blaterantes, non enim praedicantes, qui eo concionaturi venerant, ita disputatione conuicti, & conturbati discesserunt; vt amplius redire non sint ausi. curatumq. est, ne debinc talia hominum portenta huc aspirent. Non est omittendum diuinum dicam testimonium in declaranda sacri agni vi. Grauissime pater familias quidam aegrotabat; qui, artis medicae ope desperata, ad exsecrandas maleficae anus artes se conuerterat. resciuit id e nostris vnus; vxoriq. persuasit, vt, saga nefaria omissa, agni imaginem e sacra cera e viri cerui cibus appenderet. paret monitis sedula coniux: & contra spem omnem vir pristinae redditur incolumitati.

COLLEGIVM Pragense,

PRAGAE ex hac vita emigrarunt duo, P. Vrbanus Thuffelius, magno relicto patientiae exemplo qui biennio toto, qui fuit illi vitae finis, ita grauiter difficultate respirandi laborauit, vt in horas singulas anima illum defectura aideretur. quadraginta vixit annis in Societate,

te, ad labores & munia strenuus, & indefessus. & P. Andreas Pringnederus, sua in omnes caritate, religiosa simplicitate, & sincero animi candore carus omnibus, ac de hoc collegio optime meritus: annum agebat alterum & quinquagesimum; cum sex & triginta his ornatus virtutibus vixisset in Societate.

Vtiliter cum haereticis est & hic opera posita, & concionibus, & concertationibus, & priuatis colloquutionibus. Sed concertationes non paucae susceptae multo cum fructu. nam aut conuicti aduersarij veritati adhaeserunt; aut cum dedecore in sua haerentes pervicacia discesserunt. Accidit, vt viri catholici suasu e nostris vnus in haereticorum veniret conuenticulum, vbi concionator erat audiendus. Iniecit familiari sermone de religione disputationem: auditur attente. iniquiore accipit animo qui concionem erat habiturus; nostrumq. sacrarum litterarum testimonijs adoritur: magna voce iubet ad sacra testimonia respondere. respondetur: verus & germanus eorum locorum sensus explicatur. pergit homo amens, & veri sensus scripturarum ignarus, suam vrgere quaestionem; sed, vt infirma est inscitia, & vacillat nixa mendacijs doctrina, quo maiore contentione causam suam tueri nitebatur, eo euertebat magis. ita omnium iudicio vera stetit sacrorum interpre-

terpretatio locorum. Tum ille furens, cum quid asſereret, quid negaret, nesciret: vt ille Curio, qui veneficijs, in iudicio, & cantionibus ademptam sibi memoriam questus est; ita hic suis laqueis irretitus (o nequam hominem & contemnendum) omnem iracundiam euomuit repente in vxorem; quasi illius nequitia mens in eo certamine sibi effugisset. Denique is rei totius fuit exitus; vt, qui ei disputationi interfuerant haeretici, velle se amplius doceri pronunciarint, eiusq. rei causſa se ad collegium venturos esſe dicerent. Praeter multos, qui in fide vel nutabant, vel de rebus multis dubitabant, in recto dogmate, omni abſterſa dubitatione confirmatos, supra centum & viginti ab haeresi ad catholicam se religionem recepere. In his insignis quorundam fuit studioſorum constantia; adoleſcentuli praeſertim ſexdecim circiter annorum. Erat hic Lutherano patre natus, matre Huſſita, proles vtique stirpe vtroque melior, & filius vnicus. Conſpirat vterque parens aduerſus filium, vt illum à fide reuocent catholica. preces, promiſſa, minae admouentur; vt vel ad Lutherum, vel ad Huſſium accedat. perſiſtit ille in ſententia. poſt multas multorum dierum altercationes, rogant ſaltem ad caenam Lutheranam, vel Huſſiticam percipiendam ſe conferat. Docet ille multis, paruſq. ar-

gumentis Lutheranos in sua caena sacri nihil, nisi purum panem tenere. hic ira percitus pater pugnis calcibusq. barbarum in morem in filium desaeuit. postmodum arrepto pugione, irruit in eum, vt confodiat. proripit se inde adolescens, certus domo potius, haereditateq. quam de fide catholica decedere. Sed matris interuentu reuocatus in pristinam gratiam patris restituitur. Sed non diu stetit quies. rursus eadem importunitate & saeuitia pater filium adoritur, orthodoxam fidem vt relinquat. Mater, dum filij causam tuetur, patrisq. crudelitati eum subtrahere conatur, ipsa quoque verberibus male accipitur. Ergo vterque mater & filius à patre familias recedunt. Latent aliquandiu. res ad iudicium defertur. Mater viro crudelitatem in filium; pater filio contumaciam in genitorem, & imperij detrectationem obijcit: quippe qui in religionis causa patris sequi vestigia recusset. Tum filius se in rebus omnibus patri obtemperaturum profitetur; si modo nihil contra Deum, diuinamq. eius praecipiatur legem. Quod si crimen est, à patris religione discedere, multo in eo genere grauius patrem suum deliquisse; qui à patris sui, aui, proaui, maiorumq. suorum fide defecisset: qui omnes in religione catholica vixere. Hic victus pater obticuit. Iudices adolescentis ingenium, & loquendi admirati

mirati promptitudinem, secundum ipsius confessam pronunciarunt: Non debere quenquam in sua religione ipsi esse molestum. ex eo tempore felici cursu in litteris, & pietate progreditur.

Quod ad reliqua pertinet, augeri Pragae pietatem, tum alia multa indicant, tum praecipue numerus sacramenta obeuntium. siquidem superiore anno toto qui ad sacram mensam nostra in aede tantum accesserunt, sexies mille numerati sunt; cum hoc anno ad octo millia, plus minus numerus ascenderit. In multis est agnita confessionis virtus. pellices alij, à quibus ante auelli non poterant, ea soluti phraenesi, praeteritam detestari prauitatem non desistunt. Ab ipsa paenitentia & conscientiae explicatione alij abhorrebant. qui victo pernicioso pudore, mirantur nunc remedij facilitatem simul & dulcedinem. Variis intemperijs alij agitabantur; vt vel ignoto morbo laborarent, vel delirarent, vel obsessi a daemone iudicarentur. omnes hoc remedio, & percepta Eucharistia, tranquillitati mentis restituti.

Est apud nos, vna cum aliis, Italorum etiam sodalitas, quae cum paucis ante annis, ob nonnullas rerum varietates aliquid remisisset, hoc anno ad pristina rediit pietatis studia. Sodales numerantur sexaginta, in suis exercitationibus, & pietatis cultu admodum frequentes. Sed in

Digitized by Google

primis floret Parthenia conuictorum congregatio. ad quam diebus festis ex externis non solum studiosi, sed Barones etiam, ubique viri nobiles magno pietatis studio conueniunt. Ac praeter eam, quae celeberrima est die festo Christi corporis, quater etiam singulis annis festis praecipuis Virginis Matris supplicationes magno traducunt apparatu. Quae magna catholici populi, eorumdemq. procerum frequentia, insuper & Apostolici Nuncii praesentia celebratur.

COLLEGIVM Olomucense.

OLOMVCIVM P. Richardum Xanterum misit ex hac vita inopinato, ac prope subito lethargo extinctum. nam illo ipso die mane sacris operatus erat. & sane videtur Diuina Bonitas illius animum inscientis ad mortem tuto excipiendam comparasse. Siquidem vltimis hisce eius vitae annis (erat enim & matura iam aetate, & multorum laborum perpessione paene enectus:) totum se ad Christi Domini vitam attentius intuendam, in suaq. vita effingendam contulerat. Est praeterea in nostro templo sepultura data Moraviae Subcamerario, viro spectate virtutis, iustitiae & integritatis Nicolao Nredec. qui insignis & fautor,

fautor, & promotor fuit tum Collegii Olomucien-
sis, tum probationis domus Brunensis. eius fu-
nus scholarum alumni multis carminibus, va-
riisq. ingenii fetibus; viri principes, legati Ci-
uitatum, Moraniaeq. nobilitas sua praesentia
illustrarunt. Non cessauit interim Sociorum
industria cum haereticis. Septuaginta ad Eccle-
siam venere. ex iis femina Olomucensis tanto
studio post reconciliationem flagrauit, vt mari-
tum etiam cum familia tota à Luthero ad Ro-
manam Ecclesiam traduxerit. Et vt intelliga-
tur, quam non suae fidant religioni sectarii: mu-
lier haeretica in profundam aquam delapsa,
cum ei spes nulla superesset emergendi, omissa
sectariorum confidentia, ad opem B. Virginis
implorandam se conuertit. votoq. nuncupato
peccata confitendi, Romanaeq. religionis susci-
piendae, paulatim sensit se ad litus propelli,
potiq. compos promissi fidem liberauit. Ab Eu-
charistiae vsurpatione sub vtraque specie reuo-
cati octo supra sexaginta. frequens porro anno
toto fuit sacramentorum distributio in nostro
templo, magnus quoque ex vicinis locis etiam
haereticis concursus ad aram Sancti Valentini
in nostro templo, valetudinis variorum morbo-
rum impetrandae: multiq. vitae totius confes-
sione peracta, se voti compotes factos protestan-
tur. Non est omittenda Reuerendiss. Episcopi

Digitized by Google

liberalitas, & propenſa erga nos voluntas. Patres enim, qui ad Prouincialem conuentum Olomucium venerunt, quandiu manſerunt, ipſe aluit. abeuntes omnes in ſuam arcem inuitauit: triduoq amice retentos, larga in viaticum eleemoſina donatos dimiſit. Idem, Senatoribus omnibus adhibitis, gymnaſticam actionem, qua ſexdecim adoleſcentes artium Magiſtri renunciati ſunt, ſua praeſentia illuſtrauit: ipſosq. laureatos, vna cum Senatoribus conuiuio excepit.

DOMVS PROBATIONIS Brunenſis.

BRVNAE e veteranis duodeuiginti fuere: e quibus ſunt ſeptem ſacerdotes: nouicii ſeptem & quadraginta: & ſi perſaepe aliquanto pauciores. Periculoſa hic quoque graſſata lues eſt; ita vt ſcholas occludere neceſſe fuerit. nullum tamen, Diuina nos Prouidentia tuente, e tam numeroſa familia ne tentauit quidem. credimus id meritis B. Rocchi, & precibus ad eam calamitatem auertendam inſtitutis datum. Nam & eius anniuerſarium diem religioſa memoria, & operis ceſſatione celebrare ſolemne eſt huic familiae. Additum ad preces, vt praeter octiduanam ſacramentorum vſurpationem,

quincta

Digitized by Google

quinta cuiusque hebdomadis feria sacra mensa frequentaretur. nec defuit interim ad contagionem vitandam humana diligentia. Sparsere quidam improbi, quibus festuca in oculis haeremus, ad sui similium laetitiam, septendecim e nostro numero, quasi vltione caelitus immissa, pestilentia absumptos esse. cum illi hoc inani rumore laetarentur: nos de nostra omnium incolumitate bonorum omnium datori Deo grates egeremus. Neque tamen defuit nostrorum opera hominum saluti. Triginta plus minus a variis haeresibus ad catholicam fidem redire: sexaginta ab vsurpatione calicis reuocati; & in his viri primarii tres. Confessionum porro pacificationum, aliorumq. ministeriorum vtilitates nec pauciores, nec minores, quam in locis aliis constitere. Multis opportunum latum auxilium. Mulier, quae primo, altero q. partu fetum exanimem ediderat, tertio iam concepto fetu, ad numen sibi propiciandum magno studio conuersa, nostros consulit. eorum sua ipsa studiosius pietatis cultum suscipit. multis & ipsa precibus caelestem implorat opem; & concionis etiam flagitat precationes; eiusque rei causse confessione peccatorum purgat animum, caelesti pane pascit, sacro die Virgini Matri dicato, his piaculis, vt filium ederet incolumem, à Deo impetrauit. Alia e nobili Baronum familia

Germa-

Digitized by Google

Germaniae superioris, magnae indolis, magnaeq; prudentiae femina, in coenobio haereticarum virginum ab incunte aetate educata, adulta sano & tricenaria, siue ob familiae nobilitatem, siue ob egregiam indolem virginibus aliis praeposita erat. hanc postmodum male-nati inuicto odio perpetuum ad carcerem deposcebant. illa inopinato casu perculsa, cum animi non minus, quam corporis interitum timeret, statuit se periculo subducere, notoq. se obstringit catholicae religionis indagandae. ergo rem cum fidelibus amicis, communicat. suadent illa fugam; &, quamuis haereticis, vt conceptum de religione consilium maturet, ad id valde opportunos ipsi foro Iesuitas. sunt, inquiunt, viri pietatis, & humanitatis laude praestantes: hic ipsi ancoram, hic portum futurum. Hinc satis apparet haeresim a plerisque electione magis, quam iudicio retineri. obtemperat illa consilijs: multisq. Germaniae Vrbibus peregratis, cum Iesuitas nusquam inuenisset, Austriam tandem ingressa, Brunam venit. Quae sit, quaeq. sibi euenerint in patria, quid sibi quaeras, exponit: opem petit: nullam sibi nisi à Diuina ope salutem superesse. Subleuata in praesens nostri sacerdotis sermone, edocetur fidei catholicae veritatem, factaq confessione, cum Ecclesia reconciliatur. mox, conquisitis

per

per nostros eleemosinis, in sacrarum Virginum coenobio collocatur. Est etiam multis incommodis obuiam itum. Conspiraverant religionis hostes, ad solitudinem faciendam circa Christi corporis solemnia, populi frequentiam auertere. Debebant more, instituto q. maiorum singula opificum sodalicia eo die per Vrbis plateas sua vexilla praeferre: id impedire impij molieban-tur. quod cum resciissent nostri, catholici, ali-quot nonnulli, à Caesare edictum impetrarunt, quo nefarij illorum conatus in cassum reciderunt. Itaque non eo die solum, sed postmodum etiam, cum edito Pontificio Iobeleo eadem supplicatio indicta esset, solemni apparatu frequentes con-uenere. Brunam venerat concionator alunde, facundia praeditus plusquam sapientia. fama concionum illius multos ad copiosam dulcilo-quentiam excitarat. lingua ad spargendum haeresis venenum, & imperitorum animos insa-tuandos erat aptissima. & , vt consuetudo ille-nim cognoscatur, concioni sibi locum delegit in aedibus Baronis cuiusdam. tempus indicit no-strae campanae signum. erat, si nihil aliud, ad auertendam saltem à nobis concionem res non inepte excogitata. Dicebat ille e fenestra: po-pulus orationem excipiebat ex impluuio. ita a mortifera esca miseri fagifabantur. Adiiciebat ad ceteras impietates praeco impurus etiam in

ipsa

Digitized by Google

ipsa haereſi corruptelas. Secundum cancionem, ad commune ſpiritale gaudium percipiendum, populum ad fractionem Lutheranici panis inuitabat. pro puro pane panem condimentis medicatum, qualem ad acuendam ſitim praebent caupones, diſtribuebat. ita beluo impurus vno ludibrio & Chriſti Domini, & Lutheranorum inſtituta riſum faciebat. ita qui hoſtis venerat catholicis, apud vtrumque ordinem offendit. Noſtri, vt peſtifera illa lingua excinderetur, egere de re tota cum Senatu. non difficile fuit in inuidiam adducere id, quod ſua ſponte erat odioſum. ita & concio illa ignominia notata, & ſceleratus proclamator actus in exſilium. ac, niſi amicorum opera periculo clam ſubductus eſſet, carceris etiam ſqualorem ignominioſe ſubiiſſet. His alijsq. rebus permotus Senatus, Societatem reuereri ſolito magis coepit. itaque neminem haereſi infectum legere hoc anno in Senatum voluerunt.

Sed vt aliquid de nouicijs dicamus: perſpecta eſt in nonnullis eorum, qui hoc anno ad Societatem venerunt Diuinae cura prouidentiae. Cum ſtabatur vnus ſuſceptum ſuae vocationis exſequi conſilium. ac, dum per Oceanum nauigat in patriam, graui obortа tempeſtate, in vitae diſcrimen incurrit. hic, voto ſanctiſſimae matri nuncupato, omni periculo perfunctus, diuinam

ſequi

Digitized by Google

sequi voluntatem maturauit. Aliter amore patriae profectus ad suos, immissam sibi caelitus mentem sensim exuebat. & hic graui febri oppressus, diuinam agnouit in se animaduersionem. qui eodem voti se obstringens vinculo sanatus, ad optatum vitae genus primo quoque tempore se contulit. Alium mater parturiens sacrae alicui familiae se dicaturam promiserat, si pareret incolumis. is postea, matura iam aetate, matris promissa ita rata non habuit, vt alia omnia cogitaret. Lectione epistolarum S. Bernardi, quibus praecipue religionis carpit desertores, sensit se ad amorem eius vitae excitari. eoq. vsque progressus est in eo sensu, vt omni contentione in Societatem admitti postularit. Idem studium in pectore alebat alius. eius consilium mater odorata, blande primum, mox etiam aspere ad insaniam vsque adolescentem conatur ab ea mente auocare. muliebrem furorem auxit patruus coenobita; qui eum suo sibi praedestinarat monasterio; vt etiam illum custodia coercerent. Sed omni illorum asperitate superata, longo terra, mariq. itinere huc ad nos contendit. Visum est hoc loco addere, quod ad Pragense pertinet collegium; & potest ad exemplum alijs prodesse. nam & in pia causa Diuinae prouidentiae tutela, & quanta in religiosa modestia, compositoq. oris, & animi ha-

Digitized by Google

habitu sit virtus inde apparuit. Baro Pragensis est, alioqui benevolus Societati. accidit, vt ex eius ditione adolescens, ipso inscio, in Societatem cooptaretur. eam rem ita indigne tulit; vt non modo cum stomacho expostularit; sed magna etiam contentione reddi suum sibi vassallum flagitarit. quare ad maiorem vitandam tempestatem, fuit ille Bruna Pragam accersendus: quem vt toto corporis habitu, cultuq. piam ad modestiam composito adspexit; ita intus animo commotus est, vt omnis ille spiritus concideret; & minax iracundia mollescere, adolescentis factum collaudauit, & ad constantiam in suscepto consilio cohortatus est. pristinum demum in Societatem animum resumpsit. Non erit inutile, ad aliorum eruditionem etiam parum prudentium lapsus enarrare. E pura sincera. hac familia vnus malo suo docet nunc alios esse sapientes; qui perturbatione actus conscientiae superiore anno à sua vocatione se subduxit. Is nunc acrioribus conscientiae morsibus exstimulatus, quanto se priuarit bono miser animadvertit. & magno sensu paenitudinis ad amissam denuo coepit paradisum adspirare. Litteras dedit, quibus male actae vitae culpam, & tantae diuinae in se animadversionis causam illam esse profitetur: quod nunquam integre suam conscientiam, intimaq. vitia spiritali patri sit

ausus

ausus delegere; cum se de rebus tantum leuibus accusaret. Se igitur digne à diuina iustitia puniri; nec posse maeroris grauitudini resistere. Orat summis precibus, se denuo in coetum illum recipi lectissimum. Se prae huius vnius beneficij magnitudine, opulentum, & amplum patrimonium, quo fruitur contemnere: paratumq: praebet ad quamcumque satisfactionem: etiam si totum annum pane & aqua sustentandus sit: Sancteq. pollicetur; se, Deo bene iuuante, religiosae vitae cunctis exemplum futurum.

CRVNLOVIENSE Collegium.

CRVNLOVII aduersus Lutherani concionatoris clamores in catholicos pietas retenta, & etiam aucta in non paucis est, qui accuratiorem sui animi cultum susceperunt. Tres & viginti à Luthero; octo ab Hussio quos ab ineunte aetate coluerant, ad catholicam Ecclesiam accessere: calicis vsum, quem tenaciter diu retinuerant, vnus & quadraginta omiserunt. Discipulorum numerus, qui scholas frequentant altiores, auctus est: sed imminutus eorum, qui humilioribus instituuntur, schola in Vrbe Lutherana excitata. ad quam ciues haeretici suos à nostra institutione liberos transtulerunt.

Digitized by Google

runt. & si, magistri Lutherani perspecta tarditate, aliqui cum suos liberos parum tali magistro proficere intelligerent, scholis nostris reddidere. Nonnullos alios, praeter ciues, ex impuna illa schola nostrum ad gymnasium attraximus. Quinque e nostris auditoribus ad varias religiosorum familias se contulere. Non est id, pro loci natura exiguum emolumentum.

COLLEGIVM Commotouiense.

COMMOTOVII scholae probitate duntaxat adolescentium florent, numero vero vt inter homines nostris institutis, nostraq. religione maxime auersos. Duo tamen ex lecta iuuentute in nostram Societatem sunt allecti. Viginti nouem e ciuibus ab haeresi ad catholicam Ecclesiam traducti. In his, (vt malum haeresis intelligatur) vnus Lutheri prius assecla, post anabaptistas tredecim sectatus annos, cum in neutra secta securitatem reperisset, contemptis tamen monitis nostrorum, animum induxit nunquam, vt ad orthodoxos se conferret. decem igitur ipsos annos suis se ipse subinde enascentibus rexit opinionibus. Captus tandem à Turcis, in seruitute melior illi mens accessit. Statuitq. si ad libertatem rediret, nostro-

rum

Digitized by Google

rum monita, quae posthabuerat, accipere. Ergo fuga elapsus, factus voti compos, ad nos se contulit; repudiataq; toties consilia amplexus. Ecclesiae catholicae est aggregatus. Matrona quoque sterilis, catholicae fidei adiuncta veteri fecunditatem impetrauit. id quod illa Diuinae beneficentiae acceptum refert. Mira paucitas est catholicorum in hisce finibus. Miseri tamen, cum datur facultas etiam e remotis locis longo itinere veniunt ad nos, vt ad religionem informentur. In his Misnienſis ciuis huc sedem transtulit; vt cum coniuge, & liberis in catholica viueret religione; quam a parente & auo acceptam constanter retinuerat. Illustriss. Thuringiae Princeps, germanus frater eius, qui Misniam administrat; quem nobis & infensum, & infestum venturum homines parum propitij arbitrabantur; irasq. in nos eius exacuerant: hic cum magno comitatu iter faciens, perhumaniter tamen nos inuisit. exceptus est perhonorifice carminibus, & musico concentu. quod ille tanta gratia excepit, vt nobis etiam gratias ageret. Domum etiam pauperum discipulorum larga eleemosina donauit. Itaque contumaces illi spiritus maleuolorum conciderunt. Collegij aedificatio magna cepit incrementa, triclinio, culina, locisq. alijs non ad amplitudinem tantum; sed & ad amenitatem, & salubritatem absolutis.

Digitized by Google

NOVODOMENSE Collegium.

NOVODOMENSIS collegij initia superiores nouae calamitates exceperunt. Res tum scholastica, tum spiritualis fauore maxime Illustriss. fundatricis belle procedebant: inuidia haereticorum superabatur: scholae insigni iuuentute frequentabantur: spiritalia munia, vt in vrbe corruptissima haeresibus impigre exercebantur. funus Illustriss. fundatoris magno apparatu, sacra cerimonia, & carminum, aliorumq. argumentorum ostentatione celebrauimus. Collegij aedificatio crescebat: Illustrissima fundatrix maiora quotidie suae pietatis, & vere plane maternae erga nos beneuolentiae documenta dabat; cum subitus turbo secundum rerum cursum interrupit. Scholae primae incommodum senserunt. quae sacerdote vno prius, mox etiam Magistro altero morbo extinctis, perturbari coeperunt; discipulorumq. numerus, imminui. Sacerdos ille audiendarum confessionum, magister docendi opera ex contagio discipulorum, gliscentis pestis venenum hauserunt. Sed extincto postmodum sacerdote tertio, & crescente in vrbe indies lue; alijsq. morbis saeuientibus, scholas dimittere, gymnasium

sinum occludere necesse fuit. fratres patresq. ne lue inficerentur, dimissi in alia Societatis loca se recepere. Impetrauit tamen Illustrissima fundatrix à P. Prouinciali, vt sibi suisq. hic relinqueretur, qui diebus festis, & aures confitentibus daret, & concionem haberet. Nec fuit inutile consilium. siquidem per id tempus Baronobilis, qui à prima aetate in Picarditarum haeresi versatus, eius semper acer propugnator fuerat, tandem diuino beneficio, veritatis lumen intuitus ad Ecclesiam adiunctus est. Eius rei fama statim per Bobemiam, Morauiamq. dissipata, magnas à proceribus haereticorum excitauit tempestates. quas ille omnes animi constantia eluſit. fatebatur ille, se cum primum ad sacram Eucharistiam admissus est, tanta diuini sensus dulcedine repletum esse; vt quantanlibet maximarum opum amplitudinem cum illa comparare non auderet. siquidem apparet in eius animum diuinorum charismatum copiam infusam esse. & nunc id operam dat; vt & scribendo, & monendo, & disceptando, quantum in ipso est, alios ad eandem lucem, eundemq. diuinarum rerum sensum attrahat. Spes est, multis magno futurum adiumento. Praeter hunc, tres & triginta alij, partim varijs ab haeresibus, partim à temerario calicis vsu reuocati. Et, vt dicatur aliquid de opere, excitata

Digitized by Google

est pusilli huius gregis catholicorum pietas, tum Quadragesimae concionibus, tum extremis diebus sanctioribus, nouo, & in hac vrbe insolenti spectaculo sepulchri sacro Christi corpori condendo, augusta specie, & splendido apparatu in nostro sacello exstructi. appositoq. carmine dramatico res tota illustrata: magno spirituali solatio harum paucularum Christi ouium: vt multi ingenti sensu pietatis commouerentur. Itaque magnum fuit, in tanta piorum raritate, quadringentos ad Sacramenta accessisse. Sed exemplo fuit in primis ciuitati illustrissimae fundatricis pietas. Est in vrbe ptochotrophium: in eo inopes multi sustentantur. est illius iussu omnibus denunciatum; vt vel catholico ritu, catholicam religionem professi, sacramenta perciperent, vel intra certam diem ex hospitali domo, quaecumque eos maneat fortuna, decederent. Ipsa dicta die cum liberis ad sacram synaxim cunctis antèiuit: inopesque cibo caelesti refectos, lauto epulo excepit: ipsaq. Marthae more ad mensam ijs magna pietate ministrauit. Eadem ipso die caenae Domini, vt imaginem referret Christi, turbas in solitudine pascentis, post caelestem cum liberis cibum sumptum, antiqua à maioribus consuetudine accepta, magnum inuitauit egenorum numerum in suum suburbanum ad conuiuium, potestate facta cuilibet

libet accedendi: ac, nequid ad integram similitudinem deesset, dum pascendis corporibus parata cibaria distribuerentur, P. Rectorem, & Sacerdotem eum, qui erat à concionibus adhibendum curauit, qui confluenti turbae diuini verbi pabula subministrarent. Quatuor millia circiter, & quingenti conuenere. Quo minus plura scribi potuerint, saeua subsequuta lues, infestiq. morbi impedimento fuere.

THVROCIENSE Collegium in Vngaria. & Sellienſis Sedes.

TRES & viginti e Societate operae Vngaricum agrum coluerunt; in collegio Thurocienſi duodeuiginti, Sacerdotes decem, cum magistris quinque; quatuor in sede Sellienſi, & sacerdos vnus in Prusceńſi missione (de qua dicendum est seorsim) commorantes. In Societatem vnus cooptatus: desideratus est nullus. Publica calamitas, rebus omnibus bello perturbatis, impedimento fuisse videtur, quo minus de scholis scribi aliquid potuerit. Sed non defuit opera colonis. nempe haeresis omnia deuastans, tantam fecit sacerdotum paucitatem, vt & intra, & extra vrbem necesse sit nostris sacerdotibus vices explere parochorum. Duobus tamen

Digitized by Google

in noſtris pagis diuerſa in regione diei vnius itinere ab vrbe diſſitis, parochos conſtituimus alumnos noſtrae diſciplinae, meditationibus B. N. P. Ignatij ante excultos. vtrobique magna excepti gratulatione, ſuo munere egregiae funguntur; in rebus difficilioribus reguntur conſilio noſtrorum; ad quos ſaepe commeant Thurocium. Sed in vrbe, praeter matrimonia cum haereticis impedita, quadraginta ſex ab haereſi ad fidem catholicam traducti. in quibus admirabilis, & multi ſermonis fuit virginis conuerſio, nobili loco natae. quae in haereſi ab infantia inſtituta, graui afflicta morbo, à matrona catholica admonita noſtrum ſacerdotem accerſit: edoctaq. & facta vitae totius confeſſione, tanto ardore pietatis incenſa eſt; vt non poſſet a diuinis laudibus, & gratijs numini agendis deſiſtere; admirata nimirum diuinae lucis claritudinem. tantoq. diuinae Euchariſtiae percipiendae feruebat amore, vt dilationem ferre non valeret. facta voti compos, e magna diuinorum chariſmatum dulcedine ad eam lucem exceſſit intuendam, cuius ſenſum ante extremum vitae limen praeguſtarat. Et vt appareat haereſim nulla certa ſtare ratione, ſed praua plerunque animi inductione; multi in errore perſeuerant, non quod ita eſſe credant; ſed quod vulgi rumoribus obſiſtere non audeant.

Ad

Ad perniciosam hanc consuetudinem accedit ingens malum, ministrorum auaritia. qui nisi suis fallacijs luci tenebras offunderent, ingenti praeda priuarentur. Persaepe accidit, vt quamuis alioqui suae prauitatis retinentes, aditum tamen religionem penitus dediscere non possint. Et cum in eo articulo res est, vt animi salus versetur in discrimine, suo diffisi dogmati, ab orthodoxis auxilia exquirunt. Eius generis tenui fortuna opifex haeresim ita tuebatur, vt populariũ sermonibus, quo minus ad veritatis lucem intuendam oculos aduerteret, teneretur: idem tamen, quamuis vulgi opinionibus addictus, & suae sectae cultor non indiligens, ex antiqua religione solennioribus diebus cereos in templo, collegio sui opificij adhibito accendendi consuetudinem nunquam intermisit. ita non verebatur in re aperta suo dogmati aduersari, vt intimis verae religionis sensibus obtemperaret. Videtur hic verae religionis ignis culus retentus homini via fuisse ad salutem. In morbo enim ipse quoque se respexit; & contemptis voculis imperitorum, magno animo sacrorum coetui adiunxit. Alius octo ipsos annos in famulatu hominis catholici versatus erat, neque vnquam animum induxerat, à Lutheri vi recederet. victus tandem Sacerdotis nostri

concionibus, affirmauit, ſe conſcientiae ſtimulis diutius obſiſtere non poſſe: opeq. ab ipſo Sacerdote implorata, ſe cum Eccleſia coniunxit. femina inter haereticos graui preſſa morbo nihil ſibi aeque graue eſſe ſentiebat, atque ex hac vita catholici ſacerdotis ope deſtitutam decedere. proinde contentis precibus à Deo flagitabat, vitam vt tantiſper ſibi prorogaret, dum copia fieret ſacerdotis orthodoxi. facta eſt voti compos. forte per id tempus Sacerdos noſter illac iter faciens, eius confeſſionem excepit: animamq. monitis, & ſolenni precatione ad agonem illum extremum communiuit: vt magna cum laetitia ex hac vita emigrarit. Diuina porro prouidentia, & ſodalis eius meritis factum exiſtimo; vt homini alteri pari ratione eodem extremo in periculo ſubuentum ſit. Sed eſt operae pretium in altero prius diuinae intueri ſigna bonitatis. Adoleſcens duodeuiginti natus annos paſtoriciam vitam in montibus, & ſyluis traducebat. hic quoque extremo in morbo catholicum Sacerdotem, cui conſcientiam detegeret, deſiderauit. Parentes eius voto ſatisfacere volebant: ſed nullus erat in propinquo, qui in tempore accurreret. Rogarunt, an vellet Lutherano praedicanti confiteri. negauit ille ſerio, conſtanterq.

tum

tum omnes eius vici incolas ad se acciuit: ab iis omnibus, si quem offendisset, veniam petijt: eosq. ad pietatem, concordiam, caritatem, eleemosinasq. pro captu adhortatus est. atque inter loquendum, magna laetitia perfusus: En, inquit ad Deum proficiscor: digitumq. intendens, tres angelos, qui se deducturi essent, ipsumq. Christum Dominum, ad caelestes inuitantem nuptias indicabat. Cumq. multi pio affectu lacrymarent; non esse in suo funere plorandum monuit: siquidem ad aeterna gaudia, e hinc emigraret; atque inter haec plena laetitiae visa animam Deo reddidit. Neque ea inania fuisse argumento fuit, quod adolescenti altero, aequali, & sodali suo, vti dixeram, & valenti, & robusto eodem in sermone praedixit fore, vt non multo post se sequeretur. qui sub idem tempus in morbum lapsus, cum catholicus adesset nullus, cui confiteretur, non aeque prudens, ac sodalis, persuaderi sibi passus est, vt Lutherano lupo conscientiam noxis expiandam aperiret. sed praesto fuit, vti dicere exorsus eram, eodem nostri Sacerdotis interuentu Diuinae Bonitatis auxilium: nam re cognita, accurrit noster; eiusq. monitu adolescens factum damnans, repetita confessione, catholico ritu culparum, & vitae vinculis absoluitur. Con-

tenduno

tendunt haeretici Dynaſtae ruſticos, qui ſuae ditionis ſunt, à noſtrorum conſuetudine auocare, multa florenorum duodecim indicta, ſi quis vel ad concionem, vel ad confeſſionem acceſſerit ad nos. Veniunt nihilominus multi. quin etiam ex ijs vnus, cum in itinere aduerſum miniſtrum quendam noſtrum nomen praeſenti animo defenderet: verbi miniſter ad explendam verborum imbecillitatem ferrum expediit; graueq. vulnus in caput ruſtico inflixit. illo argumento fortis Euangeliſtes ruſticum proſtrauit. Et nunc ſolet antiquae ingenuitatis homo vulneris cicatricem non ſine gloria à ſe propugnatae veritatis oſtentare. Eſt etiam obuiam itum veneficijs. Quatuor à nocturnis ſpectris, maleficis artibus vexati, vſu ſacri agni cerei, & ſacramentorum liberati. Anus centenaria, ſaga maleficentiſſima, exſecrandas religiones diu exercuerat. & eſt operae pretium fallacias detegere. Haec, vt ab eo, in quo degebat, vico tempeſtates annuas repelleret, diebus Chriſto naſcenti, & à ſepulchro exiſtenti ſacris, edito conſcenſo monte, recentem placentam ventis, ac nubibus libabat, & vt comederent, concepta verborum forma, innitabat. Eadem milites, ne in vici fines ingreſſum inuenirent, excaecabat. ob quae bene-

ficia

ficia apud vicanos erat magna gratia: &, tam alta est insciti, vt ob sanctitatis vmbram, quae ineſſe verbis videbatur, summam se religionem exercere existimaret. Haec errorem deuicta damnatas artes execrata est.

SELLIAE &si scholae adhuc nullae sunt, Societas tamen, Dominij iure, inuentutis & in litteris, & in fide instituendae curam suscepit. Instituuntur à magistro vno omnes; & e nostris vnus ijs semper inuigilat: nostrorum praescripto mensibus singulis ad sacram confessionem quique idonei iudicantur, ad communionem admittuntur; quotidieq. Missae sacrificio interſunt. ex his duo iam Societatem nostram cogitant. Prolixa admodum in hanc sedem, omneq. nostrum nomen fuit Reuerendiſſimi Nitrienſis Episcopi benignitas. mirum nostros omnes quàti faciat: quae beneuolentiae & existimationis signa det. Nam, vt quotidiana eius in nos omittantur beneficia, collegio Thurocienſi argenteam pyxidem inauratam sacro Christi corpori asſeruando dono dedit. Et cum paullo angustius habitaremus, & ad laxandas aedes, aedificiola quaedam adijcienda eſſent, ingentem laterum numerum nobis donauit; quo beneficio magnopere impensa leuati sumus. Idem etiam, si Sellae collegium aedificetur: pollicitus est tantum & laterum, & calcis se daturum, quan-

tum

tum ad omnem aedificij ſtructuram opus ſit. Contigit autem, vt inter fodienda fundamenta aedificij, quod aedibus adſtruebamus, teſta cum nummis argenteis reperiretur, non quidem multis, quos fabri diuiſerunt inter ſe: ſed fuit antiquitas pecuniae notanda praeſertim opportuno tempore repertae. Erat enim Belae Regis, & cruce duplici ſignata, antiquo Regni Vngarici inſigne. Admirationi fuit, & pudori religionis nouatoribus, vt catholicis laetitiae crucis ſignum, in moneta tam antiqua expreſſum; certum ac perſpicuum antiquae religionis argumentum.

MISSIO
Pruſcenſis.

PRVSCVM parochia eſt in Trachinienſi comitatu, cui decem alij vici ſunt adiuncti. Haec triginta ipſos annos in Lutheranorum poteſtate fuit. Hoc demum anno Dynaſtae olim Viennenſis Collegij alumni, in catholica fide inſtituti, parentibus de mortuis haereditario iure adepti dominatum, ad catholica iura reuocarunt. Huc miſſus Sacerdos ſacra Societatis arma confeſtim expedijt. Doctrina Chriſtiana primum rudes erudire, confeſſiones audire,

alia

Digitized by Google

alia sacramenta ministrare instituit. Mirum excitatum est in rustica plebe antiquae studium religionis. vndecim vici paene toti iam ad Ecclesiam adiuncti. baptisma infantibus ritu catholico collatum: matrimonij sacramento coniuges copulati: Extremae inductus vsus Vnctionis: paenitentiae, & Eucharistiae misterijs expiati permulti. Adiuti etiam qui carcere attinebantur; & vt mitius tractentur impetratum: mortis periculo, qui in Dominum famosa carmina decantabat, ereptus, nostri Sacerdotis precibus donatus. Restituta religione, visa est melior caelo quoque facies restitui; grata clementiore aeris temperie, vberiorem frugum copiam fundente terra: cum ante in Lutheranismo quotannis incommodi aliquid semper accideret, aut à caeli inclementia, aut à sterilitate terrae: vt seges raro ad agricolae vota responderet. Hoc anno, cum primum sacri Ecclesiae ritus celebrari coepti sunt, tempestatum lemtas, & pluuiarum opportunitas, quasi vim sacrarum precum sentientes, colonorum votis obsecundarunt. Ipso die festo S. Marci, cum Litaniae maiores in agros educerẽtur; sata proculcata, postero die ita reuiruerunt, seq. in suos culmos erexerunt, atque integrorum virori se aequarunt, vt si nullam ante iniuriam sensissent. Neque id rustici tantum admi-

admirati; sed ipsi etiam nobiles egressi rem suis oculis spectarunt. Neque in erudiendis tantum rusticis impensa opera est; sed coram multis etiam nobilibus catholica fides illustrata. Est Ioannes Artopaeus magni nominis minister. hic cum sacerdote nostro disputans, audacter, magnaq. confidentia asseuerabat, Christianum hominem diuina gratia ornatum, nullo suo beneficio, ne per diuina quidem Christi merita, diuinumq. sanguinem effusum, vllum ius habere ad gloriam caelestem. qui cum copiose à nostro confutatus esset, vir nobilis, qui suam salutem, seq. totum ventoso homini commiserat, eo contempto, nostri sententiae caepit adhaerere. & vt erat sollicitae, & bene temperatae mentis, quaesiuit de patre, an vellet suam mutatae religionis ad diuinum tribunal causam suscipere? (& haec quoque monstra incudibus haereticorum extunduntur, ad retinendos in errore homines: quasi piaculum sit e tenebris emergere in lucem) constanter annuente patre, magnū ad animum firmandum catholicorum librorū numerum coemit. Idem Artopaeus coram viro nobili Stephano Petrocio negabat in sacro crucis signo, ne in ipso quidem, quo Christus Dominus suffixus est ligno, virtutem esse vllam. contra disputante patre, & sacrarum litterarum, sanctorumq. patrum testimonijs, multorum

expe-

experientia euentorum diuinam ineſſe virtutem oſtendente; homo acutus videri volu:t euangelia Peripateticorum volutaſſe. inſtat igitur. Vnde ea virtus ligno ingenerata? num alteratione, an rarefactione? an quo alio motu in ligno excitato (Vide ſcopas diſſolutas; & plumbeam nebulonis philoſophi ſubtilitatem: rarefactione mentis iſta diſputas, opportunus merito irriſor reſpondiſſet) Docente patre, id nulla phyſica ratione, ſed diuina fieri virtute, contactu diuini Chriſti corporis: quemadmodum etiam cõtactu fimbriae fœmina ſanata eſt; & virtute ab ipſo exeunte, ſanabantur qui ipſum cõtingebant: animales homines, quae Dei ſunt non perceperunt, ſed riſum iocumq. doctrinam Euangelicam fecerunt. Sed non abijt impunis blaſphema diſputatio, & ſacroſanctae crucis impia deriſio. Nondum ab eo congreſſu tertia hebdomas completa erat; cum prid. non. Septemb. hora quincta poſt meridiem, coorta tempeſtate, ignis de caelo lapſus quatuor viri nobilis horreo incendit; ac quidquid frugum aeſtate tota congeſſerat, abſumpſit: vt nulla hominum induſtria, ne denſiſſimis quidem imbribus cadentibus, potuerit incendium reſtingui. Clara alia nobilium catholicorum exempla vitandae nimietatis omittuntur: quibus catholica fides in his locis ſenſim reuireſcit.

TRAN-

Digitized by Google

TRANSYLVANIA.

NON possunt iam sine maerore Transylvanicae res commemorari: cum tam laeta rerum initia tanti motus postea sequuti sint, nec quem adhuc exitum res habitura sit, satis appareat. Non est tamen optimi Principis Battorei tanta in nos beneuolentia silentio praetereunda. & est quacumque ratione in praesens aduersarum rerum molestia voranda, & coquenda tristitia: Nostrorum igitur Transylvanicam vineam colentium numerus ad viginti sex peruenit; Vni & viginti, qui hic fuerunt adhuc, quinque alijs hoc anno additis. e quibus in collegio Claudiopolitano viginti, Albae Iuliae reliqui morantur. Hi egregiam dant operam, vt vastam hanc immanium haeresum syluam perpurgent. Quam ad rem cum ipse Serenissimus Princeps, tum alij nonnulli strenue incumbunt. Demetrius Napregius Antistes in primis. Is cum dioecesim cognoscendi, & corrigendi causa obiret, licet haereticorum factio sit validissima; e quinque tamen opidis totius regionis & nobilissimis. & amplissimis nefarios deprauatores verbi Dei feliciter exegit. quinque catholicis sacerdotibus in eorum locum subrogatis. Huius studium imitatus Stephanus

Digitized by Google

phanus Fosica, Regni Cancellarius, tres alios pari scelere contaminatos ex ijsdem opidis exturbauit. Serenissima quoque Archidux scelestissimum Lutheranum, qui audaci temeritate, bonis, improbisq; inuitis Ecclesiae gubernacula occupauerat, submouit. Et quamuis in impudenti monstro expellendo, plus, quam oporteret, operae ponendum fuerit; maior tamen adhibita contentio in refractario homine domãdo victoriam reddidit illustriorem. Spes erat maiores rem progressus habituram. & habuisset profecto, si tempora minus turbulenta sequerentur. Sed omnium superasse studia videtur Sereniss. Principis ingens animus tum in rem catholicam vniuersam, tum in nostram quoque priuatam, & familiarem singulari beneuolentia tuendam. Est Varadinum in Transyluania ciuitas in primis nobilis, & Ladislai Regis olim Sanctissimi sepulchro celeberrima. In ea multi adhuc sunt catholici; qui nulla vnquam temporum iniquitate ab ea, quam acceperunt à maioribus religione, descciuerunt. Iis graue erat, in ea Vrbe, in qua religio quondam sedem, ac domicilium habuisset, nunc ne vnum quidem superesse templum, quo pij ad suos conuentus celebrandos, preces Deo faciendas, & diuinum propiciandum numen conuenire possent. Missis igitur legatis, de ea re Princi-

pem compellarunt. Princeps, datis litteris, Vrbis Praefecto mandat, vt illorum postulatis satisfaciat. Praefectus, qui non melius erga religionem, quam cetera haereticorum turba affectus esset, inuitus Senatum cogit, mandata Principis exponit, litteras recitat. fremere omnes Patres conscripti: indignum facinus clamare: quae templa iam purissimis legibus, ac nouis ritibus, nouoq. Euangelio duae sanctissimae sectae Caluinistae, & Arriani consecrassent, ea nunc vetere Papistarum idololatria iterum contaminari. De consilij igitur sententia oratores quatuor iniuriam religionis expostulatum ad Principem mittuntur. Princeps, illorum contumacia offensus, qui ea quae ipse praeciperet, in deliberationem vocarent, aspere primum ab se abire iussit; post etiam male acceptos, cum ignominia dimisit: suaq. iussa rata esse voluit. Et cum in Regni Comitijs Albae Iuliae habitis vir nobilis, qui octo ante annos in nobis hinc eiiciendis fuerat teterrimus, bonorum quorundam peteret possessionē; quoq. ei durior res fieret in dies, eo maiore contentione Principem lacesseret. Princeps praeteritae memor contumaciae, graui hominem oratione increpuit. Debere ipsum meminisse suae in Patres (sic enim nos appellat) in comitijs Medienſibus acerbitatis: quanq. temerè, & impie

pie in eos debacchatus sit; cum primus omnium petulantissime exclamarit: Non esse amplius in Regno ferendos Iesuitas. proinde, si suae causae prona velit omnia, retexat, quod in eos impie exorsus contexuerat. Hoc responso perculsus, instar lymphati per mediam vrbem exclamauit: Restituantur Iesuitae. Sed machinae post bellum. ad declarandam tamen humanissimi Principis in nos propensionem, argumentum certe maius esse nullum potuit. Idem alium opibus, ac potestate inter primos, bona quaedam Collegij Claudiopolitani, per vim auertere conantem, literis, & graui commina-tione ab ea iniuria deterruit. Coloni praediorum Collegij Claudiopolitani, nostris non modo inconsultis, sed etiam inscijs, siue perfidia, siue ambitione speciosioris vitae, certe, vt apparet, conspiratione facta, relictis agris, in vrbem secesserant. cumq. à Praetore vrbis more, iure-q. repeterentur. Praetor, re ad Senatum relata, respondet de Senatus sententia eos non redditurum: Aduersus totius ciuitatis consensionem ius suum obtinere facile non erat. defertur res ad Principem. is damnata colonorum contumacia, qui se manumittente nemine vindicassent; eos iussit in suos quosque vicos redire. Ita benignissimus Princeps occasionem nullam praetermittit, non modo nostra iura

Digitized by Google

tuendi; sed etiam studijs omnibus res nostras promouendi.

Porro de Claudiopolitanis scholis scriptum est superiore anno: eae maiora in dies incremẽta caperent, ni tota haec prouincia, quanta quanta est, belli tumultibus quateretur. Est nihilominus discipulorum numerus non infrequens: & viget in ijs studium doctrinae, pietatisq. Triginta ex ijs e prima nobilitate adolescentes, quos alijs item magno adiumento futuros esse speramus, partim ab Arrianismo, partim à Lutheranismo ad catholicam Ecclesiam se recepere. alte impressum esse in ijs verae religionis sensum, adolescens e vicina Saxonia documento fuit. Miserat eum pater Bistricio, vrbe Saxoniae huc studiorum caussa; & in conuictorum contubernio collocarat. Hunc cum à Lutheranismo ad Romanam fidem se contulisse pater cognouisset, Claudiopolim aduolat (distat enim Claudiopoli Bistricium non longius itinere diei) ad conuictorum collegium se confert: dissimulatoq. consilio, quaerit de filio, qui valeat. Interim dum filius accersitur, excipitur ea, qua par est humanitate: in collegium inuitatur: scholae, contubernia q illi ostenduntur. magna rerum omnium probatione se delectari pulchre simulat. Interim filius, patris cognito aduentu, eius iracundiam veritus, se abdiderat. cum inter aequa-

Digitized by Google

qualium greges pater-filium apparere non videret, se contemptum ratus omnem, quam compresserat, repente iracundiam euomuit. minaciq. oratione se circumuentum, filium sibi per dolum ereptum vociferans, aduocatis baiulis, eius libros, omneq. instrumentum iubet asportari. cumq. truculentius semper excandesceret, conquisitus filius tandem e latebris educitur. quem cum vidisset, confestim abreptum Bistricium repente asportauit; miseroq. cuidam Lutherano magistro instituendum tradidit. Tanta tamen fuit in puero constantia; vt, spreta magistri leuitate, contemptis matris lacrymis, paternaq expugnata iracundia, Claudiopolim ad priorem institutionem se retulerit. Conciones habētur & in vrbe, & in pagis: sed vrbanae binae caelebrantur magna ciuium, externorūq. Vngarorum, & Saxonum frequentia. Quadraginta quinque à Luthero, Caluino, alīsq. monstris ad Ecclesiam catholicam; multi à flagitiosa ad emendatam viuendi rationem redierē. Magno praeterea cum fructu in tanta catholicorum paucitate cetera Societatis nostrae ministeria ad hominum vtilitatem adhibita. vberes e confessionibus percepti fructus: reconciliati dissidentes: adiuti aegroti, quorum multi sacramentorum Ecclesiae, & consecratae immaculati agni cerae beneficia senserē. Lustrati

Digitized by Google

excursionibus pagi; magnusq. paganorum numerus ad Sacramenta, & vitae emendationem conuocatus. Sed insigni catholicae religionis gloria energumenus est in vrbe vexatione mali daemonis liberatus. Erat hic natione Saxo, religione Arrianus, tenue opificium Claudiopoli exercebat. Hunc clam prius adortus est malus, post etiam aperte. hic interdum, cum ad opus faciendum aggrederetur, arreptis artis suae instrumentis, quanuis & valens, & robustus, tanto tamen occupabatur languore; vt viribus destitutum vita defectura videretur, adhaec tanta cogitationum perturbatio menti obijciebatur, vt ad se in profluentem demergendum propemodum adigeretur. neque hic tere minus malorum, coepit insuper horrendis spectris exterreri, quibus cum se die quadam videret circumuentum, fuga domum repetit: sed hanc quoque horrendis monstris videt occupatã: quae, quasi signo dato, in se vnum impetu cernit irruentia. pauore perculsus in furorem agitur: & quasi assultu hostium circumuallatus, discurrere, enisi, effugere, adoriri, iactare brachia, aduersarium petere, pulsare. Accurrunt vicini: hominem constringunt: ex intemperiis mali daemonis fallacias agnoscunt. & religionis socij sacrum aliquem mystem adhibendum censent. quem, vt e sanctiore choro, tanquam

ex

ex adyto euocatum, eligerent; Arrianorum ad-
ducunt coryphaeum. magna mulierculatum,
minutaeq. plebeculae animi suspensione. a lec-
tissimo diuinorum antistite gloriosum aliquod mi-
raculum expectatur. Accessit homo talis pu-
gnae insoleus; & cum his, terue glorioſe sibi
barbam demulsisset, pauca quaedam, quae ne
ipse quidem sciret, proloquutus, tanquam co-
micus testis Phania, discessit. Accedit alter
hebetior priore, & maioris etiam audaciae, vul-
tuq. ac totius oris habitu ad seueritatem confor-
mato, hominem salutat: bonum animum habere
iubet: magnificentia sermonis prolixe multa
pollicetur; quorum ne vnum quidem praestitit.
Et hic quoque maiore, quam prior, cum dede-
core discessit. Incerti, ac perplexi, cum quo
se uerterent, non haberent; statuunt vim Papi-
starum experiri. ergo ad Iesuitarum opem
implorandam se conuertunt. Adit noster
Sacerdos, aegrotum iubet spem omnem in
vno Deo collocare, penes quem est rerum omniū
potestas, & seuerum in feda haec monstra
omnia imperium. hortatur, vt verba illa. Iesu
fili Dauid misere mei: toto animi affectu pro-
nunciet. Iubet Dominicam orationem subinde
iterare. Mira res: verba omnia expedite, vo-
lubiliterq. pronunciabat: cum ad extrema ve-
niebat; quibus à malo liberari postulamus, ita

lingua haerebat, vt ad illa pronunciunda eam nullo modo posset expedire. Admouet consecrati agni ceram. dixisses nuda corporis ignitum carbonem contigisse: tam miris coepit ille modis agitari; toruis oculis adspicere; distorquere se: corpus totum agitare: nihil non mouere, sacram ceram vt excuteret. Addit Sacerdos crebram consecratae aspersionem aquae, preces ingeminat: iubet alios fide, rituq. catholico item orare: neque ante desitit, quam post longam mali reluctationem aeger à daemonis tyrannide liberatus est. Videtur ad ipsius, aliorumq. salutem hanc homini calamitatem Diuina prouidentia permisisse; vt perspecta praua rum dogmatum inanitate, catholicaeq. Ecclesiae virtute, ad vota meliora se conuerterent.

ALBAE IVLIAE Sacerdotes duo duabus classibus distributos centum viginti eruditunt adolescentes. cum tamen interim ceterorum ministeriorum vtilitas magis magisq. quotidie appareat. Sed pauca haec commemorantur tantum. Confessionis sacramentum diuersarum nationum multi adiuere. Quinquaginta partim ab erroribus, partim à peccandi consuetudine abducti. femina hic quoque à mala vexatione liberata, quae tanta oneris grauitate corpore haerebat; vt non nisi iunctis equis trabi ad Ecclesiam potuerit. In praecipuo collegij pago

Cal

Caluinianum cõcionatorem iussimus silere, qui non modo obtemperauit, sed etiam iam catholicam religionem meditatur.

NOVVM LABACENSE Collegium.

ETRANSYLVANIA *in citeriora redeundum est. Labacus est vrbs Carniolae Prouinciae, haeresibus maxime corruptae. In eam vrbem diu boni omnes peroptarunt Societatem inducere ad pestem haeresum sensim expurgandam; in idq. diu multumq. laborauit Sereniss. Carolus Austriacus. Hoc anno tandem eius filius Ferdinandus, quod diu tractum erat, perficit: annuũq. constituit vectigal ter sum millium aureorum. Locus in vrbe collegio percommodus assignatus, cum sacra aede diuo Iacobo dicata. Missi initio e Societate tres sacerdotes duo cum laico fratre. his adiuncti circa festum Paschae, magistri duo, cum coadiutoribus totidem initium collegio, & nostris ministeriis fecere. fauitq. auspiciis Diuina bonitas, tum caeli benignitate, tum hominum fauore. Nam cum in morbidum annum incidissent, passimq. cives prostrati iacerent, nulla vt paene familia decumbentibus careret, nostrorum neminem hic attigit. Ciues porro, qui*

vt

vt in haeretica vrbe necesse fuit, à nostro nomine ita abhorrebant; vt ferociter de nobis & cogitarent, & loquerentur; perspecta nostrorum innocentia, & cognita industria in reconciliandis dissidentibus, aegrotis in hospitali domo subleuandis, adiuuandis carcere detentis; coeperunt admirari, quos antea impense oderant. Nihil enim tale ante in ciuitate animaduerterant. Sed in primis puerilis institutio fuit admirationi. Doctrina igitur Christiana Carniolana lingua tradi coepta est. Ad scholas liberos mittere coeperunt etiam haeretici, repugnantibus quãuis rancis vocibus ministrorum. testantur enim parentes, pueros suos plus vno mense in nostra proficere institutione, quam apud vrbanos magistros anno toto. Et saue mirum fuit adolescentulos, qui primis grammaticae imbuuntur elementis, tantum nostra exercitatione profecere, vt quincto mense Drama de S. Ioanne Damasceno omni elegantia, ac venustate exhibuerint. Quo tempore, magna sexus vtriusque frequentia spectante, praemia etiam discipulis sunt distributa. quae res magnam apud ciues Societati opinionem comparauit. Sed nimirum infamis doctrinae concionatores inuidia exussit. acriter enim in ciues, & matronas sunt inuecti; quod abominationes Iesuiticas (sic enim nocturni lemures loquuntur) tanto

fauore

fauore prosequuti sint. Quare magna iam facta mutatio animorum est. vt, cum antea metus effet, ne, qua sunt bi cines ferocia, per noctem e claustris effractis vim aliquam nobis inermibus inferrent; neque ad facinus inferni ministrorum afflatus desiderarentur: nihil adhuc asperi experti simus, nisi rabidas voces rabularum, e quin etiam per vrbem nullo haereticorum ne bisciente quidem, sacrosanctum Christi corpus ad aegrotos magna tranquillitate deferimus. Nostrorum in primis opera in paucis catholicorum reliquiis suendis extitit egregia. qui nostrorum concionibus, hortationibus, colloquutionibus iam animos erexerunt, ita haereticis frontem opponere non dubitant; vt aduersarij multum de contumacia remiserint; catholicorumq. alacritatem nostrorum aduentu ad sua tuenda excitatam ipsi protestentur. Porro proclamatores verbi de suggestibus cum in nostrum nomen insultantur, a nobis pacem inimicam quaerere videntur. Serio enim suos monent, ne vel nostras conciones adeant, neue collegium, colloquiaq. nostra, sermonesq. frèquentent. homines doctos esse Iesuitas, ingenio promptos, & acutos, in primisq. ad decipiendos imprudentes comparatos: & facile quenuis in Papisticos laqueos inducere. Hanc laudem veritas extorsit ab inimicis. sed non item facile verum pate-

fit oppu-

oppugnari, si modo vindicis vox exaudiatur. Tres viri nobiles, acerrimi ante haereſis defenſores, ea nunc abiurata, ita catholicam propugnant veritatem; vt à Ieſuitis veneficio aliquo à mente exiſtimentur abalienati. Alij multi rationibus conuicti veritati aſſenſerunt: ſed ad catholicam fidem profitendam dicunt expectare opportunitatem. Sed licet hi cunctentur, eſt tamen haereſi hoc primo anno magna facta labes; & multum Eccleſiae catholicae vinciola adiuta. Dynaſta in hac prouincia in primis potens, Lutheri valde ſtudioſus, Lutheraniſmi ſeminarium ad exſecrādam ſegetem diſſeminandam ſuo aere in hac vrbe fundare cogitarat. noſtrorū aduentus impium conſilium diſiecit. Eſt & illud per noſtros aduerſus haereſes curatum: vt, cum Eccleſiarum aera Campana tam in funere haereticorum, quam catholicorum pulſarentur, nefaria illa conſuetudo tolleretur. Manauit harum primiciarum fructus etiam ad exteros. Huius Prouinciae Praetor, quem Capitaneum vocant, & ſummus Croaticae militiae Prefectus, Sacerdote noſtro ad ſe accito, cum multis ſuae familiae nobilibus totius vitae confeſſionem magno cum pietatis ſenſu explicauit. perq. eam occaſionem multi in eius aula, qui in fide nutabant, confirmati ſunt. Alijs haereſi occupatis is eſt ſcrupulus iniectus, vt in incerta, quam ante a-

ſen-

Digitized by Google

sententiam obfirmarant, iam fluctuent; & aliqua perspiciendae veritatis cura moueantur. Praua iurandi consuetudo ex eorum sermonibus sublata; & vsus Deo quotidie supplicandi in hominibus militiae assuetis inductus. imperiti sacerdotes vtilibus monitis instructi: haereticí libri e manibus hominum excussi: tota denique tum aulicorum familia, tum multitudo militum ad modestiam, Christianamq. pietatem reformata. Excurrit inde Sacerdos idem Caroloſtadium, extremum Croatiae propugnaculum, rem catholicam, haereticorum petulantia oppressam erexit, multum haereticorum audacia repressa. Catholici omnes pijs sermonibus, paenitentiaeq. & Eucharistiae Sacramentis recreati. Tres, qui à fide defecerant, ad Ecclesiam rediere. carnium vsus e catholicorum mensis, diebus Sabbathis sublatus. Suscepta publica, nobilibus viris, ac primioribus praesentibus, cũ eorum primario impietatis magistro disputatio, & loquacis hominis, ac mendacis ita stoliditas confutata; vt, quem antea arcam sapientiae existimarent, neglectum inde, ac despectum execrarentur; eiusq. interesse concionibus dedignarentur. Vnus ex eis, praecipuus antea haeresis defensor, Labacum ea tantum causſa se cõtulit ad nostros, vt plene praecipuis doctrinae capitibus instructus, falsorum dogmatum poſſet

inier

inter ipsos inanitatem redarguere. Itaque spes est catholicam fidem magnos in eo praesidio processus habituram: Et quoniam nouae familiae initia, antequã res tota domestica, sacraq. plene instruatur, in multa incurrat incommoda necesse est, Serenissima Archiducissa, cognita templi praesertim inopia, magnum numerum pretiosarum rerum, ad sacram vestem, sacrumq. totum instrumentum augendum transmisit: ita vt non iam noui, sed bene constituti collegij templi esse videatur. Nec desiderata est Reuerendiss: Antistitis liberalitas. Is calicem statim pretio centum florenorum, & pretiosam casulam templo dono dedit, pecuniam non modicam ad emẽdos libros, ad ruinas quasdam aedificij reparandas suppeditauit: domos duas cum hortis ad collegij fabricam perutiles, suo aere coemptas, collegio attribuit. quae spatio annuo breuiore, copiosa satis benignitas habenda est. Plura, & maiora molientem, patronum nostri beneuolentissimum mors nobis eripuit. mille tamen talenos ad futuram collegij fabricam nobis testamento reliquit. Illius imitati studium Antistites alij minores, Abbatesq. certatim, pro sua quisque facultate ad nostram sublenandam inopiam multa contulerunt. Ita, vt se dant initia, spes est meliorum subinde ad hominum salutem euentorum.

PRO-

PROVINCIA GERMANIA SVPERIOR.

NVMERVS eorum, qui in Prouincia Germania Superiore fuere, vt ex singulis familijs colligitur trecentorum fuit & quadraginta septem Sociorum: qui collegijs decem, vna probationis domo, & residentiis duabus distributi degerunt. Septem prouincia tota vitam cum morte commutarunt: viginti quinque ad Societatem accesserunt.

COLLEGIVM Ingolstadiense.

INGOLSTADII septuaginta circiter fuere. Vnus desideratus est Vdalricus Frembdius, adolescens multis virtutibus, naturaeq; muneribus instructus; fortiq. patientia in longo, molestoq. morbo probatus. ea vitae fuit in-

nocen-

Digitized by Google

nocentia; vt vitia potius nescisse, quam emendasse indicari possit. De scholis quae scribi possent, à superiorum annorum nihil dissident felicitate, illud vnum additum: Quartum Theologicorum commentariorum volumen à P. Gregorio de Valentia editum. De Sodalitatibus B. Virginis, deq. nobilitatis flore in eas adscripto, & feruore pietatis copiose satis anno superiore scriptum est. Illud huius anni proprium. Octo, se ad varias religiones contulerunt: tres ad nostrum ordinem, e quibus vnus vtriusque iuris doctor admirationi fuit vniuersae ciuitati; multosq. suo exemplo commouit, ad tutioris vitae genus cogitandum. Alter philosophiae studia decurrerat: tertius cum per idem properaret stadium, mutato cursu, ad religionis metam festinauit. His alii tres sese adiunxere ad opera domestica destinati. Pijs commentationibus viginti quatuor exercitati sunt. Illustriss quidam Baro, viriq. primarii Ecclesiastici aliquot, & monachi duodecim: quorum concepta pietas ad multorum vtilitatem promanatura speratur. Vnus certe morum mutatione, & religiosae modestiae splendore sta suae familiae alterum permouit, vt precario etiam cum laicymis ad easdem exercitationes impetrarit aditum. Conciones quoque, quae binae statis temporibus habentur, tulere fructus suos. duos

& tri-

& triginta ab haeresi ad verum Ecclesiam traduxere: & in iis duo ministrorum filij patrem, patrumq. amentiam reliquere. Multi a magis, & veneficijs abducti: multorum maleficae chartae, codicesq. & diabolica symbola exusta. Sed confessionum numerum referre supervacuum. illud vnum tangam. duo nocturna visa territi, vitae totius confessionem relegere.

In Biburgensi sede non sunt illa iteranda quae superiore anno scripta sunt. Religio ad Templum S. Leonardi nobis commissum, superiore anno excitata, indies augetur: crescitq. numerus voto damnatorum. quod item bonum ad alia templa duo nobis commissa se porrexit. sed miracula referre nisi e plana, certaque narratione consilii non est, ne quo per vmbram ingentes impingamus.

COLLEGIVM Dilinganum.

EXCESSERE fere tricenarium numerum Dilingani Socij, qui in collegio fuerunt, praeter septem, qui in conuictorum vnum contubernio. Admissi sunt in Societatem quinque, philosophiae magister vnus, Theologiae per id tempus studiosus. duo praeterea e rhetorum classe, & parochi duo; Theologiae licentiatus

alter, alter in philosophia Magistri laureatus donatus. Scholae eundem, quem superioribus annis cursum tenant. Monachorum etiam, qui in iis studia colunt doctrinarum, auctus est numerus, & studium tum ad doctrinam, tum ad maiorem pietatem capessendam magis inflammatum. Neque hic tantum, qui in scholis, sed alijs quoque, qui suis in coenobijs versantur, utilis nostrorum fuit opera. siquidem multis consulentibus multa ad constituendam disciplinam, & utilia consilia data. In monasterio quodam longior facta commoratio: sermones de religiosa disciplina habiti: monasterij instituta, regesq. religiosae observantiae, qua ratione recte intelligendae sint, & ad eam normam conferri, factum, referendo disputationibus multis demonstratum: quotidie quae rebus ijsdem quasi pomeridianae scholae institutae. quas, post discessum nostrorum, monachus ex ijs bene doctus suscepit continuandas. De Sodalicijs B. Virgini dicatis, deq. sodalium studio ad pietatem, & earum exercitationibus copiose scriptum est superiore anno, & prioribus. Hoc anno, vt progressio notetur, ad supplicationem in parasceue sub noctem traductam illud additum: Christi vt ad Calvaria arundo agmen totum speciem referret: adolescentibus multis vario ornatu, dolorum ipsius speciosa ostentatione argumenta

refe-

referentibus: & haec omnia fodalibus faciseis distincta. Commouit multis lacrymas tam ad viuum expressa luctuosae historiae imago; & pium adolescentium studium, vt dignum fuit, laudem tulit. Viget in fodalibus non suae cuiusque tantum, sed aliorum etiam salutis studium, tum priuatim, tum communiter. Et, vt nouum aliquid addamus, vbierat in patriam vnus e fodalibus. & vt conceptum religionis studium ad aliorum edoceret vtilitatem, pueros, puellasq. in locum vnum coactos Christianam doctrinam instituit docere. id pater eius indignum ratus, conuiciis, plagisq. adolescentem ab honesta actione deterrere contendit: sed victis illius patientia patris iracundiam perfiditq. in incepto, rursusq. cum maturum fuit, à patre impetrauit, Dilingam vt ad sua prosequenda studia rediret. Alius haereticis duobus seuiam iniecit de catholica religione amplectenda cogitationem. Idem odore virtutum; & sermonis sanctimonia duos alios ad tantum virtutum amorem, pieq. viuendi studium adduxit, vt de suscipiendo religiosae vitae instituto consilium reperint. Occursum est praeterea nostrorum opera non tenui malo. Perniciosa consuetudo in mores pene omnium nobilium in his locis inoleuit; vt Dynastae ipsi in pareciis suae ditionis animarum curae praficiant, non

Digitized by Google

quos Episcopus suo iudicio probarit: sed quos ipsi suo arbitrio elegerint. huius vitii malum, cum quantum esset, nobili Dynastae demonstratum esset; excusauit ille suam iuris eius ignorantiam: parochos omnes, quotquot erant in sua Dynastia, & duodecim erant. Constantiam misit ad Episcopum, cuius dioeceſis sunt, ad pacificationem sui muneris exercendi à iusto Antistite accipiendam. Concionibus haeretici viginti sex ad Ecclesiam sunt reuocati: multi, qui nutabant, ne ruerent retenti: aliis, qui in locis haereticorum famulabantur, persuasum, vt ad catholicorum consuetudinem se referrent: exemptae non paucis, neque infimis hominibus superstitiones variae: nonnullis etiã scripta magica excussa. Confessionis sacramento multa vitia sublata, multis incommodis obuiam itum. horrificis spectris, adhibitis praeterea agno, sacro & lustralis aquae potu, quidam liberatus. Ex opido Lauingano serui, seruaeq. ad quadraginta, clam suis heris, confessionis, & communionis causſa ad nos venere circa festum Paschae. Sed quoniam aquae benedictae facta mentio est, addam quod superiore anno omissum, huius anni reddidere litterae. Haeretici filiolus pertinaci, & ardenti febre grauabatur. medici eum iam suo auxilio destituerant. Audierat è catholicis pater magnam inesse vim in eius aquae sanctificatione. Venit ad nostrum templum:

Digitized by Google

templum: haurit e sacra concha quantum satis est: eam ingerit in pultem, quae adolescenti parabatur: qua epota adolescens ita melius habere coepit, vt paucis diebus conualuerit. quod beneficium vni nostrae aquae consecratae acceptum referens pater deprædicare non desistit. Ad doctrinam Christianã quæ & in vrbe, & in pagis explicatur, illud accessit hoc anno, vt inter munuscula, quibus pueri donantur, pagellae interserantur, quibus ratio quotidie recognoscendae conscientiae, familiae bene regendae; rei diuinae assistendi: rite, & cum fructu confessionem, aliaq. Christiani hominis officia obeundi breui descripta continetur. quae tanto fauore sunt exceptae, vt ab vsque Spira, & Moguntia expeterentur. Vnus Bambergensis Episcopus sexaginta florenos in id genus exemplaria insumpsit. nullum est opidum, nullus viculus Sueuia tota, Almangauia, Heluetia, & Tyrolis magna parte, quo non domus catholicorum bis chartis adornentur. Potest & illud in hoc genere adscribi. In vicis suburbanis, seruos, & ancillas ad scholas, exercitationesq. quibus habentur diebus, conuenisse; flagitasseq. vt à se, quemadmodum à pueris, puellisq. pensa exigerentur: reddidisseq. summa fide, diligentiaq;. Quin etiam domi inter lanificium, operaq. alia mutuo aliae alias sese

docent. Multi haereticorum filii, qui suae operas catholicis locarunt, in templum cum aliis conueniunt; studioseq. flagitant doceri; omnisq. magna animi propensione obeunt, quae ceteri; & magna etiam laetitia & ipsi munuscula excipiunt. ac, nisi parentum metu, magistratuum offensione, & poena amittendi patrimonii prohiberentur, catholicam religionem profiteri non vererentur. ita multa hostis animorum saluti obiicit impedimenta.

Repetitae sunt superioris anni Missiones, eademq. munia exercita. Eluangam itum saepius confitentium ingens numerus: vt Sacerdos vnus non pauciores audierit sexcentis: haeretici duodecim cum Ecclesia reconciliati, & in iis eximius quidam medicinae Doctor, natus, & altus in Lutheri prauitate. qui, praeter praestantium artis, multis versatus in Academiis, saepe cum Caluinistis de religione disputarat: neque vnquam audiuit, quid sibi satisfaceret, nisi cum disputationem nostro cum Sacerdote suscepit, tum se demum veris, validisq. sensis armis oppugnari. & nunc pro eius, quam agnouit veram esse, fidei defensione, extrema quaelibet se passurum profitetur, priusquam ab ea recessurum.

Campidunum quoque aliqui ab haeresi abducti, conciones habitae sex & quadraginta. saepius

in ijs de vanitate haereseos deplorauimus: fidesq; catholica disserte confirmata. ad eas haereticis magno numero confluxere: estq; ijs ita perspicua lux veritatis exposita, vt assensus extorqueretur ab inuitis: fatereturq. multi viri graues, ac nobiles, multos redituros ad Ecclesiam, sine fraude, & nota leuitatis id posse. Adiuti etiam parochi, & idoneis praeceptis ad digna sumum munus obeundum instructi.

In pago Almangauia, Augustani Episcopi regetu, profectus sacerdos, mollitam superioris anni cultura bonum, sabbatum inuenit. Duo & septuaginta in hoc pago continentur, praeter familias extra vicos in agro dissipatas. ea omnibus locis ad eum audiendum conuersus fuit, vt nulla concio pauciorum, quam duorum millium conficeretur. Hic praeter concionum, catheceseos, & confessionum fructus, primores inter se dissidentes reconciliauit, nec defuit qui à Luthero, qui à concubina abstraheretur. Ludi magistro norma praescripta in iuuentutis litteris, ac pietate instituendae. dati eidem pij libri, rosaria, imagines, & id genus alia distribuenda ad pietatem excitandam.

In arce, & oppido Vallestermensi esset operae pretium concionum, & confessionum fructus referre, nisi haec ipsa nota essent. Illud hic

nouum: consuetudo Christianae doctrinae explicandae, quae adhuc nulla fuerat, inducta. Simultates omnes, quotquot in opido fuere, etiam quae reconciliari nulla ratione posse credebantur, penitus sublatae. Praeter opidanos auditi confessionis sacramento multi, qui aliunde eius rei tantum caussa venerunt. & non paucis ex iis pane tantum & aqua per id tempus ieiunia finientes. qui & nostro ingentes gratias egerunt, & domum repetentes beneficium praedicauerunt. A Luthero ad Ecclesiam tredecim adiuncti. curatum ne catholicorum liberi haereticis magistris, opificibusue instituendi tradantur. euulsae ex hominum animis opiniones multae, sincerae religioni aduersantes; quas callide haeretici disseminauerant; & in nonnullis radices altas iecerant. Abusus multi & graues sublati, circa venerationem S. Crucis, in baptismi, paenitentiae & Eucharistiae sacramento. Haereticorum libri, & magiam docentes inflammati; & pecunia iniusto parta lucro, cui debebatur restituta.

Oetingae eaedem vtilitates praestitae: parocho de vita decedēti, ne sine catholico sacerdote moreretur, subuentum est in tempore. Ad fidem catholicam, praeter virum nobilem Calvini sectatorem, reuocati duodecim. Excursum

iisdem

iisdem peregrinationibus ad loca alia; & vbique Christiana res iisdem ministeriis mirifice promota.

COLLEGIVM Monachiense.

De eorum, qui in Monachiensi collegio maxima anni parte versati sunt, deq. scholarum & magistrorum numero, nihil diuersus à superioribus annis scribendum est. Circa finem anni auctus est & capitum & scholarum numerus. Duo Theologiae professores, & auditores duodecim nouo Theologico seminario, liberalitate Sereniss. Bauariae Ducis in hoc collegio constituto, initium fecere. ita ad sex & quinquaginta nostrorum numerus excreuit. In horum numerum referuntur, qui conuictorum praecrant collegio, missis P. Visitatoris decreto conuictoribus. Visa est aliquantum propterea minui scholarum frequentia illis detractis: sed breui ad suam peruenit plenitudinem ita vt nullum detrimentum sentiatur: scholae q. solita felicitate tenent cursum suum. Discipulorum pietas multis argumentis declarata est. E minorum Sodalitate tres Franciscanorum ordini Obseruantiae, vnus familiae Capuccinorum, Benedictinorum duo, alij alijs ordinibus nomen

Digitized by Google

nomen dederunt. fuereq. ex iis, qui adhuc tota cilicia undo comari adpeſſerint. & qui menſibus ſingulis coronam B. Virginis diſpuſſe brachijs percurrerint. Ex alijs puer grammaticus haeraticum hominem ad fidem catholicam, & vitae vniuerſae confeſſionem explicandam adduxit. Alius item puer ad concilium Lutheranorum addu&us, minisq. magis pertentatus à vera dimoueri religione non potuit. Alius parentum imperio huc euocatus, aequa ad Lutheranorum ſcholas miſſus, maluit hic pauper inter pauperes cenſeri, quam inter ſectarum patrijs bonis abundare. Notam eſt adoleſcentuli vnius negligentia non tam diuina animaduerſione, quam diuinae animaduerſionis terrore. hic paullo liberius, ac pietatis negligentior, inter ludendum cum aequalibus, ſacrum cereum, docentur de more obuolutum, & cereorum ſuſpenſum quoquo caſu amiſit. neque id rerum magnificentiae. ſenſit hic non multo poſt nocte intempeſta, dominum in ipſo ſe lecto ignotamanu tangi, à ſomno excitari, agitari, mouerique tandem. exclamat trepidus excita mater, perturbationis cauſſam exquirit. reſpondit, ſe, quod ſacrum cereum amiſiſſet, eoq. carere munimento à malo daemone nexum. ſedatus vtcunque, cum primum diluxit, confeſſarium adijt, facta confeſſione, altaq. ſacro eiuſdem cereo mu-

munere donatus, omni prorsus terrore liberatus est. Sed vt hoc incitamento omnibus ad pietatem, ita illud officiosis, & modestis, ne à pietatis studio deficiant, terrori fuit. Addlescens & corporis forma, & naturae dotibus instructus, quandiu tulit aetas, in nostra fuit disciplina: cum ex ephebis iam excedaret, à patre, nimodoe cupiente, reuocatus est à studijs, à nostrorum consuetudine abductus, & in eo sexu aetatis Syrenum blandicijs illectus, quem vnum dignitiarum fructum caeca iuuentus arbitratur, sensim fraena cupiditatibus laxare coepit; seq. paullatim in muliebrem consuetudinem demittere, tandem magno suo cum malo in amorem impudicae vnius miserè exarsit: quam vna ipse cum gregalibus, eiusdem lanae pecore, communis habuere. & vt inter talia sacra fieri solet, cum maxime lasciuientem laetitiam cierent, plenus cupidinis caecus papilio in flammam impellit se procacius. hic illa meretricine artis peritissima, iuuenem auerfata, repente se e conuiuio proripuit, fugaq. alio discessit. Amens ille subito coortur; seq. turpiter spretum indignans, insanis editis clamoribus, cultros conuiuales, telaq. quibus fuc inctus erat, ni à sodalibus prohiberetur, in se ipse vertisset. Domo furenter egressus, instar lymphati per vrbem bacchatur, incidit in vnam de sodalitio B. Virginis sibi tum

tum: sentit ille intemperias: rogat, quo tanta properet celeritate? ad Isaram, inquit, flumen, quo me demergam. tum sodalis furori tantisper obsequendum ratus, dum modica interiecta mora cupiditas respiraret, & medicinae aliquid animus admitteret: Ego te, inquit, ducam, & itineris compendia monstrabo. addit se illi comitem; gressusq. celeritati moderatur; sensimq. leni sermone aggreditur excitatum animo incendium temperare, donec per longas viarum circuitiones, hominem nec opinantem ad collegium ad vnum e nostris sacerdotibus adduxit, qui cum illum apud se retinuisset die toto, non ante dimisit, quam suae integritati reddita mens est; & turbulentus aestus ille penitus sedatus. Is nunc & Patri, & sodali acceptam vitam refert. Haec de scholis.

Cetera Societatis ministeria non suo fructu caruere. & vt numerum praeteream sacramẽta obeuntium, ab haeresi, facta vitae totius exhomologesi, reuocati sunt viginti septem. & in ijs adolescens viginti circiter annorum, Lutherani praedicantis filius. Multi è remotis locis Monachium venerunt, vnius confessionis obeundae caussa: in quibus aliqui nocturno viso admoniti, ex ijs vnus tã laeto animo discessit, vt plures alios se polliceretur adducturũ. Alius, quoties internã indueret, flammas ex ipsa emicare & ipse,

& ipse, & alij cernebant. is confessione peccatorum eo monstro liberatus est. multa illegitima disiuncta coitu hernia. Virgines tres, nostra vsae institutione sacris coenobijs se addixerunt. ex ijs sorores duae, ampli admodum haeredes patrimonij, multa, honestaq. delata connubia, cognatis reclamantibus, forti animo repudiarunt. ducentos prius florenos distribui egentibus iusserunt. decem millia inopi; quo se inclusere monasterio addixerunt. Senatus ciuitatis & aliae, & hoc anno fuit in nos insigniter beneficus. hortos enim & amplos, & amenos cum suburbano nostro continentes nobis attribuit, villae nostrae finibus prolatis. De Eberspergensi monasterio scriptum est superiore anno. ea nunc nostra facta sedes est; duoq. in ea sacerdotes cum todidem fratribus ibi degentes, rem tum familiarem, tum Christianam administrant. & (vt se dant initia) spes bonae segetis apparet. Mons sanctus magnae religionis locus est, & peregrinantium concursu celeber. De eo scriptum est etiam superiore anno. eo semel & iterum aduentantium confessionibus excipiendis nostri venerunt. & constitit operae pretium. siquidem nostrorum consilijs, monitisq. peregrini mirifice recreabantur; passimq. vtilitatem alijs deprae dicabant. & hic quoque concubinae à non paucis abstractae sacerdotes

Digitized by Google

ſtaq. integreq. vitae cursu reuocati. Excurſum item ad duobus ſacerdotibus, quorum alter ex Ortingana ſede venerat, in fines Bauuariae extremos, ad radices Alpium, ne catholicos quosdam in ditione haeretici Dynastae in fide confirmarent, & monitis, salutaribus, & sacramentis expiarent. Cum populoribus est viliter operam collatum: à Dynasta verò sunt quidem humaniter excepti, atque habiti liberaliter: sed nihil explanari de religione, quidquam immutare.

Nunc ad splendidissimam Sereniss. Ducis in nos liberalitatem veniamus, de qua cum alias semper multa, nunquam tamen satis scripta sunt; tum hoc anno illa sunt scribenda, quae omnem superiorum temporum benignitatem superarunt, sed est acerba prius rei laetissimae, sed breuissimae felicitatis memoria pertractanda: & cum rerum incerta rerum in incostanti prosperitate aestimanda, eoq. magis, quod laeta initia tum post tempore litteris damus, quae saeuitia prope iam ante considerunt. Quantum enim damnum in Philippi Bauari interitu factum sit; quantaeq. futuri boni spes collapsae intercidit, ingenij magnitudo, alta eius indolis doctrina, subcrescens, & clara pietatis lux, patrio genere dignissima, tum maxime florerent, declarauerunt.

Digitized by Google

runt; At ne hic quidem iterum triſtium eſt euentorum moleſtia anteuertenda: ſed annus huic maiorum deſinentis exſpectandus. Verumne praeteriti damni recordatio in rerum laetarum expoſitione obductas cicatrices exacerbet, fuit ad publicae, eiuſdemq. fugacis laetitiae narrationem cum aliqua animi prouiſione accedendum. Ante diem iv. non. Februar. die Purificationi Virginis ſacro, in noſtro templo inter ſacra habita concioneſt, de venerandae Romanorum Cardinalium dignitate, Sereniſſimo Duce, filiiſq. praeſentibus, & totius omnium ordinum frequentia, quantum veteris templi laxitudo aegre continere potuit. Sub concionem Sereniſſimus Princeps Philippus Bauarus, Ducis filius idemq. Epiſcopus Ratisbonenſis, iam ante a ſummo Pontifice in purpuratorum ordinem receptus, ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſ. Apoſtolico legato ſacris ſummi ordinis inſignibus ornatus eſt, ſacraq. purpura induitus. qua peracta caerimonia, ad aram principem deductus eſt. tum ſacer Ambroſii, & Auguſtini in gratiarum actionem hymnus decantatus. Gratibus Deo rite actis, omnibus laetitiae ſignis, feſtaq. gratulatione, magna ſtipatus caterua, tota plauſibili, & fauſta omnia precante ciuitate, ad regiam reductus. Poſtero die una cum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Legato, & Alberto fratre, mul-

tiſq.

Digitized by Google

tisq. e prima nobilitate collegium repetiit: exceptus est breui dialogo, ad rem accommodato, parietes emblemate, & vario carminum genere conuestiti; tanta varietate, ac specie; vt Illustrissimus Legatus ea gratiae causa petierit Romam secum asportanda. Sacpius praeterea, Patris exemplum sequutus, nobiscum vna cibum sumpsit in collegio. Idem, vetusta peregrinatione suscepta, nostrum Sacerdotem comitem habere voluit. Non minore erga nos benevolentia, & ad fidem catholicam tuendam ardore est Serenissimus Maximilianus eius frater natu maximus: eadem & ipse nobiscum familiaritate versatur. & cum ad Oetinganam Virginis eadem peregrinationem susceptam, pedes illud iter confecit; Sacerdotemq. nostrum sibi adiunxit in itinere. & cum valetudinis caussa thermas longe remotas, atque in terris haereticorum sitas adiisset, ducto secum sacerdote nostro, palam & catholicam fidem profiteri, & catholicorum templo studiose adire; sacramenta ritu catholico percipere, multis illustribus viris, & ingenti spectante multitudine, non dubitauit. Sed omnium studia, benignitatemq. is, qui totius in nos beneuolentiae, & in Deum pietatis fons est, & origo Serenissimus vtriusque parens Dux longe, lateq. superauit. Hoc demum enim anno auguftum illud templum

vere

vere opus Regium, ante annos plus minus quindecim ad Monachiense collegium exstrui coeptum, immenso sumptu absoluit. Quod cum dignitate, maiestate, ornatu cum magnificentissimo quoque comparandum sit; tum vero sacrarum rerum apparatu, copia, elegantiq. instrumenti totius dispositione, si omnibus dixerim anteponendum, non longe videar a fide aberarre. Eius summatim descriptionem proponam: plenam, absolutamq. nec breuitas patitur epistolae; & cum quotidie multa perpoliantur adhuc, (est enim prope operis immensi; & inexplebile Sereniss. Ducis, noui aliquid semper excogitandi, addendi, ornandi studium non cessat) expectanda videntur illa tempora, quibus non extrema vna, sed suprema multae accesserint manus. Templum ipsum est Archangelo Michaeli dicatum: augusta facies, & ornatu magnifico visenda. binae praecelsae valuae bifariam admittunt aduentes, nobili marmore constructae. in medio ingens Archangeli, diabolum subiicientis, aenea statua locata est: infra quam Boioariae familiae insignia ex eodem aere dependent, quae demissus aurei velleris torques circumit. Marmorea signa alia Boiorum Principum in quibus & Sereniss. Guilielmi fundatoris effigies, aptissima descriptione collocata, rem totam faciunt

augustiorem. Intus tanta species, tantus ornatus, vt rapiat in admirationem subeuntes. Cella vnica est, septuaginta pedum latitudinae, ea scilicet forma, quam B. P. N. Ignatius maxime probauit: ne alarum spatia post columnas ambulantibus locum praebeant, ad fidelium menes à pietate auertendas. Terna vtrinque stant sacella. In summo dignitatis plenum est, ac totius templi maiestati consentiens tribunal, quod supra sacella ad ipsum vsque Tribunal spatij interiacet, in crucem gemina brachia expandit. Sacellis, antequam ad tectum ascendant, oeci impositi, vnde qui se à vulgo semouent, et concionantem audire, et sacras spectare cerimonias commode possint. Pauimentum vario marmore constratum: tectum ornata concamaratione sustinetur. Altaria nouem omnino sunt, venerando numero ordinum angelorum sed variis coelitibus dicata. Eorum primarium, medio in Tribunali parieti applicitum, Archangelo Michaeli dicatum est: ad quod per gradus ascenditur. Medijs in gradibus ex ampla, speciosaq. basi praegrandis crux ex ebeno exsurgit, cum Christi suffixi, Magdalenaeq. ad pedes abiectae aeneis signis, ex vsque Italia baiulorum humeris aduectis. Totum autem tribunal oleum ambit, magnifice ornatum. Praestantes symphoniaci, vectigali à Serenissimo constituto

ad

ad sacrorum canum iusto numero attributi. Extra tribunal, sed cum templi aedificio coniunctae, hinc S. Crucis cappella, anno ante cõsecrata, hinc vestiarium ad sacrorum custodiam constitutum. In vtraque autem crucis brachio ad dexteram sanctissimae Triadi, ad laeuam nomini IESV arae dicatae mutuo se spectãt. Cellae porro mediae vtrumque latus marmoreis caelitum statuis, duplici versu excurrentibus ornatur, ea elegantia, ac specie; vt in his efformandis praestantissimorum artificum peritia certasse liquido appareat. Haec summa totius templi dispositio. De illius porro, singularumq; partium ornatu, cum in dies augeatur, non faciam, vt ante totius absolutionem operis quidquam addam. Porro sacer apparatus is est, vt totius rei maiestatem longe lateq; superare iudicetur. Sacrae sanctorum reliquiae e sanctissimis quibusque orbis terrae partibus a religiosissimo Principe congesitae tanto numero, vt omnem prope excedant aestimationem. Acto integra sanctorum corpora: capita item integra, pondeuginti: reliquarum corporis partium tanta copia; vt, cum ex singulis nominatim bene longae Litaniae editae sint, multorum tamen nomina scripturem effugerint. omnia argenteis, crystallinis, ebureisue lucis inclusa, mira artificio elaborata, quae aurum gemmaeq; pretiosis-

tiosissimae exornant. Haec in sacello S. Crucis suis quaeque loculamentis collocata, nobiliq. ac pellucida crystallo ad reuerentiam, facilemq. adspectum obtecta, & ferreis inauratisq. clathris, sexisq. firmissimis munita; tuta custodia asseruantur. Sacra vestis, sacraq. suppellex tam copiosa vtraq.; vt, siue membrorum multitudinem, siue materiae pretium, siue opificii spectes elegantiam, quam cum hac conferre possis copiam, non alibi facile reperias. Suus cuique sacello proprius vtriusque rei apparatus. cruces, candelabra, calices, gutti, diuorum statuae minores, diebus festis aræ imponenda, ex argento omnia, multa etiam inaurata. ipsa quoque tintinnabula propria cuique aræ. Iam vero de Sacerdotalibus vestibus, aliisq. sacris indumentis superuacuum est dicere: cum ea copia vnicuique sit sacello, vt templum quodlibet, quamuis opulentum, ea ditatum, & numero, & rerum aestimatione, operisq. artificio possit abundare. Ita generosissimus Princeps non solum immensas in diuinum cultum facultates effudit, quod est copiarum; sed etiam, quod excelsi illius animi, elegantisq. iudicij est, noua quadam ratione, nouoq. inuento, regium tantae munificentiae splendorem, maiore adhuc tam ingeniosae distributionis industria illustrauit. vt neque ex vnius

ad

ad alterius sacelli vsum quidquam mitteretur; & tamen singulis instrumentum apparatissimum superfit.

Rebus ita comparatis prid. non. Iuliae, die Dominico, ad templi consecrationem ventum est. Sacram illam, operosamq. cerimoniam Reuerendissimus D. Suffraganeus peregit, praesentibus Bauariae, Austriae, aliisq. Germaniae Principibus, virisq. primarijs, & infinita prope multitudine. Peracta cerimonia, solenne Missae sacrificium ab eodem Episcopo Suffraganeo peractum est. Sacra carmina admiranda symphonia vocũ, organorumq. variorum, quaternis, quinis etiam interdum choris decantata. Inter Missae sacrificium, magna populi frequentia, plausuq. à nouo Cardinali concio est habita. De templis Deo O. M. dicandis, ijsq. quam magnificentissimo sumptu exornandis. quae omnia cum sacrarum litterarum, ac Sanctorum Patrum testimonijs; tum Salomonis, Constantini, aliorumq. exemplis hora vna peroratum est. Sacro inde Missarum exsequutio ad finem perducta est. Prandium à Serenissimo Duce intra collegium magno Principum numero seorsim communiq. triclinio ingenti Sacrorum Antistitum, Comitum, Baronum, ac primariorum virorum multitudini datum est. ij, nostris adiunctis, ducentorum numerum expleuerunt.

Digitized by Google

Extra collegium mille & quingenti ab eodem Principe comunio excepti. tam Monachis Monialibusq. ad sua quibusque monasteria, aegrotisq. in hospitalibus domibus decumbentibus cum larga eleemosina cibaria in prandium, caenamq. transmissa. Ad Principes inter convivium Latinum habuit orationem sacerdos is, quem alia est à concionibus: ad communes vero mensas Socii quatuor Hebraice unus, alter Graece, Latine tertius, quartus carmen dixere. Cum inter haec loca omnia mira carminum copia argumentorumq. aliorum varietate viderent: quibus admiranda inventionum abundantia praestantissima ingenia ad luxuriam usque effudere. Ea omnia typis excusa, ac tribus voluminibus digesta, honorarij muneris loco Principibus viris distributa, admirationem habere. Prandium communisq. à mensis colloquia sequutae Vespertinae preces, eadem Principum virorum frequentia, ceremoniaq. & apparatu symphoniaco decantatae diei laetitiam clausere. Postero die Tragicomoedia expectabatur; quae ob plurium tempestatem in diem quintum dilata, admirando, & pari prorsus antiquorum apparatu, in amplissima platea, tamquam in publico theatro data est. Multae caelitum, Principumq. virorum, Imperatorum, Regumq. personae, cum suo quaeque equitum,

equitum, peditumq. comitatu, ornatu, cultuq. plane Regio in scenam prodierè; ac per theatrum magnifica ostentatione ambularunt; qui magnificentiae suae in exercendis, agitandisq. equis artis documenta praebuere, fabulae fuit argumentum; Michaelis de dracone inferno victoria, multiplici, speciosaq. actionum, episodiorumq. varietate. Novum mirorem habuit admirationem artificiosissimum ignium eiaculatio; qui ex horrendo draconis ore, & immani infernorum hiatu, varia mirabilia referentes, in sublime emittebantur: ut rebus aliis acquisse; hac arte veteris antiquarum magnorum & opes nostra aetas superasse dici possit. Ac, ne qua in tanta hominum confusione, turba aliqua existeret; mille omnino armati militum opportunis locis dispositi, custodiae fuere. Tenuit actio vera in horas decem: omniaq. Deo propicio, ad votum evenere.

COLLEGIVM Oenipontanum.

SOCIOS sedecim habet collegium Oenipontanum: Sacerdotes novem, scholae quinque. E numero excessit coadiutor unus; nutione Gallus, sub finem tirocinij magno suo bono morte subtractus. Concionibus à blasphe-

Digitized by Google

miae scelere multi reuocati, qui audita ea de re nostra seuere disputantes confessionem adiere, & inolitam vitiam correxere. Abhaeresi dam cem reuocati, nec potuit sa malus daemon continere, quin sibi eorum salutem doloris esse declararet; & bona eorum consilia turbares; noxia eorum nonnullis ludibria obijciens. Sed profuit tum ipsorum, tum eorum, qui de illorum salute solliciti erant, constantia, sedulitasq; Eorum porro, qui eadem nostram confessionis causa frequentarunt, numerus hoc anno maior fuit, quam vnquam antea: ita maius etiam fuit lucrum animorum. De doctrinae Christianae explicatione, exercitationibusq; superiore anno scriptum est. Accessit hoc anno schola vna in suburbijs vrbis Oenum, magno bono eius populi, siquidem rerum egestate multi, valetudine alij, plenique caeli asperitate in vrbem se conferre; sacrarum rerum causa parochia, templaue alia adire prohibentur: ita qui diebus festis omnium spirituali solatio destituebantur, nunc, hoc saltem leuamento suam solantur solitudinem. In vrbe porro ad eos, quos ante ipse cogebamus, accessere vrbanae scholae quinque puerorum, puellarumq;. Qui vero suburbanas ruslici frequentant, fatentur hebdamadae totius operas bene sibi quotidie succedere, si die Dominico ante catechisticam scholam studiose fre-

frequenterunt. Quisquam alte animam religionem imbibent, declarent saepe numero evenita. Quos aliquos amissa alterum iam diem rusticus quaerebat, praesto fuere, qui illi succederent, malefici operam vt adhiberet. id ille religioni sibi ducens, nostros consuluit, suasere vt cartas B. Virgini precas offerret. ac coepto consilio sylvosum collem repetijt, ubi asq; quas quaerebat, quae habuit. Alterius pecora annis aliquot malus daemon spectris nocturnis agitabat, pecoriq; foetus dispendebat. ita miser fructu sui gregis frustrabatur. questus calamitatem apud nostros, fatum ingi plagulam accepit; & infesta mali ingitatio cessauit. Praeter catechisticas scholas, adhibita in urbe etiam diligentia hoc anno diebus festis, vt opifices cum famuli corrogati, pie viuendi rationem doceantur; diuina quotidie facta sub noctem, recensere; pie rosarium peruarrere; cum fructu rei diuinae interesse; & quid inter opus cogitare, quid ad laxandum animum canere, quae quo peccata demum maiore cum diligentia vitare debeant. Scholae, qualecunque sit illarum aedificium; numero tamen, splendore generis, & ingeniorum bonitate florent. eas nobiles quamplurimi frequentant: in ijs Barones nomen, Comes vnus, & demortui Moldauiae Valachiaeq. Principis filius. Quo splendore,

& op-

& optimae famae disciplinae, multi viri, feminaeq. largae benefiaq. naturae, valde se prae-bent liberales, tum in nos, tum etiam in discipulos nostros pauperes, qui coacti in hospitali domo S. Nicolai degunt. Matrona generosa unam ex ijs grauamur bo presbyteros instituit per humaniores; alimenta aq. e domo sua misit, per vicinas aedes quae subinde ijs coenam apparauerunt, submisere, quam illorum conditionis commiserat. Non minus fuit etiam in nostros liberalis vicinus. multi enim pro sua quisque facultate, nobis benigne fecerunt. Coenam sterunes denis vnus, quatuor & viginti alius. In discessu ab hac urbe illustrissimo nostro quinquagena, scholasticis pauperibus triginta eleemosyna donauit. Instrumentum fauorum instrumentum cassia, rhabarbarum, duobus item nobilis magni pretij, pluribus sanctorum reliquijs, elegantibus thecis inclusis.

Quo studio pietatis dno B. Virgini dicata Sodalicia progrediantur, quantoq. exemplo ad virtutem omnis sacra templi tum intra urbem supplicatione, tum extra peregrinatione vbertim, superioris anni litteris est cognitum. Hoc item anno quo in maiore Sodalicia sunt supplicationib. ad secessu-dense templum, tribus militaribus Oenponto dissitum, peregrinantium habita, quemadmodum superiore anno scholastici fuscepere, facere viri iam grandi natu, & magnae inter suos auctoritatis,

spe-

ſpectaculi nouitate, exemplo ciuitati. Eorum cum Praefectus, vrecamicie, opibus, virtuteq. ſpectabilis, lena tudatus, roſarium circa collum, & viaticum baculum manu tenens, domo prodiret; admiratiq. familiares per iocum; Quo cum armis illis tendens? rogaſſent: opportuniore ille loco, Ad abigendum diabolum, reſpondit. Exijs, qui in minore ſunt ſodalicio, Capuccinorum familiae ſe adiunxere duo: eodem ſuſcepto conſilio tertius patriam reperit, & parentibus re facultatem imputrares. quam rem eo ſibi facilioremem promittebat, quod quidriennio antea ſuum noſtram Societatem inire cupiens, cum aſſentiri nunquam voluiſſent, breui poſtea extinctum luxerunt: ſuoq. malo doctos ſuae duritiae paenitet. Sunt praeterea non de ſua tantum, ſed de aliorum quoque vtilitate ſolliciti, docent aequaliter rationem roſarij recitandi; bene, & cum fructu ſacramenta obeundi; procaciter loquentes corrigunt; Deum pro ijs, quos corrigere non poſſunt, orant. Eorum vnus feminam, virum alter Lutheri veneno imbutos ad Eccleſiam adduxit. fuit q. qui Bacchanalibus, quo tempore alij lautioribus menſis delectantur, menſae domi ſuae inopes addixit.

COL-

COLLEGIVM Augustanum.

AVGVSTANVM collegium Socij triginta circiter incoluere, Sacerdotes octo, magistri grammatices, & humanitatis quinque, reliqui partim rhetoricae studijs, partim domesticis laboribus occupati. Quanta sit Societatis in his locis existimatio, tum superiorum annorum litteris est cognitum, tum frequens eorum declarat aduentus, qui & ex vrbe, & locis aliis remotis de rebus grauibus nos consulunt, quibus abunde satis fit. Neque hi solum, sed alij quoque tenui fortuna homines in suis aduersis rebus nostrorum consilijs leuantur: pacatiq. & fiduciae pleni dimittuntur. itaque afflicti, miseriq. in suis calamitatibus eorum habent in nostrorum lenitate confugium. Mirum quanta à nobis precum contentione sacri agni imagines flagitent; quod multos sciant eius consecrationis praesidio aut nocturnis spectris, aut veneficijs, aut etiam inimicorum insidijs liberatos. Rustica mulier septem filios maleficio laesos, nostrorum consilio, aqua lustrali, & singulis sacra plagula appensa, eo malo liberauit. Puerperis multis difficultate laborantibus eodem beneficio auxilium allatum. Est cum haereticis

non

non semel de religione susceptа concertatio: sed quo maior eorum est in hac vrbe multitudo, eo & maior est inscitia, & pertinacia proteruior: plus tamen triginta veritati assensere, & cum Ecclesia reconciliati sunt. quo minus plures manus dederint, viuendi licentia, & peruersus humanorum iudiciorum pudor impedimento fuere. Peruicax adolescens in haeresi, & natus, & educatus, in familia catholica famulabatur. is annum ipsum à nostro sacerdote, & à reliquis domesticis saepe de fide compellatus, ne verbum quidem vnum ad animum admisit. frustra fatigatis omnibus, nemine amplius interpellante, vltrò ipse sacerdotem nostrum adiit; petiit rectа fidei dogmata doceri: vitaeq; totius confessione explicata, ad piorum retum se adiunxit. Alius praedicantis filius de praesentia Christi in sacrosanctа Eucharistia ante sumptionem cum ambigeret, confessionis Augustanae mystem consuluit. ab homine hebeto dignum ipsius sapientiа responsum tulit: Christum ipsum interrogет, si cerus esse velit. Quaerit rursus adolescens, quid ei faciendum sit, qui vinipotum non ferens, sacramentum sub vtraque specie percipere non possit? an altera tantum contentus esse debeat? Respondet Lycargeus doctor; vtraque illi esse abstinendum, ne Christi violet praeceptum. & talem

talem hominem esse excusandum; quemadmodum & paruulos, qui sine baptismo moriuntur. En profundissimae Theologiae reconditi recessus. magno hic arbitrio bombylius inanis stultam doctrinam falso paradigmate infirmauit. His monstris discipulus offensus, despecta leuissimi hominis inscitia, ad nostros se contulit. à quibus edoctus veritatem, fidem catholicam professus est. Itum est obuiam perniciosae admodum consuetudini, quae in fraudem catholicae religionis iam inuexerauerat. Augustam, vt fit ad magnas ciuitates, e pagis, opidisq. circumiectis multi iuuenes opificii alicuius addiscendi caussa conueniunt: in iis, qui pistoriam apud haereticos magistros exercebant, cum iam artis peritiam adepti, adoleuissent, haereticas magistrorum filias ab haereticis parentibus vxores accipiebant, catholica fide abiurata. neque alia ratione ius ciuitatis adipisci poterãt. resq. ita inoluerat, vt vim legis prope obtineret; multiq. ne fidem desererent; magno suo damno cogebantur vrbe cedere; cum suam ibi exercere artem ipsis non liceret; nec tanto cum emolumento possent in minoribus vrbibus versari. Ita sensim factum est, vt ex omni pistorum numero, qui centenarium excedit, aegre catholicus vnus supereset. admonitus hac de re

catho-

catholicis nostri sancerdos, ad Senatum per certos homines rem detulit; postulauitq. vt si qua consuetudo tolleretur. Acriter haeretici pistores obstitere: inueteratum, & multis iam annis corroboratum ius cõuelli non debere: contra ius, fasq. premi aequitatem: nouis rebus causas quaeri ciuilium dissidiorum. nihil denique intentatum reliquerunt, quo iniquum ius suum obtinerent. sed vicit melior causae: decreuitq. Senatus, licere aduenis pistoribus centa pecunia ciuitatem adipisci; liberaq. cuilibet matrimonia relinqui. Hoc beneficio catholici pistores, nostri sacerdotis monitu, antiquum pistorum sodalicium, cuius nullum vestigium rutabat, sed tenuis quasi per vmbram memoria, supererat, restituerunt. antiquũ altare S. Annae dicatum in cathedrali Ecclesia adornarunt: & statas veteris lege sodalicii pensiones, etiam ab haereticis pistoribus, ad diuina sacrificia, reliquumq. cultum exigere instituerunt. quas pecunias ante, sodalicio abolito, in communi collatas, inter se hilariter compotationibus peregrecationibusq. insumere solebant. Ita in optima causa tandem Dei beneficio triumphatum est. Mitto concubinas partim ablatas, partim legitimo connubio cum viris copulatas. Paenitentium frequentia, & pietatis ardor, indicto praesertim iubileo, tanta fuit, quantam

nunquam antea meminit Augusta. Peregrinatio ad Montem sanctum hic quoque hoc anno repetita: sed maiore feruore pietatis, & exemplo luculentiore: cum magna pluuia, aduersa tempestate, maiore nihilominus numero quã ante. (quingenti circiter peregrinorum habitu numerati) & musico, reliquoq. apparatu instructiore profecti sunt. Redeuntes aliquot catholicorum millia intra vrbem, mirantibus, & silentibus haereticis, illis sese adiunxerunt.

Ad rei domesticae commodum aes alienum accessit mille florenorum, nobis benevole creditoris pia liberalitate remissum: ad sacram supellectilem argentea lampas pretio centum aureorum, & donaria minora non contemnenda.

MISSIO ABVSIACENSIS siue Fuessenensis.

ABVSIACVM Sueuiae opidum est, Alpibus finitimum, Fuessene vulgo nominatum. Huc non ita multis annis ante, siue pastorum negligentia, siue simpliciuꝰ hominum facilitate infusa haeresis, sensim latius serpere, & sinuare, hominum animos magna rei catholicae iactura inficere coepit. Rogatu Augustani Episcopi Quadragesiam Sacerdotes duo missi sunt; qui concionibus, catecheſibus, sacramentorumq. ad-

mini-

ministratione, ceteriſq. Societatis ministeriis, quæ impia dogmata infecerãt, ſanarent. Non aequis animis initio eos incolæ exceperunt; ſuſpicati miſſos ab Epiſcopo rebus explorandis; & noui aliquid, cum ipſorum grauamine inſtituẽdi causſa: ſed, cognito poſtmodum conſilio, & noſtrorum perſpecta probitate, ſtudioq. proximos iuuandi, ſuſpicionem in beneuolentiam verterunt: ipſiq. magno ſtudio, precibusq. noſtros obſecrabant, vt contentione omni antiquam religionem in priſtinam integritatem reſtituerent: ſe illorum praeceptis omnibus obtemperaturos. Concionibus incredibili ſtudio intererant. quo breui factum eſt, vt languens iam, ac paene collapſa, in virorem ſuum pietas reſtitueretur. Ita breui Dei beneficio opidum totum reformatum. quiq. falſa perſuaſione à noſtro nomine erant alieni, auditis noſtrorum ſermonibus, omni eos reuerentia proſequebantur. Confeſſionum, aliorumq. miniſteriorum vtilitates referre non eſt operae. in diſceſſu publice magna honoris ſignificatione illis actae gratiae, & magno totius opidi maerore dimiſſi. Dum hic morantur, obſeruata opportunitate, Sacerdos alter in vicinã pareciam excurrit. Exceptus eſt omnium hominum ſtudijs; cunctiq ad eum audiendum magna alacritate confluxerunt. nunquam enim hominem Ieſuitam eorum plerique viderant. auditus eſt

magna omnium attentione, ac beneuolentia, et cunctiq. se fore illius dicto obsequentes professi sunt. Cathechismi explicatio est inducta; ratio explicata confessionem rite obeundi: inueterata iurandi consuetudo sublata, ac ne repullulet certa remedia adhibita. fuit & alia excursio ex eodem collegio in pagum alterum per Quadrageſimam pari cum fructu.

RATISBONENSE Collegium.

TRES & viginti Ratisbonense collegium incoluerunt: Sacerdotes duodecim: è quibus duo cum fratribus quatuor, instituendæ schola iuuentute occupantur; reliqui domesticarum rerum administri. Data est opera sedule, & non paenitendo cum fructu, vt verae pietatis cultus reuiresceret. Et quidem sacramenta frequentantium numerus ita auctus est, vt ad superioris anni numerum bis mille quadringenti septuaginta acceßerint. Confutatus esuggestu maledicus concionator; qui procaci licentia clamandi multa impie effuderat in psalterium à S. Bonauentura in B. Virginis laudem conuersum. tamq. multis testimonijs, & momentis rationum in templo maximo maxima frequentia pium opus propugnatum, vt puto-

mus

mus nugaciſſimi hominis repreſſam inſolentiam. Sed multo ille fructus maximus perceptus; cum in doctrinae Chriſtianae exercitatione Lutheri, Caluiniq. catechiſmi ita inconſtantia exploſa; ita turpiſſima mendacia, & probitatis honeſta eisq. totius corruptrix doctrina ex ipſis ipſorum libris detecta, vt ipſos eorum aſſeclas puderet, nec facile ſibi perſuadere poſſent; eos, quos prophetarum, & Apoſtolorum loco habent, tam ſtulte ſceleratos, tamq. perfricta fronte fuiſſe; vt tam pudenda portenta hominibus pro Euangelio obtrudere non dubitarint. multiq. ſpurcitiem Lutheri aſpernati, iam dudum ab impuro grege ad ſalutaria paſcua ſe tranſtuliſſent, ni fortunarum iacturam pertimeſcerent. Quadraginta tamen hoc anno impia caſtra deſeruere. Editus eſt etiam liber aduerſus haereticos, cui eſt ironicum inditum nomen: Lutherus Chriſtianus: Lutherum videlicet arguens, non Chriſtiani, ſed antichriſtiani nomine fuiſſe dignum.

Scholae ita calent ſuis exercitationibus, vt principem Caluiniani dogmatis magiſtrum, & apud lucifugas eruditionis opinione in primis clarum magna cum ipſius voluptate in admirationem rapuerint; ſtatueritq. filium ſuum in noſtram tradere diſciplinam. Vir venerandus Ambroſius Strauſſius canonicus Eccleſiae San-

Digitized by Google

cti Ioannis centum & octoginta florenos collegio adnumerauit; vt ex eorum fructibus praemia ornandae adolescentium industriae quotannis compararentur. Sodalitas B. Virginis duobus claris Antistitibus aucta est hoc anno. quorum alter, quo die in vrbis templo maximo Abbas consecratus est, eodem die voluit ad alumnorum numerum B. Virginis adscribi. Alter Praepositus Monasterij S. Magni non ipse modo se Parthenio cetui addixit: sed illius exemplum sequuti etiam coenobitae reliqui eandem religionem susceperunt. Sodales porro ad supplicationes, de quibus superiore anno fuse scriptum est, hebdomade Sancta, cum ad Christi sepulchrum in aede nostra excitatum ordine prodiissent, flagellationem adiecerunt; piae religionis nouitatem magna significatione pietatis admirante, & probante ciuitate. ita vt vel ipsi haeretici admiratione victi, risu, iocisq. abstinerent. Transiit inde in priuatas quoque aedes vsus flagellorum: cilicia quoque, ac scitunia edomando corpori, sensuiq. supprimendo boni sodales priuatim quisque magno pietatis studio adhibuerunt. Longum esset, quibus quisque artibus in suum multi corpus saeuierunt, persequi; est enim ad alia properandum. Circa Domini natalia in pagum, multis millibus passuum Ratisbona dissitum Sacerdos e nostris missus, vt

ibi

ibi parochi loco populum spiritali pabulo recrearet, omnibus Societatis muneribus magno cum incolarum bono Christianam rem administrauit. Auditus est incredibili omnium studio. sermone, quem de peccatis confitendis habuit ad concionem, ita illorum animos permouit; vt postero die multi & illud, & Eucharistiae sacrosanctum sacramentum, nouo omnino in ijs locis exemplo, obiuerint. Dissidia nonnulla sustulit, discordes praecipue duos, reconciliauit; quos ab infenso odio, exercendisq. inimicitijs ne legum quidem metus auocabat. Quae res magnam homini & plebis vniuersae, & Baronis, cuius in ditione locus est, beneuolentiam conciliauit. Reditum quadragenario ieiunio, & circa Pentecostes feriae in eum terrae tractum, qui sylua nomen est, de quo etiam superioribus annis scriptum est: & eadem cultura, ijsdemq. laboribus syluestris illa vinea exculta. mille centum & septuaginta homines confessionis sacramentum obiuere: e quibus ducenti vitae totius noxas expiarunt. ex ijsq. vnus se admonitum per quietem esse dixit; vt eius rei caussa nostrum adiret sacerdotem; praeceptumq. multis cum lacrymis exhausit. Alij, qui palam se nunquam sua crimina sacerdoti enunciaturos dictitarant, ad confessionem tamen adducti. Ad Ecclesiam hic quindecim adiuncti sunt: quorum

fex, nouo exemplo, ante altare, nixi genibus, magna spectante multitudine, fidei professionem emisere: alij se quoque ad eandem religionem redituros, spem non dubiam fecerunt. Superstitiones sublatae, blasphemaq. voces in diuinum Numen coercitae. Reconciliati duo nobiles; quorum ita animi exarserant; vt in templo, inter ipsa sacra, minae vicissim iactarentur, caedique proxima res erat: nostrorum tamen opera nascens incendium ita compressum, & vtriusque partis animi demitigati; vt idem auctor fieret concordiae, qui fuerat discordiae. Hailinga quoque, quod opidum septem milliarijs abest Ratisbona, circa sacrum Paschae diem, & Pentecosten, aliaq. opida iisdem expiationibus, & caerimonijs lustrata.

Quod ad rem familiarem attinet, hoc anno eandem studio Sereniss. Cardinalis Bauari, Ratisbonensis Archiepiscopi, & Canonicorum impetratum est, vt publicis literis collegij fundatio confirmaretur. quod perdifficile negotium antea fuerat. Ipse Sereniss. Antistes mille septingentos florenos, quos ei in rationibus expensi debebamus, collegio remisit. Idem Cardinalatus insignibus ornatus, Monachio, vbi sacram purpuram induerat, Ratisbonam repetens, vrbem magna pompa iniit: posteroq. & alio die semel & iterum ad collegium se contulit: mensam

sam nobiscum familiariter communicauit. excepimus est gratulatoria oratione, appositis dramate, & vario, multiplicique carmine. Neque hoc tempore solum, sed verum alias saepius eodem familiaritatis genere suum in nos propensam voluntatem declarauit.

FRIBVRGENSE Collegium.

FRIBVRGI Sociorum numerus imminutus, duobus sacerdotibus in Galliam remissis, aliis viuendi munere perfunctis. fuere enim non plus sexdecim octo sacerdotes, cum fratribus totidem. quorum quatuor scholis regendis, domesticis muneribus occupatum quatuor. Duos ex hac vrbe rhetoricae studiosos ad nostrae Societatis tirocinium admisimus. E viuis excessere tres. quorum primus P. Richardus fuit Eustathius Hibernus natione, generis nobilitate clarus; sed multo illustrior virtute, & cultu pietatis, patientia praesertim, & animi demissione, in imbecilla, afflictaq. valetudine, qua diu conflictatus est, exemplo singulari: cuius molestiae eo libentiore animo excipiebat, quo maiore nixum in intus animo angebatur: Is tandem octiduana febri vi. Cal. Mar. exstinctus, omni molestia exemptus est. Sequuti fratres

duo Gaspar Bullingius Suevus iv. Cal. Septem. & Thomas Huiter Zelandus xviij. Cal. Octobr. sed Bullingius, scholae humanitatis magister, dum nulli parcit labori in commissa sibi erudienda iuventute, in pestilentem febrem incidit, qua quatriduo consumptus est, multis editis fortitudinis, & pietatis documentis, cum sancte annos aliquot in Societate exegisset. Huiter vero ad domestica munia formatus coadiutor, viginti nouem annos in Societate, probando obedientiae, & caritatis exemplo transegerat. Et cum ad vrbem pestilentia infectam e sacerdotibus vnus in periculum se demisisset, suamq. operam inuandis morbidis addixisset; hic prompta voluntate se illi in eo periculo socium adiunxit: vnaq. cum illo vetus collegij domicilium aliquot hebdomadis incoluit. contactus tandem & ipse sacua lue, in sede beatorum, vt speramus, sacramentis omnibus munitus, morbi finem inuenit & laborum. Tertio inde die sacerdos & ipse eodem morbo corripitur: sacrisq. misterijs munitus, cum se ad vitae reddendam rationem comparasset, placuit Diuinae bonitati iudicium illud in tempus differre, hominemq. praesenti discrimine exemptum ad alias vitae huius aerumnas reservare. Ceterorum porro, qui in hac vinea laborarunt, fuisse operam frugiferam, multa, & luculenta multorum, & quidem

dem primariorum virorum magnae pietatis exempla declararunt. quae, quoniam singulorum sunt hominum, ne inter festinandum in rebus tritis immoremur, praetereunda esse duximus. Illud vniuerse dixerim; maiorem hoc anno, quam vnquam antea, numerum fuisse eorum, qui se ad verum pietatis iter ineundum contulerunt. quod & confessionum numerus, & consultationes, qua ratione Christiano viro digna traducenda vita sit; & facies hominum voluntates ad accipienda monita, vitamq. ad praescriptam normam conformandam non obscure profitentur. Nam, vt omittam iniustas pecuniae restitutiones, vir primarius; magnaeq. in ciuitate auctoritatis, omnes collocatae à se pecuniae rationes, contractusq. nostro Sacerdoti litteris edidit, ad ipsius arbitrium corrigendas. Iudicta Ecclesiae ieiunio, aliaq. domando corpori adiumenta passim inter vivos; matronasq. iam inoleuerunt. quae in ciuitate Martiali, & cuius vnicum prope, ac summum studium est bellicis laudibus excellere, magna sunt: eoq. maiora, quod ij praesertim, qui ea militari laude ceteris excellunt, duces se praebent ceteris ad pietatem. Vir in eo genere in primis clarus, cum Sodalitati B. Virginis Praefectus lectus esset, ad munus illud cum fructu obeundum, nostris septus parietibus, diebus aliquot se pijs meditationibus

tionibus exercuit. Non minore studio ad sodalitatis leges integre servandas calcaria sodalibus admouit vir primarius, & militari gloria in primis clarus, cum eodem Praefecti munere fungeretur, D. Razius, qui nostra nomini addictissimus, nostrorumq. commodorum procurator studiosissimus, multis nominibus de collegio hoc optime meritus; vt in militaribus artibus praestans, ita in studio pietatis ardens, digno tantis laudibus fine hoc anno vitam concluſit. Senatorij ordinis alius, vir & nobis pietate, & honesta canicie verendus, cum Parasceues die sub vesperam sodalium supplicatio ad Christi sepulcra traducenda instituerentur, patientis Christi, ac crucem ferentis persona indutus, ad eius dolores cogitandos, & suam quemque crucem ferendam, apposita vestium, gestusq. pietatis pleno, spectaculo commouit. Tolo deinde agmine spectaculum Christi ad Caluaria tendentis, singulorum eius dolorum argumenta praeferentes, magno apparatu, magnaq. dignitate reliqui sodales exhibuerunt. Agmen prosequebantur tum religiosi alij, tum canonici. Peracta supplicatio est omnium ordinum, & sexus vtriusque concursu tanto, vt templa multitudine conferta, agre acclinandis in genua corporibus spatia praeberent. Vtilem praeterea in hac ciuitate Societatis operam fuisse declarauit Petri Schi-

neuini

uenini Vicarij generalis extremus dies, digna sancti Antistitis pietate obitus. Is Societatis nostrae apprime studiosus, primus, secundum Deum, auctor fuit constituendae Societatis in hac vrbe. Idem extremo in morbo nostrorum operam adiutus, sacramentis munitus, ea edidit documenta pietatis, quae multis exemplo esse possent. Sacrosanctum ad aeternam vitam viaticum de nostri Sacerdotis manu sumpturus, e lecto prosiliit, positisq. genibus, magno pietatis sensu, & verbis intimam animi motionem indicantibus, haereses omnes exsecratus, magna suae salutis fiducia diuinum epulum percepit. Et vt aliud ex alio: Vir illustris graui morbo aegrotabat; neque vllum cuiuspiam de aeternae salutis cura sermonem admittebat. Sacerdos e nostris arte tractandum censuit. domus ipsius Magistrum alloquitur: solere nostros sacerdotes, cum adeunt aegrotos, non solum monita salutis dare, sed etiam de ipsorum incolumitate Deo preces offerre. posse nostros, si velit, Deum orandi caussa aegrotum Dominum adire. His per familiae Magistrum aegrotus acceptis, annuit. Adit Pater: orat: sub orationem surgit, aegroto, Vale, dicturus. aegrotus manum porrigit, retinetq. peramanter. noster prudenter, pieq. aegrotum alloquutus, spirituali gaudio perfudit: suiq. commoto desiderio modeste peti-

to commeatu, discedit. Hac ratione adiuncta sibi aegroti voluntate, ingraueſcente morbo, ſaepius accitus, ad extremum vſque ſpiritum illi aſſiſtens, ad mortem forti, Chriſtianoq. animo excipiendam confirmauit. Haeretici praeterea, & in vrbe, & peregre, aut cum Eccleſia coniuncti, aut in odium haereſeos adducti. Perſonati Bacchanalibus prope ſubmoti, ac tantum perſonis non exuti.

Peregrinationes in circumiecta loca ad diſſeminandum Dei verbum multae ſuſceptae: vtilitas quotidiano vſu nota. Aditi parochi, monitaq. tradita ad ſuum rite munus obeundum: multis ſigillatim ſingularia ad pietatem documenta tradita, quae longum eſſet recenſere. Vnum tamen non omittam, quod & ſi fructu vacuum praeterijt, ad cognitionem tamen, & piorum confirmationem inutile non erit. Sacerdos ex ijs, qui diuini verbi ſemine loca varia obibant, in feminam incidit haereticam, quam comites quatuor item haeretici rheda ducebant. rogat, quo laboret morbo? obſeſſam a daemone reſpondent: ſe eam ad Sacerdotem in expellendis ſpiritibus notae virtutis adducere. Cur non ad veſtros adducitis miniſtros, ſubijcit noſter: vt praeclaro aliquo huius generis facinore ſui illuſtrent euangelij auctoritatem? Nos malo, inquiunt, remedium inde petimus, vbi experientia

tia docet esse praesentissimum. Inde capta occasione vanitatem nostri arguit nona praedicatium; & veram Christi virtutem, ipsorum testimonio, apud recta docentes residere. illi silentio, ijs, quae dicebantur, probatis, suum iter tenuere.

Auctum est collegium hoc anno piorum liberalitate rebus pretij permagni. Senatus Salodorensis P. Canisii gratia libros omnes S. Hieronymi, & Ambrosii eleganter compactos collegio dederunt. Eiusdem vrbis vterque Magistratus sacras S. Vrsi Martyris, aliorumq. e legione Thebaeorum reliquias, perpetuum suae in nos beneuolentiae testimonium, nobis dono dederunt. Aliorum vero ciuium collatione sacelli nostri ara sacra tabula, & visendo pegmate cum argentea pyxide, ad sacrosanctam condendam Eucharistiam, ornata est. ad pyxidem porro ornandam, virgo nobilis margaritarum, ac gemmarum sertum ante mortem addidit: Matrona nobilis argenteum calicem cum ampullis argenteis, peripetasma altaris pretiosum, aliaq. dono dedit. Casulae praeterea tres, aliaq. mundiscula minora ab alijs sacrum instrumentum multum auxerunt.

COL-

Digitized by Google

COLLEGIVM Lucernense.

FVERE in Lucernensi collegio anno ineunte Socij sexdecim: sed, gliscente in dies pestilentia, quae superiore anno vrbem inuasit, numerus est magnopere imminutus; alijs vita functis; alijs, vt periculo subducerentur, hinc dimissis. Vita functi sunt Sacerdotes duo, ingentes duae huius collegij columnae; pestilentia vterque sublatus: P. Martinus Leuenstainus, collegij Rector, viginti ante annos vota quatuor professus, quartum & sexagesimum agebat annum; quadragesimum in Societate: obijt extremo superiore anno. Hunc sequutus est P. Euerardus Cremerius, septem ante annos in ordine coadiutorum spiritualium relatus. vir florenti adhuc aetate; & qui ob studium in animarum salute laborandi, longiore vita dignus esset. exeunte Augusto mense, sexto quam pestifero correptus est morbo, die extinctus est: anno quam venit ad Societatem vndeuicesimo; aetatis suae quadragesimo quinto. Sed quamuis Sacerdotum numerus, & horum duorum luctu, & discessu aliorum, multum decreuerit: non tamen, ne pestilentia quidem saeuiente, decreuit numerus sacramenta obeuntium. quin etiam eo fa-

ctus

tius est auctior, quo salus animae periculo prior fieret in dies; quatuor tantum sacerdotibus vniuersae multitudini satisfacientibus. Sed, ut totius anni cursum prosequamur, haeretici vndeuiginti sunt ad Ecclesiam traducti: superstitiones multae sublatae: libri, siue pernicioſi exusti, siue dubiae lectionis, nostrorum iudicio, censuraeq. subiecti. Angebatur vtique tota ciuitate cultus pietatis, concionibusq. permoti multi seueram sibi sancte viuendi legem indixerant. ieiunia, cilicia, flagella, aliaeq. corporis asperitates apud vtrumque sexum multo iam in vsu erant. Scholae & disciplina, & fructu litterarum maximo florebant: cum pestilenti saeuiente morbo, multis prostratis, nostri integri ita assidui essent in officio, vt ne vnus quidem vno die desideraretur. Tandem victa malo ciuitas, & permoti magistratus strage tot adolescentium, scholas occludendas esse censuerunt. Ac, ne nostri quoque interirent, si forte saeua lues nostram familiam attingeret, litteras publice ad circumiecta monasteria nostris dederunt, quibus monachos, ac praecipue coenobiarchas rogabant, nostros benigno excipere hospitio ne grauarentur; eosq. tantisper apud se habere, dum praesens malum deferuesceret. Et iam quidem ante Sacerdotes duo omnem eius periculi aleam in caput suum verterant, tota

iuuan-

iuuandi morbidos prouincia in se recepta, saluis alijs. Sed aucta demum morbi vi, fuere remedia maiora adhibenda. In tria igitur Monasteria bini distributi nostri non otiosi tempus traduxerunt: sed partim concionibus populum erudierunt, partim confessionibus audiendis, quaestionibus de peccatis, & Latinis litteris explicandis, prodesse studuerunt. Vnus inter eos coadiutor, cum re alia non posset, monachorum vestibus resarciendis, purgandis, componendis, id genus muneribus gratiam studuit pro facultate compensare. Sex in collegio afflictae ciuitati solatio retenti: Sacerdotes tres, cum fratribus totidem. Quartus Sacerdos cum fratre in suburbanos hortos missus, qui in agro degentibus adiumento esset. Nec, quae Dei bonitas fuit, ad calendas vsque Decembres, quo die inde litterae datae sunt, eorum quenquam lues attentauerat quin etiam diebus festis nunquam aut conciones, aut stati sodalium B. Virginis conuentus intermissi. Nec defuere, quandiu licuit per morbum, ad externa loca excursiones; aditi vici, opidaq. etiam remotiora; Societatisq. munera, magna vbique diligentia administrata. Reuerendiss. Nuncius Apostolicus per Quadragesimam nostri Sacerdotis opera multum est vsus, ad sanctiorem in Monasterijs quibusdam restituendam disciplinam. Idem cum ad

Here-

Heremum se contulisset (locus est insigni religione celeber) eundem Patrem ad se acciuit, quem dum aduenientem praestolatur, interim coenobitas, qui circa sunt, ad noua concipienda vota, ac disciplinae melioris normam ineundam, in aduentum eius Patris excitauit; atque vt se totos eius institutionibus refingendos traderent, comparauit. potestatemq. eis fecit peccata eidem confitendi; iurisdictioneq ordinariorum iudicum, in praesens duntaxat, dum animum expiarent, liberauit. censuras, vinculaq. alia Ecclesiastica laxandi, illius arbitrium esse voluit. Eodem Sacerdotes duo Septembri mense reuerterunt. quo tempore bebdomadis duabus, quae festum dedicationis S. Michaelis antecedunt, ingens eo solet aduenarum esse concursus & concionibus, audiendisq. confessionibus diurna, nocturnaq. opera admirabiles hominum animis fructus peperere. Alii duo Sacerdotes a die festo Ascensionis Christi montes, opidaq. circa posita adierunt, sacram Iobeleam expiationem circumferentes. Ac ne in tanta temporum iniquitate est ciuitatis liberalitas desiderata. Cochlidem fistulam aeneam, ad aquam in sublime hauriendam in culinae vsum, impensa non modica; torcular item bene magnum in suburbanis hortis ciuitas nobis procurauit. Alii pecuniam, pro sua quisque facultate, ad biblio-

Digitized by Google

thecam augendam, alii ad opportunitates alias comparandas contulerunt. Matrona nobilis tabulas nobis dedit, quibus censualem quadringentorum florenorum fructum perciperemus. & poculum dedit argenteum, ad sacrum calicem faciendum: vt alia interim minora taceantur.

COLLEGIA HALENSE, & Bruntrutanum.

HALAE quindecim, Bruntruti tredecim versati sunt. Sed Halae ad superioris anni exercitationes illud additum: Doctrina Christiana, vt explicetur extra vrbem ad vitrorum officinam. ibi magnus numerus opificum fornaci succendendae occupantur. neque inde ad discendum abscedere est iis liberum. Excluti eadem institutione vici alii ab vrbe dissiti, magno bono incolarum. Diuinam in vrbe tutelam periculoso in incendio experti sumus. Mense Iunio, intempesta nocte nostrum templum, nobis nihil sentientibus, fulmine percussum conflagrabat. Exciti ciues accurere magno numero: virtq. primarii permulti. magnoq. impetu moliti valuas ad ferendam opem in templum irruperunt. Ad eum tumultum nostri quoque exciti, raptim magna trepidatione conuenere.

Nam,

Digitized by Google

Nam, praeter templi periculum, sacriq. apparatus amittendi, conuictorum domus erat proxima periculo; & grauiora praeterea damna timebantur. Sed metum omnem virorum primariorum cura, diligentiaq. discussit. ipsi enim totius extinguendi incendij curam susceperunt: & intra horae spatium, non magno accepto damno, totum periculum sublatum.

BRVNTRVTI fame laboratum est. Nostriq. Sacerdotis monitu ingens egenorum numerus liberalitate Basileensis Antistitis, nostri fundatoris, sustentatus; eiusdemq. Sacerdotis opera Christianae doctrinae rudimentis ipsi instituti. nec cuiquam eleemosina dabatur, qui nõ ante catechismi pensum memoriter eidem patri reddidisset.

Collegij aedificatio suscepta ijs initijs, ac processu; vt quinquennio speremus nos & templum, & domicilium satis commodum habituros. Ad. xvi. calen. Decembr. primum lapidem solenni cerimonia, & apparatu in fundamenta iecit Reuerendissimus Fundator. Quo die sermonem habuit ad populum de suo erga catholicam religionem studio. nihil sibi esse antiquius, quam totã Basileensem dioecesim, haeresibus expurgatam, ad antiqua Romanae Ecclesiae iura reuocare; populosq. sibi commissos ad rectum salutis iter ineundum perpellere. Huius vnius rei caus-

Digitized by Google

sa se hoc collegium instituisse, hoc vnum ab ipsis pro pecunia, quam in templorum dedicatione maiorum instituto à populis corrogare Episcopis solenne est, se postulare. Quae quo minus artis habuit oratio, eo fuit ad hominum animos intimo sensu pietatis perfundendos efficacior.

Excursum est iterum & saepius ad loca alia, tum ad S. Vrsicinum in montem Burgundicum opidaq. alia: iobeleumq. cum incolis communicatum, magno cum strenuarum operarum labore; incredibili hominum numero ad eam expiationem confluente. fuitq. vbi tanta cum reuerentia nostri exciperentur; vt ad ipsos, per vrbem ambulantes, paruos liberos ad benedictionis percipiendam gratiam passim adducerent.

DOMVS PROBATIONIS Landspergensis.

NVMERVS eorum, qui in Landspergensi Probationis Domo versati sunt, varius anno toto, vt solet, fuit: multis subinde accedentibus, & recedentibus: nunquam tamen non tricenario maior: summum ad quadraginta quatuor venerunt. ex ijs sacerdotes quinque veterani cum totidem rei domesticae adiu-

adiunctoribus: reliqui nouicij: quibus tertiani duo adnumerati sunt. Emissi ex hoc numero in alia collegia vndeuiginti, partim docendis, discendisue litteris, partim domesticis ministeriis exercendis. Admissi ad probationem viginti quinque. In his Sacerdotes tres, Theologi omnes, vnusq. Theologiae Licentiatus, & quartus vtriusque iuris Doctor. Nouicij inter ponenda militiae nostrae rudimenta, duabus maxime rebus exercendae virtutis materiam habuerunt, peregrinationibus, & doctrinae Christianae explicatione. Et peregrinationibus quidem salutares paupertatis fructus abunde degustarunt: nonnunquam etiam Diuinae prouidentiae sensere beneficia. Missi in diuersas oras terni: aliqui peregrinatione tota nullum cubile habuerunt, nisi quod scamna, fanum saepe etiam ipsa humus praebuisset. ad victum vix panis suppetebat, non facile dentibus domabilis, aegreq: erat quod ad panem adhiberent: & maligne erant à pecunia instructi. Accidit, vt, cum in caupona semotum à turba locum quaererent, in angulum hypocausti fornaci proximum se abijcere iuberentur. sed lance altera Deus aliquo leuamine incommoda compensauit. forte enim qui in idem se hospitium ex itinere receperant, abiectos peregrinos miserati, comiter ijs de sua mensa suppeditarunt. ita fira-

ti duritiem opportunitas ciborum aliquo modo mitigauit. Alij cum fessi, ac madidi ad fores claustralis familiae venissent, diuq. ianitori praestolati essent, ab alio quopiam ingredi iubentur. interim ianitor aduenit; nouisq. hospitibus iniussu suo intro ausis pedem inferre, conuicio succenset: maleq. verbis acceptos cum ignominia iubet foribus excedere; spectante, & miserorum contumeliam conuicijs vrgente turba circumfusa. exclusi tecto aliquid saltem eleemosinae per Deum petunt. rogantur quinam sint: se Iesuitas nouicios esse profitentur. ad Societatis nomen inclementius accipiuntur. forti tamen patientia, mitiq. contentione ianitorem aegre perpulerunt, aliquid vt se promitteret allaturum. cum paullo post hospitaliter intromissi, benigneq. habiti, ex itineris incommodis, & pluuiae molestia recreantur. neque interim aut in itinere, aut in vrbibus, aut in hospitijs, cum se offerret, occasionem neglexere bonis consilijs sanctisq. monitis alios iuuandi. Ad explicanda porro rudibus populis Christianae doctrinae rudimenta dimissi per Aduentū & Quadragesimam, varios tum Sueuiae, tum Bauariae pagos obiere. & praeter Christianae religionis documenta imperitorum animis infusa; multas quoque e multis locis superstitiones exciderunt. In vrbe quoque decumbentibus in nosocomijs

miis sedulam operam praestiterunt. Sed nos iam sensim ad trita & communia delabimur. De nouitiis hactenus.

Veteranorum vtilitates eo fuere maiores hoc anno, quo maior, quam antea fuit ad nos venientium concursus, tum variis de caussis ad animi vtilitatem pertinentibus, tum praecipue confessionis abeundae, & tranquillandae conscientiae. Femina animi sollicitudini remedium quaerens, cum Landspergam contenderet, multas in itinere inferni hostis magno suo cum angore, & labore infestationes superauit: saepe horrendi fragores exauditi: saepe vestes illi à corpore detractae; moraeq; & impedimenta alia difficilia obiecta. aduersum quae fuit diu, acriterq; obluctandum. confessa igitur omni infestatione liberata est. Sed ex ea, quam in itinere luctata perpessa est, ingens sequuta lassitudo virium, grauem corporis etiam adduxit morbum; quo etiam Dei beneficio sanata est, sacro oleo, vt in extremis morbis mos est, rite adhibito. Virgo, vt fama erat, alterius feminae dolo à daemone agitabatur, ita vt tribus noctibus, vt ipsa referebat, periculosis admodum monstris terreretur. creuit inde infestatio; neque adhibita remedia, cum tentata multa essent, opis quidquam attulerunt. Hucc supremi Magistratus decreto ad nos missa, paenitentiae sacramento mala

Digitized by Google

infestatione liberata est. Eodem paenitentiae remedio opifex vitae solutioris, & frequenti ebrietate vrbi notus ad frugaliorem vitam se recepit. Alius confessione diu abstinuerat; donec nocte quadam ita singula peccata ei sese obiecerunt ea perspicuitate, eoq. animi morsu; vt si à seuero aliquo monitore carperetur. inde sanctus menti pauor, tam q. anxia sollicitudo, vt in gemitus & plenas horroris voces se effunderet: propeq. esset, vt de sua salute desperaret. Sed ope Virginis Matris implorata, veniam poscit; meliorem q. in posterum vitae rationem pollicetur. ita, sedato mentis aestu, facta vitae totius exhomologesi, reddita sua est animo tranquillitas. Eadem Virginis Matris ope, ab vtroque & animi, & corporis interitu seruatus alter. (vt quam sit graue Ecclesiasticas violare sanctiones intelligatur) hic sine gulae vitio, siue contemptu legum, carnes die Sabbatho comedere est ausus. ei inter comedendum primus in mediis faucibus ita bolus adhaesit, vt neque eum deglutire, neque posset eiicere. grauibus interim vrgebatur doloribus; vt loquendi etiam facultas praecluderetur. tribus igitur horis ita vexatus, vt nulla remedia prodessent, ad Matrem clementiae aduocandam se conuertit. certoq. voto illi se obstringens, chirurgum adhibuit qui non sine ingenti eius cruciatu, & faucium exul-

exulceratione, filo ferreo in os inserto escam illegitimam in ventrem impulit.

E variis praeterea locis, quo nostri variis anni temporibus excurrerunt, multa in horreum Domini congesta messis est. Opidum est in Suevia Mindelhaim. huc rogatu supremi Magistratus nostri semel & iterum profecti, summo frequentissimae concionis studio auditi sunt. Disputatum est quatuor diebus de Indulgentiis, (nam per id tempus erat indictum Iobeleum) deq. ratione eas consequendi. In catechesi praeterea ratio rite confitendi ita plane explicata est: vt adolescentes iusta, ac senes dicta omnia animo infixerint; ingensq. per eos dies fuerit ad sacramenta concursus. Xenodochium scholasq. nostri inuiserunt; multaq. vtrobique, ad commune animorum bonū vtiliter admonuerūt, ita vt abeuntes multi cum lacrymis prosequerentur. Accessere ad rem familiarem hoc anno floreni mille ex vnius e nostris haereditate, & cum inde, vbi erat haereditas, huc transferretur, centum ciuili iure Augustano Episcopo pendendi essent, eos nostri amantissimus Antistes liberalissime nobis remisit. Vidua nobilis ducentos nobis dedit: Illustriss. Comes . . . . . eam, quam ante hac in frumento nobis dando liberalitatem praestat. Sereniss. Bauariae Dux cum ingentem aquae ductum in Ducalem ar-

cem

Digitized by Google

cem induxisset, ex eo in domesticum nostrum hortum magnis impensis tubum deriuauit. Accessere & ad sacrum instrumentum Lypsanothecae sacris Thebaeorum ossibus condendis insigniter ornatae.

SEDES OETINgensis.

CRESCIT in dies ad Oetingam spiritualium ministeriorum fructus: strenueq. Sacerdotes quatuor, qui ibi residunt, rei diuinae nauant operam: pia instituta, quae pro malis temporum paene obsoluerant, ieiunia, festorum dierum Sanctitas, vsus sacrorum, Dei beneficio iam reuocantur; & magis, magisq. cultus augetur. Sacra B. Virginis aedes maiore semper peregrinantium concursu celebratur, aut voto damnatorum, aut sese obstringentium: sanctissimaeq. matris gloria luculentis suae potentiae signis in oculis illam impugnantium illustratur. Non enim rara, & quotidiana sunt, quae hominibus à potentissima Matre beneficia praestantur. sed claudi ingressum, caeci lumen, & quod omnium maximum est, vt de suo Vindex hominum Christus aduentu dixit, mortui vitam recipiunt. quarum rerum, quia libri sunt editi, narratio praeteritur. nam de spera-

speratam morbidis multis restitutam referre valetudinem, visitatum iam, & quotidianum est. Harum rerum fama infinitam quotidie piorum multitudinem e suis sedibus excitam huc adducit. neque singuli solum, aut manipuli; sed vici toti, totaq. opida tanto numero, tamq. compositio agmine concurrunt; vt prouinciae speciem referre dixeris. Nostrorum opera, praeter confessiones, quarum est fructus vberrimus, in eo praecipue versatur, vt in cetus passim colloquia miscentium, se inserant; atque e re nata de pijs rebus inijciant sermones. quorum sermonum fructus maiore cura, diligentiaq. confessiones explicatae protestantur. Cum indigenis quoque eo vtilius opera ponitur, quo magis assidui, & illorum opportunitatibus est auxilium praesentius. Nam vt illa, quae supra commemorata sunt, omittam; vt sacramentorum iam frequentiam inductam praeteream, haeretici aliqui e tenebris extracti, & cum Ecclesia Sancta reconciliati. libri aut haeresim, aut superstitiones, aut impias artes docentes, igni traditi; in eorumq. locum vtiles, pijq. suffecti. Scholarum pueri Christiana institutione, sacrorum vsu, pijsq. vitae praeceptis eruditi. Inopes & in carcere, & in hospitali domo nostris, alienisq. per nostros procuratis eleemosinis nonnulli etiam intra suos lares sustentati. Datur q. prae-

Digitized by Google

praeterea summa vigilantia, ne qua clandestinis insidijs nouae prauitatis doctrina pestilens subrepat. scholae catechisticae nobilitantur quam maxime, & in bonorem adducuntur, tum Oetingae, ac Neotingae; tum in agro varijs in vicis, populisq., fauore maxime patrum familias, qui suis liberis ad discendi studium duces se praebent; magistratuum, qui omni officiorum genere rem promouent; omnium ordinum ciuiũ, qui multa gratulatione praemijs affectos prosequuntur: saepeq. cum ijs viri docti descendunt in certamẽ: qui cum magno vniuersi cetus plausu, & puerorum gloriola se victos profiteri nõ recusant. Et quoniam scholae multae sunt, & catechistae pauci, mutantur subinde conuentus, vt loca omnia ex aequo eandem percipiant vtilitatem.

Excursionum fructus item vberrimi fuere. sed in agro praecipue Chyemensi, qui locus in Bauari est ditione, aliqui ab auita desciuerant religione, qui nostrorum opera, sunt ad pristina religionis officia reuocati.

Nec minus fuit piorum virorum in nos benevolentia illustris. Sereniss. Bauarus, praeter domum nobis ample aedificatam, aliaq. nobis commoda suppeditata, cognito, nostros familiam hoc anno auxisse, commeatum nobis in totam hiemẽ, & florenos quadringentos, aliaq. pro sua munificen-

Digitized by Google

ficentia nobis donauit. Vnus ex eius Consiliarijs annuum quinquagenum florenorum censum perpetuum nobis assignauit: quem hoc anno percipere coepimus. Abbas ex ordine Cisterciensium vinum, & salem; parochus magnum frumenti numerum nobis dedit. Auctum quoque multum est sacrum instrumentum. Serenissa Archiducissa Graecensis, cum iter in Bauariam haberet, casulam cum altaris frontale ex argentea tela templo donauit. Vestes alij sericas, Damascenas, Attalicas, vela, vasa, tapetes, argentum factum alij addiderunt. quae omnia & magni pretij censentur, & multa opificis arte commendantur.

RESIDENTIA Constantiensis.

EADEM, quae Oetingae, Constantiae quoque antiquae religionis institutae reuocantur: crescitq. in dies cultus pietatis, & numerus eorum, qui sacra celebritate delectantur. in ijsq. canonici aliqui ceteris praelucent exemplo pietatis. quae res multum accendit ardorem aliorum. ita vt externus parochus suos ad studium pietatis adhortetur exemplo ciuium Constantiensium. Numerus eorum, qui de Societate hic versantur, & si varius fuit hoc anno,

no: maior tamen semper fuit, quam Oetingae. modo enim sex, modo septem, nouem etiam nonnunquam, & eo plures numerati sunt. Hi & diligẽti, assiduaq. cultura, & soli bonitate, Deo benigne aspirante, non exiguas messes in horreũ Domini congessere. ingenia enim facilia, & ad omnem propensa probitatem nacti, diuini verbi satus nõ infrugiferae terrae commiserunt. Nam & Natalicijs Domini, & Paschae festo, & circa B. Virginis Assumptionem, in quam diem indicta erat Iobelea expiatio; eorum numerus, qui in vrbe apud nos confessionis obiuere sacramentum, semper millenarium excessit. Iobeleo vero tempore ad mille & sexcentos quinquaginta peruenit. in agro porro septingenti numerati sunt. Ab haeresi ad catholicam fidem tres & quadraginta rediere.

Nec minus vtilitatis alijs anni temporibus ad externos ex nostrorum opera peruenit. Obitae octo ciuitates, totidemq. pagi; multorum item arces nobilium, & monasteria multa tum virorum, tum mulierum. vbique nostrorum aduentus magna gratia excepti. vt persaepe contenderent ciues inter se, quis eorum potissimus nostros hospitio exciperet. Iobelei vbique promulgatio, & assidua audiendarum confessionum opera, quantas attulerint vtilitates commemorare non est operae. Restituta est in celebri quo-

dam

dam monasterio religiosae paupertatis obseruatio: Abbatisq. decreto constitutum, vt omnes ex praescripto Euangelij illam dehinc profitean tur. Alterius Monasterii idem & Abbas, & Princeps e nostris vnum ad se accersiit, vt e Monachis vnum, qui abesse à Monasterio non poterat, sacris meditationibus erudiret. Neque hic solum, sed & Monachi reliqui, non huius tantum, sed quatuor aliorum Monasteriorum, sacrae Virginis peccata sacramento paenitentiae nostro Sacerdoti detexerunt. Princeps quoque Eluacensis Stetingã e nostris vnum Iobelei caussa ad se accersiit. quod magno apparatu celebrari iussit. Magna quoque per id tempus religione quadraginta horarum supplicationem haberi voluit. nec minore pietate rem totam procurari, traducto etiam supplicantium agmine, quam si extrema Quadragesima memoria Christi patientis ageretur. multum rem totam promouente, & piorum animos ad illa obeunda accendente suis concionibus, & colloquiis nostro Sacerdote.

PRO-

Digitized by Google

PROVINCIA RHENANA.



HABET Rhenana Prouincia vndecim collegia, vnam probationis domum, cum residētiis duabus, e quibus collegium Colonienſe capita numerauit quadraginta duo, Treuirenſe viginti vnum, Moguntinum quinquaginta tria, Herbipolitanum triginta ſex, Spirenſe vndeuiginti, vigintinouem Fuldenſe, quatuordecim Heidingenſtadienſe, totidem Paderbornenſe, duo ſupra viginti Molshemienſe, Confluentinum quindecim, ſexdecim Monaſterienſe. Domus probationis Treuirenſis ſex ſupra triginta, Reſidentia Embricenſis decem, octo Hildeſienſis. Ex his omnium ſumma colligitur trecentorum quadraginta quinque. e quibus Sacerdotes ſunt centum ſexaginta quinque. magiſtri nondum ſacris initiati quadraginta tres, diſcipuli quadraginta duo, coadiutores nonaginta tres.

Annus

Annus pestilentia infestus totam prouinciam afflixit; vt duobus collegijs exceptis, ceterorum scholae aut omnino conticuerint, aut aliquandiu intermiserint. duodecim nobis socios ademit: addidit ex omni lectos numero viginti.

COLLEGIVM Colonienſe.

IN collegio Colonienſi diem ſuum obiere P. Petrus Rampem, & P. Guilielmus Poullus: prior natus annos vnum & ſexaginta, e Leodienſi dioeceſi, philoſophiam tum profitebatur. Vir modeſtia religioſa inſignis. hic extremo ſpiritu optabat eorum, qui domi erant (& nominatim ſingulorum merita commemorabat) pedes oſculari. Alter tertium & trieſimum agebat annum, natione Anglus. domi Miniſtrum agebat: qui vt affectam ſenſit valetudinem, duo à Patre Rectore ſupplex petijt. offenſarum veniam, & feliciter in Domino moriendi facultatem. ex quo & quanta erga obedientiam reuerentia tenueretur, & quam non improuiſus illi eſſet obitus, intelligi potuit. Patris ciuium pietatem auxit & ſacra Iobelea expiatio, & mors quotidie in oculis, ſaeuiente peſtilentia. Duo e noſtris emiſſi e collegio, qui ſaenene tactis praeſto eſſent: cum multi tamen

Digitized by Google

ad infimaa vſque ſe preces demiſiſſent, vt vitam ſibi liceret in illud miſerationis officium prodigere. Nec defuere ijs, qui domi erant, officij illius ſuae cuique partes; cum templum noſtrae confeſſionis cauſſa, quoquo modo poſſent, morbidi adirent. ita vt & ad ipſa paenitentiae tribunalia, & ad ſacram aram moribundi ſaepe concideren. Quare Diuinae Prouidentiae tribuendum eſt, tanta quotidie peſtilentium hominum contagione confeſſarios omnes periculum euaſiſſe. Gymnaſium cum frequenti, & lecta floreret iuuentute, occludendum tamen fuit; & diſcipuli in quietum menſem ablegandi. Praeter peſtilentiam non ſine fructu vacua fuit reliqua cultura. Quatuor & viginti labe haereſeos purgati ſunt. In ijs praeclarus Iureconſultus, qui iure dicundo praeeſt, nefariam Caluini ſectam diu multum & ipſa coluerat, & praecipue eius prouinciae Domino perſuaſerat. Is nunc edoctus veritatem, vt multos ante iuuerat, ſic vicissim enititur eos e laqueis errorum expedire. & id praecipue operam dat, vt prouinciae quoque Domino veritatis catholicae lumen affundat. Verbis hinc non longe diſſita licentia belli diuturna ad eam deuenerat religionis negligentiam; vt catholica ne eſſet, an haeretica, ſuſque deque ſacras aras ſues demoliuerant: ea ratione, deſtructis, daemonibus

Digitized by Google

bus in illis habitantibus viam ad emigrandum aperiri. Persuasum item illis erat inter diabolos, & Iesuitas aut nullum, aut perexiguum discrimen esse. Sacerdos apud ipsos din concubinae assuetus, ne multiplicem, quam ex ea susceperat, prolem spuriam relinqueret; eo, quod illi sui ciues praescribebant, iure, matrimonium cum illa cogitabat. Missus eo Sacerdos noster, & quantum à diabolo differret Iesuita, firmitate doctrinae, & exemplo vitae declarauit; & religioni, templisq. suum honorem reuerentiamq. restituit. Duo vero illi turpi consuetudine male copulati, diremti domicilio, cum lacrymis scelus vterque suum detestati, ac paenitentiae sacramento expiati, Christiano, & orthodoxo viro dignam vitam instituere.

COLLEGIVM Treuirense, cum adiuncta Probationis Domo.

AVT liberum, aut, si non non omnino liberum, minus tamen, quam reliqua, Treuirense collegium infestum habuit feda contagio: non tamen vacuus funeribus annus praeterijt. Duo enim Sacerdotes lenta vterque ma-

Digitized by Google

be confecti sunt. P. Franciscus Edigerius e Treuirensi dioecesi, homo iam sexagenarius, & ad spiritualia formatus coadiutor, & P. Martinus Brenchius Paderbornensis, sex & triginta natus annos. cuius magna in diuturna paralisi patientia enituit. Scholae inter tot bellorum, & saeuientis pestilentiae pericula, nunquam interrupta opera, suum cursum tenuerunt. Eae variis Religionibus adolescentes sexdecim dedere; omnes B. Virginis adscriptos sodalicio; & plerosque Societatis meditationibus exercitatos. Neque scholarum tantum alumni iisdem exercitationibus exculti sunt; sed & ciues alij praeterea, & Sacerdotes, & religiosorum ordinum permulti: vt paucae omnino hebdomades anno toto vacuae ab aliquo eorum, qui se ea religione exerceret, praeterierint. multis incommodis obiuam est itum; vitiaq & periculosa, & enormia sublata. Virginum raptus prohibiti: innocentia falsis oppressa criminibus vindicata: sacrilegae sacrorum virorum nuptiae diremptae: haeretici ad fidem reuocati: superstitiones compressae: libri haeresibus referti aboliti: à meretricio quaestu nonnullae abductae. quae singula exponere, & tenue, & taedij plenum sit negotium. In caritate annonae, & pestilentis morbi infestatione persuasum opulentioribus, vt pecunia, rebusq. alijs inopes, morbidosq.

Digitized by Google

bidosq; subleuarent. fuereq; multi, qui eos domi suae mensae adhiberent: & ijsdem, tamquam famuli dominis ministrarent. quo in genere ita matrona quaedam excelluit; vt passim pauperum mater diceretur. quam vita functam inopes multis cum lacrymis prosequuti sunt.

Diuino plane beneficio factū est, vt Treuirensi adiuncta collegio PROBATIONIS DOMVS, caelo insalubri, corruptaq; & proxima periculo; nullum tamen, aut prope nullum saeuientis morbi senserit incommodum. Diuertere ex itinere huc duo contagiosa iam infecti lue, eadēq; haud ita multo post extincti, tota reliqua incolumi familia. alter adolescens Henricus Greuterus Losfeldiensis e Monasteriensi dioecesi, & e Monasteriensi schola allectus in societatem, hic altero, quam venit die, e pestifero vlcere in domo suburbana e vita emigrauit. Alter P. Petrus Emalianus Leodiensis, annum agens quartum & triceſimum, ad tertium probationis Annum destinatus. quem in ipso ingressu dysenteria sustulit magno maerore omnium, qui eius excellentem doctrinam, eximiasq. virtutes admirarunt. admirationi fuit omnibus eius in acerbissimo, molestissimoq. morbo patientia: vt sui oblitus incommodi, aliorum sibi ministrātium molestiam doleret, pari maerore afficiebatur

tur, si quando pretiosiora sibi adhiberentur medicamina: paleis dictitans suum corpus fuisse sustentandum. Moriendi ita fuit cupidus, ut de proroganda vita sermones iniquo ferret animo; idq; P. Rectori cum lacrymis testatus est, neque se parem esse habendae Diuinae bonitati gratiae, quod in Societate moreretur. Repertae post illius mortem scedae sunt; quibus, quid sibi quoque mense, quaqueue hebdomadae die agendum esset, & quae sibi adhibenda adiumenta, ad illas praecipue virtutes comparandas humilitatem, & caritatem, diligenti cura adnotauerat. Exijs porro, qui in tertio probationis anno versati sunt, Sacerdotes sex per Aduentum & Quadragesimam dimissi, diuersa loca magno cum incolarum bono peragrarunt: Vbi, praeter itinerum incommoda, imbribus, aquisq; restagnantibus interruptorum, aspera etiam multis in locis incolarum ingenia experti sunt, & Christianae culturae aduersantia. Christi tamen caritas, & laboris pertinacia omnia vicere. Infinitus prope confluentium numerus: grauia, periculosaq; dissidia compositi permulta. In vico quodam agrestes suarum culparum confessionem Iesuitae homini, vt rebantur, vltra mensuram austero, committere non audebant. sed vnius testimonio, qui primus rem tentare ausus, se pro lupo agnum reperisse pro-

protestatus est, ceteri facti sunt audaciores. Haereticis nonnulli ad Ecclesiae gremium addu-cti. Vici aliqui integri, qui haereticis erant fi-timi, in catholico dogmate confirmati; gra-tiarq; nostro sacerdoti à pastoribus actae, quod locos sibi ostendisset, quibus aduersariorum ar-gumenta confutarent.

E nobilis insignis fuit vnius, praeter ceteros vocatio. hic septem ab hinc annis à philosophiae ad cursum humanarum curarum, atque actio num se transtulerat. Interim frater eius natu minor, philosophiae, Theologiaeq; studijs de-cursis in Societatem admissus erat. Enim-vero iniquo animo rem ferre tum propinqui ce-teri; tum hic maxime tantam impensam in alio-rum commodum factam stomachari: impium fucinus clamitare; parentes sperato filij subsidio fraudari. Fietit aduersus eos motus adolescen-tis animus inuictus: ac non modo e suo loco mo-tus non est; sed ausus est etiam oppugnantem aduersari, ita vt continuata inter fratres consuetu-dinae, continuax spiritus mitesceret. sensimq; in se probaret, quod ante damnauerat in fratre. concepto igitur Diuini Spiritus afflatu, coepit & ipse iisdem studiis venari. factus tandem voti cōpos, magna constantia congressum, certamenq; & matris lacrymas suam orbitatem, & patris in-sanientis deplorantis superauit. grauq;

oratione matrem monuit, domesticam cruciem aequo animo vt ferret: nec suam diuinae anteferret voluntati. vt quamuis maesta in praesens a filiis discederet; non tamen illi monita deessent, quibus animo volucndis, eius maeror lenaretur.

COLLEGIVM Moguntinum.

ET hoc quoque Diuinae acceptum Prouidentiae referendum; quod etiam Moguntini socij inter quotidianas ad se adeuntium opis petendae causa morbidorum cateruas, incolumes seruati sunt; cum ab opera ciuibus praestanda, ne in summo quidem saeuientis morbi aestu; vnquam destiterint. Neque solum ij, qui pestifera affecti tabe ad nostrum templum veniebant, sed etiam, qui in suis aedibus iacebant, nostris aduocatis, sacramentis, & salutaribus monitis ad pie extremum illum agonem obeundum communiti. Quin etiam multi passim humi strati sub dio decumbentes, nostrorum opera intra tecta recepti; & vt rerum status ferebat, adiuti. Nec nulli sunt interim ad fidem catholicam traducti. Scholae tantum intermissae: magistriq. per omnes circa vicos ad opem morbidis ferendam, qua in vrbe, qua

extra

contra urbem dimissi. E Parthenijs tamen sodalibus aliqui nequaquam pericula veriti in studio pietatis perstiterunt. quatuor ex ijs ingenij praestantia, & opinione probitatis inter suos primi in societatem sunt admissi. Et tum hoc, tum Illustrissimi Archiepiscopi in nos benevolentia inter tot incommoda nobis solatio fuit. Illius enim beneficio nostri aedificij fabrica eo perducta est, vt speremus aestate insequente inhabitari posse. Haec in vrbe, foris multo fuit nostrorum opera illustrior. aditi vici extra vrbem ingenti cum vtilitate morbidorum. Vicini pagi parochus vir impiger, & in suo munere apprime vtilis, graui afflictus lue in domum nostram translatus, & ipse Dei beneficio reualuit; & interim parecia nostrorum opera administrata est. quo tempore tum ille populus, tum vicinum oppidum, pijorum studiorum valde insolens, concionibus, & sermonibus nostrorum multum ad verum pietatis cultum excitatum. tenera aetas praecipue catechismo erudita, mirum quantum illo temporis spatio profecerit. Ringania terrae tractus est, Germanicae Rheni ripae adiacens. huc vocati nostri vicos multos obiere. In eorum vno, quanto loci Dynastam ad pietatem & benevolentiam in nos promiorem, tanto incolae alieniores à nostro nomine, & aduersus pietatem contumaciores inuenerunt.

Dy

Dynasta & suae familiae, & populi moribus ad pietatem & sacrorum cultum ducem se praebebat. qua reverentia sacra tractanda essent, suo exemplo praelucebat. nam non modo ipse sacro mysterio decenti reverentia percepit, sed suis etiam familiaribus percipientibus manum subtrahebat; Missae sacro ignoto illic exemplo ministrabat; omnibus denique humanitatis officijs nostros est amplexus. Populares contra, quod curiose ad eam diem in fide parum sancti essent, nostros aspernari; illorum congressum deuitare, neque ijs se credere. Nostri interim templum, & sacra a squalore, & situ repurgare, donec maturum visum est incolarum animos tentare. Admocata igitur concione, tanta subito animorum facta mutatio est, vt adesse appareret dexteram excelsa. certatim primo multi; post omnes suas nostris sacerdotibus animas patefacere, tanto cum animi fructu, vt magna cum honoris significatione publice illis gratiae agerentur. Vicus alius est eiusdem vicinitatis bene frequens, Chidericus, nouem millibus passuum Moguntiaco distans: incolae ingenij simplicitate, & religionis integritate, vicinis ceteris anteponendi. Locum hunc a parocho desertum, & saeua lue grauiter affectum nostri excolendum susceperunt. Deo Sacerdotes per Quadrugesimam illuc profecti,

ctis, concionibus, & catechesibus rudes incolarum animos expolierunt. eodem subinde nostris excursionibus alij venere: ita non modo Vicani vniuersi saepius sacramentis expiati, sed e finitimis locis etiam multi fama nostrorum excitisinguli, paene vitae totius confessionem explicarunt. Tantam denique sui admirationem, tantum omnium ordinum studium erga Societatem per ea loca nostri excitarunt, vt ipsi locorum Magistratus Moguntiam crebro veniant rogatum, nostri vt ad opus redeant quam saepissime.

COLLEGIVM Herbipolitanum.

MINVS quidem quam vicinae ciuitates à pestilentia vexata est Herbipolis: non tamen expers damni fuit, quae res ciuium animos magis ad pietatem excitauit: vt concio quam antea frequentior, & maior paenitentium numerus confluxerit. Quare cum de quatuor postremis rebus hominum generi propositis, tempori congruentes haberentur conciones, iis audiendis meretrix ita conscientiae stimulis agitari coepit, vt ad Sacerdotem nostrum accurrerit, paratamq. se praebuerit, ad quamuis atrocissimas poenas, etiam ipsam mortem subeun-

bendum, dummodo cum Deo in gratiam reſtituatur. ita poſt viginti annos impudice actos ſacramentis expiata, & ſalutaribus monitis communita, caſtam vitam ducere inſtituit. Reuocati ad catholicam fidem vnus & triginta in iis nin nobilis quinquagenario maior, poſt aliquot dierum conſuetudinem cum Sacerdote noſtro ad extremum tandem facta vitae totius exhomologeſi, quamuis aduerſantibus propinquis nobilibus, tamen falſa dogmata deſeruit. Alius poſt congreſſum de religione habitum, certiſſimam ſpem fecit, Caluino relicto, ſe breui cum duobus aliis nobilibus venturum ad catholicos.

Scholae octingentos, & eo plures diſcipulos recenſuerunt. Parthenium Sodalicium quatuor diuerſis religionibus adoleſcentes, duos noſtrae Societati dedit. Ceteri quantum in pietatis ſtudio proficiant, teſtatur ipſorum aſſiduitas in precibus, piiſq; exercitationibus. eorum vnus ipſo die caenae Domini duodecim pauperes & conuiuio, & eleemoſina adiuuit. Alter longam diei vnius peregrinationem ieiunus ſaepius obiuit. Neque eorum, qui extra eum cetum ſunt, pietatis feruor deſideratus eſt. Puer diebus veteris nunquam adduci potuit, vt cibis contra legem veſceretur; neque vt parentem libros haereticos familiae toti con-

cionis

cionis loco praelegentem audiret. quod ita mutuo meliora se ex magistro discere asseueraret. Selus Norimbergae à duobus comitibus filii loco celebratur. huc missus, edoctus veritatem, statuit inter catholicos quamuis asperam patisertumam, quam Norimbergae quantauis rerum copia educari. Deplorat alius consuetudinem suum, qui missus iam grandior ad nobilis cuiusdam filios instituendos, cui suam animam concredat, similem iis; quos hic habebat, nullius habeat. malleq. se scribit quamis conditione nobiscum esse, quam illic abundare. Compensauit Diuina prouidentia hanc nostram operam principum virorum non vulgari in nos beneficentia. Generosus Comes ab Helffenstein pergit absens eadem nos prosequi liberalitate, qua cum Praefectum aulae supremum ageret, prosequebatur. quotannis enim strenae loco bene largam nobis eleemosinam submittit. Verum Illustrissimus & Reuerendissimus Antistes nullas benenolentissimi, & liberalissimi Principis in nos partes omisit. Sacerdotem nostrum morbo implicitum semel, & iterum humaniter inuisit: eaq; quae ad leuandum morbum opus essent, e sua domo subministrari mandauit. Quo die qui digni iudicati sunt, publice in nostro gymnasio Doctoris laurea donati sunt, & sua praesentia rem fecit clariorem, & viris claxissimis adhibitis,

bitis, laurentos, & eum is nostram familiam omnem comminia excepit. Neque his beneuolentiae signis contentus, non largum se praebuit in dando. nam & vini numero non modico, & nonam nos saepe munerauit, cervos, aprosq. submittens, & pecunia non modica ad libros commendos adiuuit, adeo sim etiam P. Prouincialis equum commodum dono dedit.

COLLEGIVM Spirense.

SPIRAE studiis operae maxime constitutae sacris meditationibus. viginti sex vel nouo ineae exercitatione versati sunt. magnam partem viri clarissimi. Episcopus vnus Imperii Princeps, qui ea de causa nostrum ad se Sacerdotem accersiuit. eum puramus magno futurum adiumento collapsae religioni erigendae. Alii viri primarii quinque variorum Principum Praefecti. qui quam ipsi pietatem conceperunt, in alios etiam transfundere contendunt. Commissarius quidam Imperatoris, cum in aula Principis, in qua aliquando vixerat, non eandem priorum temporum licentiam deprehendisset; quin omnia ad modestiam, pietatemq. composita agnouisset; eius mutationis causam spirituales meditationes fuisse cognouit.

tanto

tanta illius animum eius religionis studium incessit, ut nouam sibi satisfecerit, quam postpositis curis grauissimis, se totum quietissimae illi animi tranquillitati dedidit. quod tempus ita ab omni interpellatione vacuum trāsegit, vt ne literas quidem Caesaris releuerit. Dolutque discedens, non satis sibi datum temporis vt auidissimam animi sui sitim posset explere. Quidam in clero nobili facile Princeps harum commentationum beneficio est ita immutatus, vt reliquis nunc ad exemplum proponatur, si quando à recto quis exorbitet. idemq. nuptiarum incelebri conuiuio singulari exemplo temperantiae, & sermonis pietate aliorum in se oculos conuertit, animosq;. In cilicina veste duo nobiles, dum exercentur, tantam sensisse dulcedinem testati sunt, quantam in pretiosis vestibus antea nunquam. sunt qui aegre admodum, nec sine lacrymis ab ea dulcedine auelli potuit. Duo quoque militares Capitanei huius nouae militiae rudimenta posuere. Denique incredibile quo laetitiae perfusi sensu, quãtaq. animi tranquillitate confirmati omnes abscesserint: nec cessant reliquum omni genere laudum cumulare; dolentq. sua ignoratione factum, vt tanto rei fructu caruerint tandiu. Quinetiam Societatis Patres insimulant, quod Euangelicum hunc thesaurum domi absconditum contineant, cumq.

tam parte promant, & communicent. Huius rei fama commotus haereticus, nobilitate generis, & doctrina insignis, professus est, se hanc degustatarum fuisse vilitatem, si talis philosophandi ratio in sua religione probaretur. Neque cessauit interim aliorum ministeriorum cum opera vtilitas: sed ea ipsa nota iam sunt. Illud his litteris non indignum: opifices magno nobis esse adiumento ad alios sui ordinis homines ad pie viuendum adducendos: neque vlla fere praeterit hebdomada fere aliquo sagenae lucro Euangelicae. Et in eo studio etiam ipsi Lutherani, & à fide alieni nobis nonnunquam suffragantur. Mirum contigit, cum abacti pudoris mulierculam quidam prope vinariam tabernam, per speciem computationis propinandae, ad mentem vitae in melius mutandae conuertit. & non ipse solus, sed haeretici etiam, qui aderant, ad nas vitae praeceptis imbuendã vt deduceretur, suaserunt. ita ex tenuissima principia ingentia saepe bona oriuntur. Paruit illa consilijs; factaq. culparum omnium confessione, meliora vitae cursum, quem etiam nunc tenet, instituit. placq. matronae, cui commendata est, exemplo, monitisq. & sacrorum mysteriorum frequentatione. quotidie spem facit melioris. Praeter haec Iudaea mulier Christianam mulierem à conuenticulis haereticorum,

rum, ad nostra audienda consilia pellexit: eandemq. ipsa, vt erudiretur, ad nostrum collegium adduxit. Haec de nostrorum integritate, Christo laus, opinio.

Excursionibus loca plurima, opida, vici obiti, non huius modo diocceseos, sed vicinarum quoque trium, quatuorue prouinciarum. A Calauini, Lutheri, Anabaptistarumq. impietate ad Ecclesiae sinum plus centum viginti redierē. In his Matronae duae nobiles, & optimatest quarum alterius quo difficilior fuit expugnatio, eo nunc est in alijs iuuandis sincera fides operosior. fuit haec misericordiae in egenos, & liberalitatis semper studiosa: sed in sua haeresi ita pertinax; vt saepius de ea deserenda lacessita, magno cum praeclarae familiae maerore in sua semper duritia firmior haereret; nostrorumq. nomen odio incredibili auersaretur. Placuit tamen Diuinae bonitati vnius e nostris sermone illam suo lumine perfundere; diuinamq. illi veritatem aperire. Non tamen a suis artibus recessit malus; quin dolore angi se, quod diuturna possessione pelleretur, declararet. Nam cum vna cum filia e sacro codice professionem fidei de more recitaret, sensit se à mente abalienari; catholicum codicem de manu eripi; sibiq. in sublime tolli visa est: astonitaeq. similis haesit aliquandiu. donec nostri sacerdo-

tis sermone reuocata est. Et nunc, quo se praebuit ante in amplectenda veritate duriorem, eo est in fouenda pietate studiosior. Haereticos vndequaque ad se in arcem allicit, vt libera, sic cum ijs tuto agendi nostri Sacerdotis facultas. Sacellum sibi domesticum exornauit; quotidieq. cum Litania recitanda, tum alijs pietatis officijs frequentat, quae etiam exercitationes in multas alias familias induxit. saepaeq. aut nostros ad se vocat, aut ipsa ad nostrum templum itinere bene longo satis confert. Praeter hos alij viginti quatuor ad catholicum, studioseque suscipiendum cultum sunt traducti: qui quam religionem colerent, ne ipsi quidem satis explicarent. Duobus item alijs persuasum, vt ex haeretica in catholicam ciuitatem se transferrent. Sed confessionum exceptarum tantus numerus, vt inuri non posuerit. Auctum est collegij vectigal modijs aliquot frumenti. Sacer noster Princeps insigni magnae pecuniae eleemosina nos adiuuit. aucta cum sacro instrumento etiam bibliotheca. & cum alijs eleemosinis piorum liberalitate, tum viri plaustris aliquot adiuti sumus.

COL-

COLLEGIVM Fuldense.

FVLDAE undecim sunt ad Ecclesiam inducti: sex in catholica fide confirmati. Hominem locupletem superiore anno scripsimus esse, post multam eluctationem ad catholicos se recepisse. Is nunc matre, liberis, familia universa ex errorum tenebris eductis, domi suae, quasi pietatis scholam constituit: ad eumq. viri primarij, Senatorij, aliorumq. ordinum multi quotidie conueniunt hauriendi caussa monita ad pietatem, & catholicae religionis documenta: eoq. interprete vtuntur, ad illa à nobis impetranda, quae ipsi petere non audent. Ceterum Rhenne Christiana res administratur: neque exiguus solemnium ministeriorum extitit fructus. Exercitationum quoque spiritalium illa praeter ceteras extitit vtilitas. Sacerdos externus, iis exercitus, in vicino oppido pestilentia simul, & Lutherana labe deformato, suis concionibus, & ardenti studio religionis, veteres Ecclesiae ritus, & publicas solemni pompa supplicationes restituit. feliciter denique spiritalia munia progrediebantur, cum huc quoque appulsa pestilentia felicem rerum cursum intercidit. Scholae primum cum conui-

Digitized by Google

ctorum contubernijs in vicinam arcem translatae, beneuolentia sacri Principis nobis commodatam. qua etiam viginti ante annos tali in tempore vsi eramus. Deinde socij in varias oras excursionum nomine dimissi, Sacerdote vno cum fratre adiutore morbidorum auxilio e collegio emissis. qui tam libenti animo eam prouinciam excepit; vt, cum vis morbi remittere coepisset, aegre ferret, se ad collegium reuocari: maluerit q. in eo munere versari, quandiu vel vnus superesset, qui suo indigeret auxilio. ita tam diu in suscepto perstitit negotio, donec ipse quoque saeua afflatus lue extrema passus est. Primus illi datus comes Thomas Dusbergius Colonienſis ex assidua cum morbidis contagione eodem & ipse affectus morbo extinguitur, duos & quinquaginta natus annos: quorum triginta in Societate operosis ministerijs transegerat. Successit illi, vt pari caritate, ita in piae miserationis opere, & felici mortis genere Ioannes Nicolaus Lotharingus, annum & hic agens quinquagesimum. Vix dici potest, quanta cum humilitate, ac feruore vterque hanc obedientiam susceperit; quantoq. maiore pietate mortem in eo summae caritatis officio obeundam exceperit. Dicebat Ioannes, cupere se, si Deo ita visum esset, diutius adhuc in his laboribus versari: sed sibi tamen esse gratius

e vita

Digitized by Google

e vita emigrare; vt quotidianarum culparum occasiones praecideretur. Ad extremum, cessante iam vi morbi, sacerdos ipse P. Franciscus Fabricius duorum praegressorum funera suo ipse funere cumulauit. cum labori vnquam nulli, quacunque hora vocaretur, aegrotorum iuuandorum causa pepercisset. vt etiam inter dira tabe corruptorum cadauera confessiones excipere non dubitaret. Domo fuit Louaniensis, formatus spiritualis conditor. sexto & quadragesimo aetatis anno consumptus est. Qui e collegio emissi regiones varias excurrere, eos omnes, quos strenuae solent operae, fructus reuexere. pauca de multis summatim attingentur. Integrae familiae, & parochiae ad vitae sanctioris rationem reuocatae. Monacho apostatae, relicta, quam procurarat familia, monasterium vt repeteret, persuasum. Vir primarius Lutheri assecla adductus, vt, contempto rumore vulgi, à quo ante retardabatur, fidem catholicam professus, palam sacra mysteria perciperet. Vnius de tota vita confessio alios plures, & illi alios adduxere, donec ad septuaginta numerus peruenit. Admonitus alius pauperem vitam agere praeoptauit, potiusquam in opulenta domo agere, vbi commode admodum alebatur; ne exiguam operam, quam vnam debebat, praestaret, vt diebus se-

Digitized by Google

stis ex haereticorū sermonibus familiae aliquid praelegeret.

COLLEGIVM Heilingenstadiense.

HEILINGENSTADII annonae caritatem sequuta malus malum pestilitas est. quae eo magis animum pietatem ad studium propitiandi numinis excitauit: Et quānuis morbi nostras aedes circumstetērint; nulla tamen contagio, Christo iuuante, ad nos pertinuit. Nōstrorum suasu Senatus vterquè ad auertendam malam; preces publicas indixit. qua occasiōne nostri Sacerdotes ad suas quisquè concionēs cum dicerent, nil fere nisi paenitentiam inculcarunt. neque frustra. Nunquam enim à primis initijs collegij tanto numero ad nos confessionis causa accurrerunt. Multi multorum annōrum inueterata odia posuerunt. libri haeretici infecti labe confessarijs comburendi traditi: impia cum daemone foedera rescissa multa: sacrae mensae in nostro templo frequentatio tanta, vt Dominici dies, Paschales fuisse feriae viderentur. quam ad pietatem nostrae alumni disciplinae ciuibus se duces praebuere. Est antiquae religionis mons, cui ab Adiutorio est nomen. eo e Lutheranis tenebris emergentes quo-

tan-

tamen ad nostram religionem vsurpandum multi commeant. cum ob rem nostri admonuimus, vt ad antiquam consuetudinem, & decentem ritorem composita sint omnia, Paenitentiae Tribunalia, Apostolica ad exsoluendas animas instructa facultate, altaria, sacra mensa, cunctusq. facer apparatus. Huc placandae irae numinis frequentes catholici, magno pietatis documento religiosam suscipiunt profectionem. Videre est multos nudis pedibus, alios asperato panno instar cilicij indutos montis ardua scandentes, templumq. intrantes varijs onustos votis, quae donaria templo offerantur. nec quisquam est, qui non tenuta conscientia peccatorum confessione inde abeat. Diffita religionis fama e remotis etiam partibus homines huc voti soluendi causa solet vocare. Conuersi haereticorum animos peregrinorum frequentia tunia. vnusq. inter ceteras versutior, statuit eam suae religionis prstam aut arte abolere; aut, si id minus posset, impedimento aliquo iniecto imminuere. is se peregrinantis more peregrinantium cetui iunctum inserit; & longa confabulatione, & verborum ambagibus coepit rusticorum animos partes in varias versare. Iam summum montis iugum superauerant, cum Diuina prouidentia factum est, vt nostrae aliquot alumni disciplinae superuenerint. hi impi

ex ouina missum pelle sensere vulatum. hominem Latinis lacessunt argumentis. negat ille esse se Latinum, sed Germanum mystem profitetur. tum illi Germanico sermone ita perspicuis urgent argumentis; vt, nisi, fallacia detecta, inde fuga se proripuisset, a furore rusticorum incolumis aegre euasisset. Et nunc, vt verbis eius vtar, inde elapsus, infames vitae scopulos Acroceraunia: vnde non Iupiter, sed Iesuitica progenies Latinis argumentis, & rustici homines bastis fulmina contorquent. Sed, vt ad reliqua vrbana ministeria redeamus, ab haeresi reuocati sunt quadraginta septem. & sane magnum fuit familiam vnam bene numerosam, Lutheranae impietatis perpetuo retinentissimam, ex errore eduxisse. Senex erat pater familias in pago, quo nostri catechistae saepe adeunt, annos natus duos supra nonaginta. cum aeque longaeua coniuge, & sobole copiosa. hic nascentem Lutheranismum intimis visceribus exceptum in omnem sobolem ita transfudit, vt nullus à nefaria secta vnquam desciuerit. Tentarunt saepe nostri illorum duritiam ad veritatem agnoscendam inflectere, sed irrito conatu. hoc tandem anno nostrorum consilijs acquieuere. Restabat e filiis vnus cum coniuge, homo vt militaris, ita etiam praeferocis ingenii, & refractarius. monita omnia militari contumacia, & ferocia

rocia sermonis repellebat. vxor Lutheranô prædicante nata, nullam aliam, quam Lutheranicam didicerat religionem; vterque vero Lutheranicis sacris penitus addicti nullum de antiqua religione sermonem admittebant. Longa tamen catechisticae explicationis auditione emollita mulier lucem adspexit; virumq. ad eandem intuendam pertrahere conata, nullũ non lapidem mouebat, vt illius obstirmatam pernicaciam inflecteret. sed fuit ad diu quassatum propugnaculum deiiciendum, vltimus tormenti maximi ictus exspectandus: ita quod neque aliorum exemplum, neque preces coniugis, nec nostrorum admonitiones potuere, peruicit tandem terror pestilentiae, qua prostratus vltro venit ad collegium, ac de religione commutanda nos alloquitur. Detinuimus hominem diebus aliquot nobiscum; variisq. curis aestuantem sacramentis, aliisq. vsitatis adiumentis tranquillauimus. Edoctus igitur, & cum Ecclesia reconciliatus rediit ad suos magno concepto animi ardore suam fidem palam protestandi. palam igitur sacra percepta Eucharistia, faces vicanis praetulit ad mysteria eadem pie obeunda. Neque hoc contentus, cum donario ipse quoque ad montem Adiutorii se contulit, mirante multitudine, manus sclopis & armis tra-

tan-

standis assuetas, precatoriis nunc globulis, & piis muneribus implicitas.

MISSIO Erfurdiensis.

QVAM *in angusto res nobis sita sit Erfurdiensis, superiorum annorum literae docuerunt. Duo ibi versantur sacerdotes sine scholis, sine templo, sine proprio domicilio, sedeue vlla. altare tantum ijs assignatum in Canonicorum templo, vbi sacra faciunt, & sacram praebent Eucharistiam pauculis ijs, qui e vetere religione supersunt. In vico tamen extra vrbem pro parocho confessiones audiuere; in vrbe porro Monasteria sacrarum Virginum sacramento paenitentiae opportunisq. monitis muniuerunt. Ad fidem catholicam reduxere duodecim. Nec vero defuere, qui, vt superioribus annis, e vicinis Academiis sacramentorum caussa ad nos venerunt; vt his armis & optimis monitis instructi inter catholicae fidei hostes integri versentur. Pergunt nostri supplicationem prosequi Paschali tempore ad antiquum templum extra vrbem; ibique ad eum quantulumcumque gregem habere concionem. Et vt intelligatur, nos insidiis à dextris*

Digitized by Google

tris, & à sinistris peti, rogatus est nostrer Sacerdos, vt de ratione Rosarium percurrendi vna earum concionum disputaret. Erat suspicio non leuis, eo postulato id agi; vt nostrae conciones, tanquam de rebus leuibus, & à diuini verbi explicatione remotae, haereticis ludibrio essent; & vt anilibus deliramentis similes, superstitionis suggillatione notarentur. Fit nihilominus petitioni satisfactum: sed humile argumentum tanta dignitate, & doctrina pertractatum; vt non ruralis, aut suburbana, sed digna frequentissima ciuitate, & sapientium auditorum corona concio iudicaretur. Itaque non mulierum tantum, sed virorum etiam animi incredibiliter ad eam religionem excitati: vt fatererentur omnes; nunquam se tam alte de eo precationis genere sensisse. ita simplici mansuetudine superata vafra calliditas est. sub concionem magnus coronarum numerus distributus, dici non potest, quanto studio ab omnium ordinum hominibus exciperentur. Hinc nostris animi additi, ad vrbanas tentandas conciones, quibus his annis octo ijs erat interdictum. Initium factum in parochijs rogatu porochorum. inde gradus factus in aedem praecipuam. vt etiam dicerent ex cathedra, vnde minaci edicto exclusi erant. Nec defuit ex clero, qui Deo palam grates ageret, cum ex eo loco nostros vidit

verba

Digitized by Google

verba facere. Sunt & alia à nostris in commune bonum profecta non pauca, quae taedij vitandi causa sunt omittenda. Si proprium locum, in quo pedem saltem ponere possemus, haberemus: neque qui nostram instrueret inopiam, neque copiosa messis desideraretur.

COLLEGIVM Molshemiense.

MAGNA vbique damna pestilentiae: etiam quibus in locis minus inclementer grassari visa est. Molshemij egregium nobis abstulit adolescentem, religiosa pietate, senili grauitate, modestia, comitate insignem, Ioannem Cunonem Meiensem natione; qui ludi magistrum in eo collegio agebat. & cum ob amabiles mores, tum ob studium de omnibus bene merendi omnibus adprime carum. annum agebat quinctum & vicesimum. ipso Visitationis Virginis sacro die extinctus est; cum id semper antea in votis habuisset, viuendi finem aliquo die festo S. Matris sibi contingere. Cum efferretur ab eius feretro scholarum alumni, eius praesertim auditores, ne periculo quidem contagiosae luis, auelli poterant. idemq. pium officium etiam viri primarij & honesti illi praestiterunt. Et, quoniam obseruata erat, cum vel in templo orabat,

Digitized by Google

orabat, vel sacram mensam inibat, ipsius pietas, & virginea modestia, quae toto ex ore, habituq. corporis emicabat; matres, virginesq. nobiles iniectis floribus, & sertis eius funus decorarunt. Impari omnino momento, sed tamen aliquo modo damnum compensatum est adolescētis alterius accessione ad domestica ministeria valde idonei. Gratum sane fuit ciuitati, cum iam grassante pestilētia, operam nostram pro concione ciuitati detulimus. neque eam passi sumus neque in vrbe, neque in agro, à quopiam desyderari. elaxitq. in nos insignter Diuina Bonitas. Nam, cum, quocumque vocarentur, nostri ad opem ferendam praesto essent, si vnum illud funus excipias, eorum nullus pestifera lue affectus est. quin etiam antidota, seu amuleta aduersus mali venenum à nostris indicata, quibus plerique vt conualuere, ad nostrum templum agendis Deo gratibus, & animum sacris mysterijs confirmandum rediere. Scholae tamen, quod non ita in eas saeuire lues videretur, nunquam intermissae. duo tantum e discipulorum numero sublati sunt. Et iam ante ciuitatis pietas multum excitata erat Pontificio indicto Iobeleo. Tam frequenti agmine supplicationem, cum procederet, ciuitas vniuersa prosequuta est; vt per eos dies nihil paene aliud versaretur in hominum sermone. tan-

tus

tus porro ad sacram expiationem, sacraq. mysteria concursus, vt noua omnino res, omnium iudicio, & inusitata haberetur. Missi praeterea hinc Sacerdotes duos ad ciuitates rogatu parochorum ad eandem religionem populos dandos. Catechismus in pagos duos longe dissitos prolatus, magno longi itineris labore, sed maiore obeuntium alacritate, fructu laborem compensante. In altero eorum, qui Caesareae ditionis est, publica lege multa irrogata tum pueris, tum patribus familias, qui segnes fuerint in suo in eo genere officio praestando. quo fit vt frequentissimi conuentus sint. Alter cum sit Lotharingiae finitimus, & ab vtraque gente incolatur, duo catechistae, partiti concionem, vtergue partem suam proprio informat idiomate. In vrbe praeterea nonnulli ab haeresi reuocati. sed admirationi ciuitati fuit, reus ob maleficia morti addictus. Hic non modo ex haeresi nostrorum opera emersit, sed tantam etiam culparum suarum concepit paenitudinem; vt qui eum vel audirent, vel viderent, intimo sensu pietatis afficerentur. Supplicijs Christi Domini cogitandis ita erat intentus; vt, cum ad supplicium ducendus esset, calceos sibi detrahere conaretur; & hieme gelida postremum illud iter bene longum nudis pedibus conficere, vt illo duntaxat labore Christi patientis dolores

acriore

acriore sensu animo infigeret. Eum denique de se omnium animis impressum sensum reliquit, vt, dempta ignominia, beatam illius mortem praedicarent.

Quod ad rem familiarem attinet, Illustr. Comes Everardus à Manderscheide, frustra obstantibus quibusdam Vicariatum, qui vnus integrae fundationi deerat, collegio attribuit: & quod Reuerendiss. Episcopus ipsius frater decedens inchoatum reliquerat, multa cum laude absoluit. R. Franciscus Frangerius S. Petri Iuniores Argentinae Praepositus Collegio florenos centum; pauperibus vero, qui Molsheimij in scholis sustentantur, quinquaginta moriens legauit. Venerabilis vero senex Valentinus Agricola Ecclesiae eiusdem Canonicus, de cuius erga nos beneficentia nostrae litterae nullae silere debent, videtur à Deo diuturnam impetrasse senectutem, vt quotidie nouum aliquid molliatur ad rem catholicam, & pietatis cultum in ciuitate promouendum. is annuum florenorum quinquaginta vectigal iam ante cõstituerat ad studiosos pauperes alendos: idem hoc anno alterum adiecit idoneum ad studiosum vnum in studio Theologiae moralis & controuersiarum sustentandum. Diuina bonitas illam immortalitate dignam senectutem diu praestet incolumem.

COL-

COLLEGIVM Confluentinum.

SAEVIIT aliquanto grauius Confluentijs pestilitas, in gregem nostrum praesertim. multos enim e nostris abstulit discipulis, reliquos dissipauit; cum ante & numero, & studio scholae florerent vt cum maxime. Eorum aliqui iam concepto morbo, in patria intra domesticos lares tanta significatione pietatis obiere, vt eorum parentes nobis gratias agerent. Qui integri in patriam haeresi infectam rediere, admirationi suis ciuibus fuere; quod tam tenaciter eam, quam in nostra institutione religionem imbibissent, retinerent, ea penitus euulsa, quam cum lacte pueri exsuxerant. neque enim adduci vlla ratione potuere, vt vel cibis vetitis vescerentur, vel illorum nefarios cetus celebrarent. Qui in Sodalitate Virginis adscripti sunt, cum rebus ceteris pietate praeluxere; tum eos, quos in famulatu haberent haeresi infectos hortationibus rationibusq. ad fidem catholicam, & catholica sacramenta adduxerunt. quod idē & multi alij ciues effecerunt. In magna porrò decumbentium, ac morientium multitudine nulli nostrorum opera non praesto fuit. nemo vocatus nō cum magna alacritate, tanquam ad mar-

tyrii

rum palmam adnobiuit, saepeq. accidit, vt vno in lecto terni, quaterniq. decumberent, & singulorum confessiones audirentur. neque hic cursim, ac perfunctorie tantum satisfactum, sed magno cum eorum animi solatio ea illis peramanter monita adhibita, quae tempus postularet: idq. non tum morbidorum tantum, sed etiam adstantium vtilitate: qui nostros cum lacrymis orabant, ne se paribus caritatis officijs, talibusq. praesidijs destitui paterentur, facturos, vt in eam necessitatem deuenirent. Neque solum ea morituris mouita proposita, quae extremum illud tempus postularet: sed admoniti etiam quibus copia suppeteret, vt inopibus aliquid legarent: id enim & viuentibus vsui, & ipsorum animis maiori fructui futurum: summa quinque millium florenorum collecta est: magna vtilitas multorum inopiae leuandae. Aduocati nostri ad opidum tribus milliarijs dissitum, parentibus nostrorum fratrum tabe affectis, & vtriusdem opidi alijs solatio fuere. Eodem pagus nobilis est ad Mosallam: ibi parochus, & Sacerdos alter, quem Sacellanum vocant, peste sublati erant: neque aliunde accersendi Sacerdotes copia supererat. Missus eo Sacerdos e nostris per Pentecostes sanctas omnium tum morbidorum, tum validorum confessiones excepit: eaq. sacrosancta Eu-

Digitized by Google

rastia, refecit. integrum in templo, tabe affecti in cœmeterio, morti proximi in suis ædibus auxiliantur. Concionem præterea tempore accommodatam habuit: monuit: ut quo essent in periculo nidirent: vigilarent: adventum Domini præstolantes: peccata ejurarent: vitia, prauasq; consuetudines corrigerent: choreas, saltationes, ripudiaq; missa facerent. paruere omnes pagani. sacra sacra amantesq; magis, quam vnquam antea frequentant. traductæ supplicationes, preces in templis instituæ: choreæ saltationesq; etiam e templis sublatæ. Ipsos de duae ad salutaria monita se præbuere contumaces. quarum altera brevi sua, sponsa morte; altera posteri à nuptiis die grauiori morbo punita est. quo tamen perfuncta diuicis adueniens pietatem non esse pernicicem, in tanta, tam q; assidua vestrorum opera morbidis impensa, non potuere socii communis mali experta esse. R. Petrum Mombenium Colonia insum nobis sæua pestilitas eripuit, coadiutorem ad spiritualia munia formatum; cuius ob insignem facilitatem erudiendæ catechismum iuventutis, omnibus carum, quem ne matura quidem ætas de viri absente audire grauarentur. ad Societatis reuerendam mania impigrum, ac strenuum. Ruperi, puellaq; memoria tam frugiferæ virtutis diebus aliquot multis precibus illius sa-

pulchrum

Digitized by Google

pulchrum frequentarunt. obiit natus annos sex & quadraginta. Est praeterea lunga tabe consumptus Petrus Huntemus Trevirensis, annum agens septimum & quinquagesimum, formatus temporalis coadiutor. vir semper aut in opere, aut in oratione assiduus. In eius locum adiutor unus est admissus. Auctum est templum, & res domestica non modicis emolumentis. Templo primum sacra casula bolosserica, calix, & christallina crux, donariaq. alia accessere. tum florenos centum matrona ad perpetuum ante Sacram Eucharistiam alendum lumen legauit. Sacerdos ad vinum in sacrificia comparandum, totidem adiecit. Domestica deinde aucta supellex R. Ioannis Gilhefeldii testamento. qui summa olim nobiscum benevolentia coniunctus, nostros peregrinaturn euntes comiter excipere, omniq. humanitatis genere apud se habere; aegrotos etiam & morientes benevolentissime fouere solitus; nunc moriens Christum in pauperibus haeredem scribens, accessione aliqua domesticum nostrum auxit instrumentum. Insignem bibliothecam R. D. Matthias Chellerus, quondam collegii Germanici alumnus collegio reliquit. Sed omnium beneficentiam superauit Illustriss. ac Reuerendiss. Archiepiscopus fundator. is & valens florenos mille ad aes alienum dissoluendum nobis dedit;

Digitized by Google

& cum longo, moleſtoq. morbo ſub mortem conflictaretur, plus duobus menſibus noſtrum ad ſe accitum Sacerdotem apud ſe habere voluit: cuius opera ad animi ſalutem vteretur; & quotidie ipſo ſpectante in ipſius cubiculo, Miſſae ſacrificium offerret. ad extremum moriens trecentis florenis ad nomina diſſoluenda donatum ab ſe dimiſit.

COLLEGIVM Paderbornenſe.

NON caruit aliqua calamitate Paderbornenſe collegium. nam & peſtilentia hic ſata ſe diffundens, tres rei domeſticae adminiſtros fratres corripuit: ſed Dei beneficio conualuere omnes: & nonnullorum odia in nos accenſa perſenſimus. Poſtulauerat vicinum opidum ab Archidiacono calicis vſum. cum negaretur, opidani occaſioni praeſtolantes, rem iterum maiore contentione adoriuntur; rati poſſe ſe Archiepiſcopum, Principem ſuum ad ſuas adigere conditiones. oppoſuit ſeſe fortiſſimè vir primarius, noſtrorum opera antea à Luthero ad Eccleſiam adiunctus. & Reuerendiſs. Princeps ea, qua par eſt animi magnitudine illorum fregit contumaciam. Opidani ſuis conſilijs fruſtrati,

strati, odio in nos conuerso, duo moliti contra nos sunt: & nos in inuidiam apud Principem adducere; & collegij aedificationem impedire. Id qua via sint aggressi, non apparet: sed vtrumque iis cessit infeliciter. nam & maiore, quam ante apud Principē gratia sumus: & fabricae maior operarum numerus accessit. ac, nisi pestis violentia omnia interturbasset, ad tectum opus totum iam perductum esset. Nostrorum opera, prompte, assidueq. languentibus exhibita, inuidorum nobis etiam animos adiunxit. Scholarum discipuli studia sua cum alijs Principibus probauere; tum praecipue Reuerendiss. nostro, tabula illi oblata, qua ingeniose omnia illius opera eleganti pictura descripta erant, & multis ipsorum versibus ornata. Pietatis praeterea specimen dedere sacris susceptis supplicationibus, aliisq. pijs exercitationibus; quibus non ipsi modo suam praestitere pietatem, sed alios etiam ad eandem pietatem permouerunt. eorum multi acres parentum contentiones sustinuere; vt ad vetitos cibos pellerentur. tandem parentibus ipsis probantibus victores euasere. Vnus de vna tantum sacramenti specie ad matrem disputando, peruicit, vt haereticorum caenas exsecrata, illis anno toto abstinuerit. Ex iis qui Partheniae sodalitati sunt adscripti, duos admisimus in Societa-

Digitized by Google

tem; quibus tertius accessit coadiutor.

De opere, praeter vsitata, quae tacentur; & praeter operam morbidis impensam, illud sa-tis ad cognitionem nouum esto. Multi magiae damnati, & flammis vltricibus addicti, in carcere adiuti sunt. ex eaq. infelici turba praecipuus vnus fuit, furtis, caedibus, & triginta annorum exsecranda arte infamis. hunc, praeter ceteros, hostis tartareus suis cumulare sacris visus est. Misero mandauerat vt virginem interficeret: eius caput in coemeterio ad trium pedum altitudinem defoderet. tres fabas certo modo in os exanimis capitis insereret: certoq. tempore nouas inde enatas tres colligeret. quarum si primam sibi in os iniiceret: fieret, vt à nemine conspici posset: altera cuiusuis animantis imaginem induceret: tertia inanimis cuiusuis rei speciem assumeret. Erat multorum opinio, nullam de hoc hominum genere, qui Deum volentes, & consulto reliquissent, spem salutis superesse. non tamen ne hos quidem tam misere profligatos nostri deserendos censuerunt. & hic quoque vna cum alijs e tartari faucibus ereptus, & per sacramenta cum Deo reconciliatus: omnesq. ad extremum vsque spiritum in summa supplicij atrocitate, monitis, & sanctis precibus confirmati. Extra vrbem curatum, vt ex opido quodam is, qui pro pastore lupus mul-

multos annos fuerat, exigeretur: & in eius lo-
cum catholicus sacerdos constitueretur.

COLLEGIVM Monasteriense.

ET priuatim, & publice, & in paruis, magnisq. rebus vtilis opera Societatis fuit Monasteriensibus. Priuatim primum solitis muneribus pia ciuium studia, quae hoc anno, solito fuere maiora, sacu aluerunt: multisq. e remotis locis nos consulendi caussa Monasteriu venientibus satisfecerunt. Tum haeretici non pauci haeresim suam detestati. Et sane non demis nostrae operae fructus fuit: Virginem nobilem ad fidem catholicam vocasse, haec primum veraedoctrinae lucem hausit, tanto succensa est ardore pietatis: vt incundissima ei voluptas esset, sacramentis animum purgare. breuiq. eo progressa est, vt perpetuam Virginitatem destinaret animo: eiusq. rei caussa quam saepissime carnis abstineret. sacellum desertum, & incultum, aere priuato restituxit, purgauit, ornauitq. quo se ad quotidianas preces, & Missae sacrificium reciperet. tum, vt quo ipsa intus igne vrebatur, in aliorum animis succenderet, cognationem primum, amicas

deinde familiares coepit ad amorem pietatis inflammare. argentea rosaria illis distribuens, quo facilius eas in cultu & veneratione S. Matris retineret. Erat ei religiosorum proximum coenobium: templum squalidum, & ruinosum; sacra vestis lacera, & sordida: ante sacram Eucharistiam Lychnus nullus; pecuniam ad perpetuum alendum lumen attribuit: tecta reparanda curauit: vestem ipsa, suis, aliarumq. virginum manibus purgauit, resarsitq. nouamq. etiam adiecit; ut subitae templi mundicie, nitorq. essent admirationi. Denique sacrarum virginum coenobium ingressa, rigida obseruatione disciplinae clarum, ad seueritatem ordinis prorsus se attemperauit. Virgines idoneo magistro destituas rationem rite confitendi, communicandiq. ipsa docuit. Sextoq. ab ingressu mense Antistitam septem cum aliis sanctimonialibus Monasterium ad nostros adduxit, ad curarum, sollicitudinumq. sedationem inueniendam; accurationeraq. religiosae vitae praecepta haurienda. In itinere etiam rhedarios ad fidem catholicam conuertit; &, vt ante quam redirent, se confessionis, & confirmationis sacramentis munirent, persuasit. Hunc ad multorum, vt se dant initia, & magnam vtilitatem, nobilem fructum nostrorum opera produxit. Coloni praeterea cuiusdam filia, magnis

genis agitata intemperijs, vt quiescere non posset, opis caussa adducta est ad nostros, suasere nostri confessionis sacramentum. quo expiata, & sacri ignis cura cruciatibus appensa, pristinae reddita est tranquillitati. eodem remedio & altera ipsius soror eodem morbo laborãs, pariter sanata est. Haec primatim. Publica deinde curatum est, vt declarandis comitijs, abrogandis Tridentinae Synodi decretum dioecesi tota in parecijs singulis ediceretur. Et quia ob bellicosos tumultus, & temporum superiorum turbulentiam multa deprauata erant: coenobia deformata, parietum abusu multiplici contaminata; ludi literarij à magistris haereticis corrupti; visum est faciendam esse quasi publicam lustrationem, coenobia primum reformata; religiosos ad claustra, claustrales q. ad observantiam reducti, ministri erronei e parecijarum cathedris eiecti, & nefarii scholarum corruptores exturbati. Data est opera praeterea, vt recens Senatus consultum scriberetur, ne cui procuratoris, consiliarioue, aut tabellionis liceat esse, qui non ante fidei professionem ex Tridentina Synodo ediderit. Erat enim periculum, ne pernitiosa dissimulatione incommodi aliquid accideret: quod appareret multos id genus homines minus esse integros in fide. His praesidijs catholica res multum munita visa est. Nostri

siui discipuli se præbẽt in suscepta religione constantes. Ex his vnus egregiæ indolei adolescens in Societatem admissus, cum Treuiros ad Probationis Domum proficisceretur, in itinere a luc correptus extinctus est. perlatus de illius obitu nuncius alterum excitauit pari indole, & melioribus dotibus instructum ad eiusdem rei votum. Et quanuis multis vndique difficultatibus premamur, bellicis tumultibus, Hollandis in confinibus castra metantibus, vnni sterilitate, rei familiaris angustiis, & malorum omnium teterrima pestilentia: piorum tamen liberalitas non modo ad necessarias vitae vsus, sed etiam ad templi fabricam abunde suppeditauit insumptum. Templum summa dignitate & specie perfectum admirationi est totæ Vestphaliae: neque vir magnus, neque tenuis ad hanc vrbem venit, qui non tractus fama tam nobilis ædificii, ad id magno studio visendum se conferat. pro miraculo habetur tanta temporum iniquitate, tam augustam molem tã brani tempore ab hominibus in tenui fortuna constitutis ad fastigium adduci potuisse. Iuuere nos in primis Dux Luneburgensium, nobilis quidem Præsulatus, qui sæpius eandem liberalitatem retulit. sed ante omnes Prouinciae Gubernatores cum Cathedralis Ecclesiae collegio.

Susceptae excursiones nonnullae; vna ad oppidum Alense Lutheranizme depranatum; sed vnde publica potestate haeretici ministri exulati erant. Magna hic circa templa, sacrasq. cerimonias solitudo: vt prodire in supplicationē, qua sacra hostia circumfertur; solitaq. obire ministeria auderet nemo, metu irrisionum ab haereticis. frequentes tantum ad concionem conuenere; studio ne, an explorandi caussa? sed nihil vltra probationem adhuc expressum, & studium saepius eandem audiendi. Altera fuit in interiorem Saxoniam, virorum primariorum accitu; in primis vero viri nobilis Godfebalci à Ledebur, Osnaburgensis Ecclesiae Praepositi. cuius, vt superioris anni litteris scriptum est, secundum Episcopum prima potestas est. Exceptus est noster Sacerdos magna omnium catholicorum, qui tamen pauci sunt, voluptate. praecipue nobilium Canonicorum; qui vna cum Praeposito sacra mensa recreati sunt. Susceptis rursus permissu P.N. Generalis maiore cura ea Missio est, contentione maximè Praepositi eiusdem; qui nostrum per varia eius dioeceseos loca circumduxit. siquidem sperat Praesul summa laude dignus, hac diligentia eos, qui inopia sibi vera praedicantium in tenebris adhuc versantur, saniore pabulo doctrinae ad Christi gregem perducendos. Est-

nul

mul illud profuit ad illorum animos ad veritatem intuendam comparandos, nostrorum & humanitatem, & peritiam agnoscere: erroremq. ex eorum animis detergere; Iesuitas, non homines, sed feras horrendas, & tetra monstra esse. Et vero Deus optima consilia adiuuit. siquidem nostrorum sermonibus auditis ita capti sunt; vt suorum exinde nequitiam, imperitiamq. aspernarentur. Vnius e rabularum numero concionem totam ita confutauit; vt nullum misero effugium pateret. Alterius inter mensam, praesentibus nobilibus, deliratione ita confutatae sunt, vt suo ipse iudicio damnaretur. Iniecerat e conuiuis vnus de Purgatorio carcere mentionem: quaesiuitq. de patre; ecquo sacrarum litterarum testimonio probaretur? Ex ipsis Lutheri bibliis probari posse nostra asseuerat: locumq. profert ex historia Machabaeorum: sententia nota est. tum conuiua litem integram vicino Praedicanti discutiendam delegat. Homo prouidus, arcem ratus se occupasse quaestionis, non animaduertit ignominiosum se quaesisse diuerticulum. Negat satis esse ad eam probandam quaestionem, vnum sacrarum litterarum testimonium, nisi sententiae plures in eandem rem consentientes congerantur. Hic vero vaniloqui hominis stultam impudentiam stomachari omnes, irridere leuitatem, fre-

mens

mens finitimi Principis secretarius: Atqui, inquit Magister, si ita se res habet, periit nobis: periit, inquam funditus Dei verbum. moxq. clementior factus, adiecit, se, quanuis Lutheri propugnator esset, praeoptare tamen talium patrum amicitiam, colloquiaq. quorum degustare coepisset sapientiam. Nobilis alius ita conturbatus, ancepsq. discessit; vt, quid statueret, non expediret. Erant in eo opido ministri verbi tres, quos exturbare maioris erat potestatis. Quod tantum potuit in praesens Praepositus seueritis edixit, vt contumelijs abstinerent in catholicos. nam antea immoderate nimium ea licentia abutebantur: & quantum potuit, pristinam antiquae religioni dignitatem restituere contendit. Eius rei caussa nobiles inuitauit, qui nostrum concionantem audirent; & rem diuinam facienti interessent: cui Praepositus ipse ad aram ministrauit; & magna corporis, animiq. demissione sacram percepit Eucharistiam. quo spectaculo vel ipsi haeretici mire delectati sunt. Est in Leuerene nobilium virginum collegium, quae se eiusdem Praepositi curae subiecerunt. de quibus etiam proximis litteris est scriptum, eae praedicantem Lutheranum habuerunt, & ipsae Lutheri dogmati addictae. eum Praepositus ob impiam vocem à munere submouerat. Veritae virgines ne ad catholicam fidem

adi

adigerentur, propinquos nobiles submiserunt, in quibus vnus doctissimus illius vicinitatis habebatur; qui per speciem restituendi praedicantis, si quid eius rei subolfacerent, Praepositi, & Smindensis Episcopi, quem cum Praeposito consensisse inaudierant, consilijs se opponerent. Venit cum ijs & qui electus erat praedicans. commissi nostro cum Sacerdote, de Sanctorum invocatione disputarunt, eo euentu, vt electus ille verborum disseminator, nostri Sacerdotis discipulum se profiteretur, imparemq. illius esse doctrinae; neque idoneum qui aduersus eum disputando stare possit. Eruditus certe ille nobilis, qui disputationi interfuit, omnia se in nostro probare sacerdote protestatus est, praeter religionem omniaq. ei defuisse humanitatis officia. Inter haec Praepositi rhedarius, Lutheri adhuc sectator, grauem incidit in morbum, ita vt confessarium sibi adhiberi postularit. rogatus, quem confessarium sibi vellet aduocari: respondit, se neque sapientiorem esse, neque meliorem domino suo: proinde non alium optare se, quam quo dominus suus vteretur. eductus igitur à nostro, & cum Ecclesia reconciliatus, peccatis confessione explicatis, absolutus est. & cum sacra ad eum Eucharistia deferenda esset, voluit Praepositus quam maxima dignitate, spectantibus hospitibus illis nobilibus, ipse

cano-

campi cuiusq. ordinis, & nobili turba prosequentibus id fieri. In hoc rerum cardine huius Missionis negotium vertebatur, quae deinceps sequuta sint, infrequentis anni litterae perscribere debebunt.

RESIDENTIA Embricensis.

SEDEM Embricensem hoc primum anno P. Prouincialis inuisit. iter habuit per infestas praedonibus, & haereticis locos, felicissime omni periculo perfunctus. eius aduentu ciuitas laetata; ad eum salutandum, magna benevolentiae, atque honoris significatione, magnus, & quidem primariorum virorum concursus factus. Sed non pari felicitate P. Rector a prouinciali conuentu rediens pericula a postea effugit. Lapsus enim in latrones, posnimaq. spoliatus aegre incolumis euasit. Augetur in dies pietatis studium non Embricensium modo, sed ex circumiectis etiam locis ad nos sacramentorum, & consiliorum caussa ventitantium. Ter mille prope, ac sexcenti nostro angusto in sacello sacram Eucharistiam percepere. ita quotannis crescit numerus, quique assidui sunt in sacramentorum frequentia, multum ad pietatem proficiunt: cilicisq. & ieiunia

asperitatesq. ceteras edomando corpori vsurpare incipiunt. E nostro discipulorum numero lecti adolescentes, qui studio & probitate ceteris praestare iudicati sunt, in Parthenium sodalitatem primi sunt conscripti. hi, praeter maiorem assumptum ardorem pietatis, magisq. assiduam sacramentorum vsurpationem, ipsa, qua primum instituta est Quadragesima tota, se in accurata dolorum Christi meditatione exercuerunt. Neque sua tantum pietate contenti: sed alios etiam ad studia eadem compellunt. Eorum vnus familiam totam, multis monitis ante diligenter instructam, ad confessionem ad nos adduxit, matrem, & sorores ex vxore duas: reliquo alter. Alius quinquennium in nostra versatus disciplina, praeclaris dotibus instructus, contemptis maternis complorationibus, blandicijsq. se nostrae addixit Societati: quem alter ad labores, & munia domestica idoneus sequutus est. Ex alijs porro discipulis tres ad alias se religiosorum familias contulere.

RESIDENTIA Hildesiensis.

HILDESIENSES tumultus, superiore anno excitati, non omnino statim consedere. Magistratus enim, & si nihil aperte contra

ra nos tentarunt, Caesareorum edictorum reuerentia: occulte tamen nostrum exsilium moliri nunquam destiterunt. ex quo non semel in graui popularis seditionis periculo versati sumus. Violentus Hesbusius nostros, nostrasq. oppugnat conciones. nos mendaces, nos seductores proclamare: voce & scripto indigna omnia mentiri contra nos. eoq. impudentiae homo ventosissimus progressus est; vt vinum adustum (cuius vulgaris est vsus in his locis) ad Sacrum Missae sacrificium nos adhibere credulae multitudini obtruserit. In tanta tamen temporum iniquitate nostri nunquam diuinam causam deseruerunt. quinetiam audentius aduersus vim tempestatis contenderunt. Ternas Dominicis diebus anno toto habuere conciones; vnam in principi templo; quae tum catholicorum, tum haereticorum frequentia celebratur: in arce altera non procul ab vrbe; quo, grassante pestilentia, qui Principi sunt à consilijs, se recepere. tertiam in suburbana parochia Sacerdos is, qui absentis parochi explet vicem habuit; quae idem à magna populi multitudine frequentatur. Explicata Christianae doctrinae elementa ad quae percipienda imbecilla, & robusta aetas magno studio conueniunt. Confessionum audiendarum munus strenue susceptum. itaut ad sacram mensam accedentium numerus superiora

Digitized by Google

riora exceſſerit. mille enim & centum octoginta ſex hoc anno numerati ſunt. Vnus etiam, quod nouum fuit in hac vrbe, ad domeſtica munia, adiutor in Societatem eſt adſcitus. Ad Eccleſiam catholicam tres ſupra viginti, quot nunquam antea, venere. quorum egregiae indolis adoleſcens, qui eo pertinacius Lutheri dogma defendebat, quod ex eius proſapia vel deſcenderet, vel eam arcta neceſſitudine attingeret; multis cum lacrymis errorem ſuum deteſtatus, magna conſtantia ſuorum vel promiſſa, vel conuicia contemnit. tantumq. abeſt, vt illorum moueatur iurgijs, ac contumelijs; vt inopiam potius, & famem tolerare malit, quam aut ſuſceptam religionem relinquere, aut à noſtra diuelli diſciplina. Scholas habemus tantum duas: ſed eae incredibile eſt, quantum ſua luce vrant tenebriones iſtos; qui, cum bonis non poſſint, malis artibus nobis aduerſantur. haeretici ludi magiſtri, conflictis criminationibus, calumniisq., aliisq. illecebris diſcipulos à nobis auertere conantur. & ſane nonnullos in fraudem pellexerunt; ſed non ſine ſua ipſorum nota. nam torpore ſcholarum, & deſidia deprehenſa, partim ad nos reditum impetrarunt, partim alio hinc ſe contulerunt. alij non ita ingenio probi, corruptis magiſtrorum moribus deteriores facti; vſque eo in probitatis proceſſere, vt magiſtris

ſris expedierit illos à ſuo grege ablegare. Et, cum omnes adhibeant conatus, aſſequi tamen nullo modo poſſunt; vt vel luci noſtrae officiant, vel ſuam poſſint, e ſcholarum noſtrarum comparatione, inertiam velare. itaq. iam incipiunt vel ſuorum diſcipulorum carminibus notari. Noſtri vero diſcipuli ſua gloriola triumphant. Drama dederunt in repetitione ſtudiorum magna non catholicorum modo, ſed etiam Lutheranorum probatione. Praemijs etiam publice diligentiſſimi quique de more ornati, vt nouum, ita toti gratum ciuitati ſpectaculum dedere. fauent ſtudijs adoleſcentium tum alij catholici, tum praecipue Canonici. qui cum ſaepius exercitationibus, & eorum concertationibus interſint, addunt eorum animis alacritatem. Eorum vnus non modica impenſa tabulas, quibus ſcholaſtici magiſtratus, victoriae & honorum, inſignia notantur, ornandas curauit, quae res acrioribus adhucſtimulis contenta puerorum ſtudia incitauit. Nec minore ardore animi ad pietatem accenduntur. nam, vt frequentiam praeteream ſacramentorũ, quinque ex ijs variis ſeſe religionibus addixere. Alij, quos poſſunt, ex haereticorum ſcholis ad veram religionem, atque ad noſtrorum concones conantur adducere. Et quanuis ignaui verborum venditores adoleſcentes a noſtra concione, noſtrorumq. ar-

Digitized by Google

ceant consuetudine; ne mellitis, vt ipsi dicunt, verborum globulis prima quaque concione capiantur: ventitant nihilo minus; & seueras rigidorum magistrorum minas risum iocumq; faciunt. Est etiam eorum leuitas in puero non decimo quarto anno grandiore illustrata. quem à scholis nostris abductum, à religionis tamen constantia amouere non potuerunt. Quaesiuit ex eo Rector Hesbusius; an se adhuc seductum esse sentiat? Ambiguo responso puer & gratiam sibi à vespertilionibus conciliauit, & fidem suam sartam tectam seruauit: Se nondum ad eam aetatem peruenisse, vt verum à falso diiudicare possit. percupere tamen se doceri. Hic vero infelix turba magistrorum incessit omnibus laetitiis: rector vero Hesbusius, quasi magnus arbiter diuini luminis & proxeneta; Pape exclamat: diuinitus illustratum adolescentem: tam beatam sortem omnino paucis contingere. Ita nugaces isti diuinum lumen, tanquam ex suo penu prolatum, cui volunt conciliant, distribuunt q. Mater interim pueri, nostrorum opera iam ante ad Ecclesiam adiuncta, periculo filii permota eum instituit reposcere: sed nihil impetrat. Venit tandem frater natu maior: qui non ante puerum recepit, quam certis probasset testimoniis, se esse Lutheranum; promisisset q. curaturum, vt ad sanctam Luiberi disciplinam

puerum

puerum reduceret. Paucis post diebus ad arcem, in qua hic fratris sponsor degebat, conueniunt superintendens cum tribus, quatuorue praedicantibus; rusticos vt de religionis integritate examinarent. est enim id sanctis Lutheri Apostolis solenne munus. Sistitur iis puer idem. rogatur praeter cetera à superintendente, quo sacrarum literarum testimonio sanctorum caelitum defendatur inuocatio. Respondit puer: didicisse se sacra volumina nusquam dissertis verbis id asserere: Ecclesiam tamen id docere, Spiritus sancti lumine illustratam. non posse autem hanc errare, cui Christi ad Apostolos promissa affirmare. quibus cum se missurum paracletum diceret, promisit etiam, ipsú eos docturum omnem veritatem. Si ergo stat promissio, stabit etiam promissi fides. Obiecit ille: Paullum Petri erratum arguisse. Ad rem parum apte, vt puer: ad ineptientem tamen magistrum confutandum apte satis respondit: Petrum, & Paullum, vt homines membra fuisse Ecclesiae, non ipsam singulos Ecclesiam. Atqui subiiciunt inepti: In veteri lege Ecclesia saepius errauit (quasi à nouis hisce fuligine sis videntibus corrigenda sit). Non mirum, inquit, non enim Synagoga tot, tamq amplis diuinis promissis, quot nouae legis Ecclesia firmata est neque tantis charismatis illustrata. in qua exi-

mia sanctitate viri floruere; (& sanctos Hieronimum, ac Chrysostomum, vt illi memoria subiecit, nominabat). & in qua maiores nostri salutem inuenere sempiternam: meq. in ea eandem consequuturum non confido solum, sed etiam certo scio; si modo ad eius normam meae vitae rationes omnes, actionesq. accommodauero. Pluribus aliis interrogationibus fatigatus scite, pro aetate satisfecit. quin etiam audaciam assumens, coepit ipsos vanae Theologiae magistros & ipse suis interrogationibus lacessere; atque ita vrgere, vt aegre se ea aetate viri, & sapientia, quam profitebantur, e pueri laqueis expedirent. Quam cito ex animo pueri euanuit diuinum Heshusii lumen? Is denique fructus illius certaminis fuit: vt puer in fide constantior excederet; eius frater Luthero addictissimus nutare coeperit: praedicantes sua spe deluderentur: & maior nostrae disciplinae accederet auctoritas, & existimatio. Haec aliaq. huius generis his aliisq. litteris narrantur fusius tum ob rerum ipsarum momenta, tum vt quanta cura Germanicae scholae Dominicam excolant segetem intelligatur. Adolescens alius hoc paullo grandior, cum parentum violentia à nostris ad haereticorum scholas pelleretur; maluit à suis destitutus emendicata stipe in nostra disciplina viuere, quam opimis conditionibus parentum acquiescere.

Digitized by Google

scere. Alius affectus pestilentia in patriam redierat, ad eum iam animam agentem e ministris vnus adit: ingerit nouam Lutherani lucem Euangelii: vrget, vt ad Sancta remedia adspiciat. ille manu, voceq. intermortuis verbis hominem abire iubet; & omnem de se ponere sollicitudinem: Me enim, inquit, alteri cõmendaui, qui me nunquam deseret: & haec ingeminans verba expirauit. His, atque aliis id genus victi certaminibus ministri dictitant; adolescentes à nobis ita magicis carminibus à mẽte abalienari; vt ad lucem intuendam non possint vlla ratione reuocari. Quantam lucis copiam obesae istae talpae sibi vindicant? Sed hactenus licuit furibundo Heshusio debacchari contra nos. Summus enim arbiter ab eo iam vitae ipsius repoposcit rationem. Pestilentia enim & si aliquot nobis abstulit adolescentes; sustulit etiam multos, & graues nobis, & catholicae rei aduersarios; praedicantes nonnullos, ludi magistros, ciues primarios, qui in catholicũ nomen coniurarant; ciuitatis Syndicum, nostrae societatis & catholicorum omnium hostem infensissimum, & ipsũ malorũ omnium fontem, & auctorem Heshusiũ synagogae superbientium superintendentem, & scholae Hildesiensis Rectorem. Speramus hac eluuione agrum Dominicum mundiorem, & segetem lactiorem, vberioremq. surrecturam.

PROVINCIA BELGIVM.

VNVS & quinquaginta supra quadringentos in Belgio, tredecim collegiis, residentijs quatuor, vno Anglorum Seminario, & duabus Missionibus censi sunt hoc anno è vita excesserunt quinque: viginti quatuor in Societatem sunt admissi.

COLLEGIVM Louanienſe.

PRINCEPS huius Prouinciae Seminarium Louanienſe collegium Socios duos aluit & quinquaginta. quorũ ſeptendecim ſunt Sacerdotes, Theologiae ſtudioſi non Sacerdotes viginti duo; tredecim coadutores, quorum duo nouicii ſunt. Duodecim in locis, vt proximis litteris eſt ſcriptum, catechiſmus explicatur. tertiadecima acceſſit hoc anno celebris parochia. Aditae praeterea ſcholae pueriles obſcurioris nominis, quae ſunt à collegijs ſeiun-

ctae;

ctae; curatumq. est, vt ipsi magistri ad catechismum promouendum promptiores sint. Haeretici quinque sunt ad Ecclesiam adiuncti. Ad pias preces. B. P. N. Ignatij meditationibus eruditi sunt quamplurimi. ita vt vnus plus sexaginta exercuerit: canonici multi, Licentiatiq. plerique Theologiae, ac iurisprudentiae studiosi, & e prima nobilitate non pauci. Ex omni numero duodeniginti variae se ad religiones contulere. Excursum extra vrbem ad vicinos pagos, quantum per hostiles licuit incursiones. Sed extrema Quadragesima duo sacerdotes in peramplo vico, concionibus, catechesibus, & confessionibus audiendis quindecim ipsos dies tam continenti opera traduxerunt; vt vix diuinis horis persoluendis ijs spatium daretur. fructus quantus fuerit, parochus ipse eos cum lacrymis dimittens, & litteris ad P. Rectorem datis testatus est.

COLLEGIVM Tornacense, & Probationis Domus.

TORNACI duabus in familijs collegio, & Probationis Domo, vno, eodemq. domicilio coniunctis, capita omnino sexaginta censa sunt. Sacerdotes sexdecim, quorum vnus

tertium

tertium peragit probationis annum: veterani duodecim, cum magistris quinque, coadiutoribus item veteranis septem, reliqui tirones. Virgines sex, quae in Sacello nostro Sacramenta frequentarant, varijs se manasterijs, spretis humanis illecebris Deo dedicarunt. Ab haeresi hic quoque redierè quinque ad Ecclesiam. Adiutus est etiam Turca adolescens, qui seruitutem seruiens, & Christianam religionem cogitans, varijs spectris, terriculamentisq. à daemone reuocabatur. sed constanti nostri Sacerdotis sermone, monitisq. & signo crucis, aqua lustrali, & sacra agni cera adhibita, constantior in proposito euasit.

AVDOMARENSE Collegium.

VNVS & triginta Audomarense collegium tenuerunt. tredecim Sacerdotes, e quibus duo magistri sunt, alij magistri quatuor non Sacerdotes, casuum conscientiae studiosi sex, coadiutores octo. Grassata est hic pestilentia vt cum maximè. iuuandis morbidis, ijsq. sacramentis, & pijs monitis firmandis datus P. Nicolaus . . . . . strenua & digna Societatis Sacerdote opera omnibus praesto fuit, volumen esset singula,

quae

quae illi contigerunt, recenſere. ſed pauca, vt quidque obuium fuit, referentur. In fenera-toria menſa, vſurarüſq. rationibus operam pro Magiſtro dabat quispiam. hunc peſtilentia grauiſſime laborantem iam morti proximum eſ-ſe pater audierat. Adit hominem: periculi im-minentis admonet: dum tempus eſt, reſipiſcat: ipſum iam iam partis bonis omnibus, & vita ſpoliatum iri; praeuertat illis ſe ſponte abdica-re, quae mox eſt relicturus etiam inuitus; ob eaq. in mortem lapſurus ſempiternam. Durus homini ſermo durioribus auribus excipitur. Cum monitis nil proficeretur; minae, terroresq. inferni multa feueritate proponuntur. mortem praeſentem eſſe: efflata, quae iam aegre retine-tur, anima; momento ipſum in horrendas ae-terni iudicis manus dementurum ſolum, inopem, nudum, nullo adiutore, defenſore nullo, nullo deprecatore; omni ſpe prorſus, praeſidioq. de-ſtitutum. neque integrum eſſe inde remeare; aut, quae facta nolis, irritare: nullum eſſe lo-cum paenitentiae; neque culpae cognitionem amplius prodeſſe; ſed diriſſimae deſperationis plena omnia. Non abfuit conatui diuina lux: homo diuturnae, iniuſti lucri conſuetudine in ſua ante obduratur auaritia, praeſentis mortis neceſſitate perculſus, tandem fortunarum o-mnium iniuſta poſſeſſione cedit: ſacramentisq.

cum

cum Deo reconciliatus, diuina fretus misera-
tione, spei plenus e vita emigrauit. Eadem ar-
te paullo post adortus Pater est & ipsum man-
cipem foeneratorem, eadem in necessitate consti-
tutum; & diuina adiutus ope, omnium iniuste
quaesitorum abdicatione cum Deo reconcilia-
uit. Multis alijs aegrotis, & in summa egesta-
te constitutis, non animis solum, sed corporibus
etiam iuuandis opem tulit. Aegrotas duas ab-
iectissimo in loco, omni ope destitutas, inda-
gando reperit, acerba lue, & inedia consum-
ptas, miserae ad eius adspectum, resumpto spiri-
tu, multis cum lacrymis, quasi de caelo mis-
sum intuentur. Eas ipse eo, qui in re praesen-
ti parabilis fuit, cibo recreauit: & pijs monitis,
sacraq. confessione expiauit: operamq. dedit
idoneae curationi ne destituerentur. Alia in
domo matrem cum quatuor liberis, pestiferis
vlceribus affectos, atque omni leuamine destitu-
tos inuenit. prima cura fuit animarum: singu-
lorum confessione excepta, mox ad corpora cu-
randa se conuertit: cibos illis sua manu appa-
rat, praebetque; post etiã vlcera deterget, me-
dicamentaq. quorum erat non ignarus, adhi-
bet. ita desertam familiolam, quantum dabant
tempora, refocillauit. Alio tempore eadem in
re, & alterius animae, & alterius tum ani-
mae, tum corpori subuenit. Aegrota mulier

in

in conducta habitabat domo. morbus pestilentiae suspicionem fecit. iussu eius, ciuius domus erat, foras proiicitur. misera sub dio, caelo pluuio, & in luto voluebatur. forte Pater cum digno comitatu, sacram aegrotis ferens Eucharistiam, illac transiit. tam miserandae adspectu rei motus, posita decenter sacra pyxide, suis manibus, fratre socio adiuuante, sublatam e luto reportat sub tectum. Erat domus dominus homo militaris, iracundo ingenio, ac praeferoci. is per id tempus superuenit: atque in miseram aegrotam. Patremq. furenter irascitur: omniq. verborum acerbitate iubet illam exportari confestim. cunctanti arrepto ferro mortem minitatur. Pater fiduciae plenus nudat veste collum, ensi locum praebet; paratusq. ictum magno animo praestolatur: potius, quam impium facinus admittat. hic homini irato faces ardentius admotae: neque contumelijs in homines contentus; in impias in Deum voces, sacrilegasq. excedit exsecrationes. Placido illa omnia excepit Pater animo: diuinoq. crediderim instinctu rem periculosam esse ausum. Vt olim S. Bernardus aduersus Ducem Aquitaniae, sacrosanctum Christi profert corpus: Agnosce, inquit, inter manus meas conditorem tuum; eundemq. redemptorem, iudicemq. supplex pronus venerare: tuaeq. impietatis, & in miseram hospi-

tam

tam crudelitatis ab hoc veniam precare. Ad adspectum venerandae Eucharistiae procubuere supplices qui aderant. ipse miles pauore subito perculsus abiicit se humi: tremensq. & à Deo, & à circumfusa multitudine sui furoris magna animi demissione veniam petijt. totusq. in virum alium mutatus, & miserae hospitae molestus esse desiit, & nostrum Sacerdotem ingenti complexus est amore. ex eo tempore sacrosanctum Eucharistiae sacramentum mira pietate coepit prosequi. His, aliisq. id genus quotidie frugiferis laboribus septem transegit menses. quibus transactis pestifera & ipse lue sublatus est. Vir magnae in primis caritatis, mansuetudinisq;. obedientiae vero laude, & sui contemptionis insignis. Semel, & iterum sub mortem animum vniuersa confessione expiauit. Multis eam prouinciam magna contentione flagitantibus, successor illi datus, qui studio diuinae rei promouendae illi par, facultate dicendi etiam praeditus maiore. cuius non modo, qui in vrbe claudebantur, sed etiam qui in vicis aegroti habitabant, fructum operae senserunt. Et, ne ciuitas afflicta malo, verbi diuini solatio destitueretur, dominicis, festisq. diebus, seorsim integris, morbidisq. audientibus, ad frequentem multitudinem in foro concionem habuit. Tactus est & ipse & socius laboris illi datus pe-

peſtilenti carbone: ſed vterque diuina ope periculum euaſit.

DVACENSE & reliqua Collegia.

TRIGINTA quatuor Duaci verſati ſunt: Sacerdotes quatuordecim, in quibus vnus Theologiae, Philoſophiae profeſſores duo, magiſtri non Sacerdotes octo; tres diſcipuli, nouem coadiutores. Ex omni numero peſtilentia duos abſumpſit, P. Ingelbertum de Lattre, virum in tractandis hominum animis apprime induſtrium; & erga aegrotos caritatis indefeſſae; quae res homini luem peſtiferam conciliauit: & coadiutorem alterum Iudam Poalinum, miraе ſimplicitatis, & caritatis hominem. hic vltro ſuam operam ad morbidum curandum ſacerdotem cum detuliſſet, contracto ex contagione morbo, ad aeterna & ipſe praemia vocatus eſt. Scholarum frequentiam minuit quidem peſtilentia, non tamen omnino diſſipauit. Conſtantes enim perſtiterunt ad quingentos: praeter Theologos, qui numerum centenarium exceſſerunt. proinde neque Theologicae, neque Philoſophicae ſtatae exercitationes intermiſſae. quas nonnunquam magna ſua cum voluptate Illuſtriſſ. Cameracenſis ſua praeſentia cohoneſtа-

ta.

Rauit. Et tota Academia Tornacum ad Probationis Domum sex missi sunt, in quibus Theologiae licentiatus, matura vir aetate, & praeclaris naturae muneribus instructus, nuemeratur.

SEX SVPRA VIGINTI in collegio ANTVERPIENSI numerati sunt: Sacerdotes duodecim, scholarum magistri sex, vnus aut alter studiosus, reliqui coadiutores. Scholae floruerunt vt cum maxime: ex ijs decem varios se ad religiosorum ordines contulerunt. Triginta sunt ab haeresi abducti. In ijs latrones duo multorum immanitate scelerum, & inaudita caedium crudelitate Belgio tota famosi. Qui tandum magistratuum diligentia comprehensi, ita se ad omnia salubria monita praebuere contumaces, vt omnium iudicio deplorata eorum esset salus. Nostrorum tamen assiduitate, plenisq. vero sensu pietatis sermonibus emolliti, in tantam suorum scelerum detestationem venerunt; vt, haeresi abiurata, & cum Ecclesia reconciliati, cum vniuersam suorum peccatorum confessionem explicarent, sermonem; prae dolore saepius abrumperent. nec quidquam, quandiu carcere asseruati sunt, illis fuit familiarius, quam gemitu, suspiriis, & lacrymis male actam vitam penitus dolere. Missae sacrificio humi procumbentes, perpetuoq.

tuoq. lacrymantes intererant. Percepto sacrosancto Christi corpore, vehementer animati, forti, generosaq. patientia dirissimi supplicij acerbitatem pertulere. Picato induti linteo, cathenis ferreis constricti, in ardentem rogum tracti sunt; incendioq. concepto retroacti; iterumq. & saepius eodem reuocati, reducticq. donec sexto tandem incendio cremati; horrendum circumfusæ multitudini spectaculum fuere, quo in atroci supplicio nullae eorum auditae voces, nisi crebrae, contentaeq. sacrosanctorum nominum IESV, & Mariae inuocationes. cum interim nostri in tam atroci luctamine pia opera miseris adessent. Secundum hos, latrones alij septem partim laqueo, partim gladio vitam finiuerunt. qui nostrorum opera & ad fidem reuocati sunt, & ad mortem pie; sancteq. obeundam confirmati.

TRIGINTA QVINQVE numerauit Collegium LEODIENSE. e quibus septendecim sunt Sacerdotes, reliqui partim magistri, studijsq. addicti, partim coadiutores. Scholae septingentos ferme numerarunt auditores. exercitationes magno studio viguerunt. Senatus ijs aulam peramplam ornandam, classes primarias duas exstruendas, & parietem, qui gymnasium à templo diuidat, excitandum curauit. Auctum praeterea templum, ornatumq.

insigniter est liberalitate Caroli Billei, viri illustris, & cum apud Principem Electorem gratia, & auctoritate primi; tum multis nominibus de Societate optime meriti. B. Virginis Sacellum, quod toti aedis longitudini obtenditur, quadrato lapide consternendum, opereq. concamerato tegendum curauit. Exstruxit praeterea ad ingressum templi chorum pensilem, multorum hominum capacem. Adiecta est templi faciem porticus exspatians: quae praestanti opere, pulchroq. lapide, signisq. multis ornata, tum templo, tum collegio dignitatem addit.

Praetor Ducatus Lucemburgici, de quo proximis litteris est scriptum, pergebat in concepta sacris meditationibus superiore anno pietate, eiusq. exemplo, disciplinaq. non ipsius modo familia, sed ipsi quoque praesidiarij religiosorum virorum familiam referebant. sed graui oppressus morbo, cum reualuisse videretur; P. Rectoris suasu, cuius prudentiae, ac monitis se totum in morbo commiserat, vt Deo de recepta valetudine grates ageret, ingentem egenorum numerum sexus vtriusque in aream inuitatos; & ipsos etiam praesidiarios ad sacram diuini agni prius, post etiam opularem mensam adhibuit; adiecta quoque nostri Sacerdotis concione. Conuiuio peracto inopes larga eleemosyna donatos, reumq. vnum morti adiudica-

tum

Digitized by Google

tum vinculis, & carcere exemptum liberum dimisit. Paucis vero ab hac laetitia diebus, recrudescente morbo, artisq. remedia superante, digno tanta pietate exitu vitam finiuit. Sepulchrum, recisa funeris pompa, in nostro sibi templo delegit.

Namurcum clara Belgij ciuitas est, & caput Comitatus, qui ab ea nominatur, continetq; unam e septendecim Belgij prouinciis. huc Vicarii rogatu, & Cathedralis Ecclesiae canonicorum profecti Sacerdotes duo per Aduentum, alter quotidianis concionibus, vterque vero audiendarum confessionum opera, & accurata catechesi mirum in ciuitate studium diuini cultus excitarunt. frequens ad eos per omne illud tempus confessionum causa fuit omnium ordinum concursus: vt cum, exactis Christi natalitiis, P. Prouincialis eos reuocaret, canonici, primariiq. viri, atque adeo Reuerendissimus ipse Electus summa contentione impetrarint, vt illorum commoratio in totum quadragesimae tempus proferretur. Quo expleto tempore, magno Societatis collegii iis relicto desiderio, rediere. Missi denuo circa festum corporis Christi, Hiciauum opidum in Leodiensi diocesi, Mosae flumini impositum, & nobilis arcis praesidio munitum diebus quindecim ingentem confessionum numerum exceperunt; quarum plera-

raeq. generales fuere. cuius rei nomen ante ibi erat inauditum. inductus frequentior sacramentorum vsus; ratioq. sacerdotibus demonstrata, qua & sacrae Synaxes, & tradendae Christianae doctrinae pueris consuetudo in posterum nostris absentibus continuetur. Aditi praesidiarij in arcem, & sacramentis expiati, prauaeq. consuetudines multae emendatae.

IN TRAIECTENSI COLLEGIO vnus, & viginti numerati sunt: Sacerdotes decem: e quibus magister vnus; magistri alij non sacerdotes quinque, sex ad domestica munia coadiutores. Vnus hic ab haeresi ad catholicam fidem reuocatus. militibus duobus persuasum, vt quas adhuc concubinas habuissent legitimo sibi matrimonio coniungerent. Bream Campiniae opidum per Quadragesimam Sacerdos missus, incredibili humanitate exceptus; concionibus, & catechesibus omnium sibi animos deuinxit: Eam populares de ipsius aequitate, fideq. opinionem conceperunt; vt ipsi magistratus lites, controuersiasq. paullo difficiliores ad eius arbitrium deferrent. Instituit vt in catechesi puellae à pueris seorsim, sux, vtrique schola docerentur: datis in eam rem legibus omnium iudicio probatis. Abeuntem tandem lacrymis prosequuti sunt.

DVODEVIGINTI GANDAVENSE

col;

collegium incoluerunt: Sacerdotes septem, e quibus magister est vnus; magistri non Sacerdotes quinque, sex coadiutores. Et hic concubinatus aliqui in matrimonia commutati. Promectae senex aetatis ita obfirmato animo Caluinismum ab ineunte aetate conceptum tuebatur; vt malle se diceret discerpi, quam ad catholicorum dogma inclinare. Diuina tamen ope tertio cum Sacerdote nostro congressu, adspexit tandem veritatem, eamq. amplexatus magno sensu pietatis apud nos diuina mysteria frequentat. fuit sane formidabilis leuiusculae mulieris euentus. quae, quod lasciuiore cultu corporis delectaretur, quam piam & probam deceret, monita est à Sacerdote nostro, missas faceret ineptias lasciuiamq.; animaeq. curam tandem aliquam susciperet. praesagire enim sibi animum; breuem illi fore vitae diem. Illa eo monitu perculsa vitae corrigendae consilium concepit. cuius rei caussa triginta aeterno Patri propiciatorias hostias curauit offerendas. biduo, quam tricesima oblata est, mulier, ipso melioris vitae cursu inito, moritur repentino. Tempestiua igitur illi fuit opportuni monitoris reprehensio.

BRVGIS septendecim versati sunt: Sacerdotes octo, quorum sunt magistri duo, non Sacerdotes quatuor magistri, coadiutores reliqui:

Digitized by Google

strenuam operam magno cum bono ciuitatis, cõsuetis Societatis muneribus in hominum auxilium impenderunt.

IPRIS duodeuiginti numerati sunt: Sacerdotes octo, magistri sex, quatuor coadiutores. familiae aliquot ab haeresi ad Ecclesiam traductae: & adulta vniuscuiusque proles, baptismi expers, sacro fonti admota. Ballioli opido tribus hinc milliarijs dissito Sacerdos e nostris Quadragesima & reliquo anni tempore contionibus & catechesibus Christianam rẽ valde promouit. scholas tradendi Christianam doctrinam Dominicis diebus inopibus instituit.

VALENCENAE vndeuiginti e nostris aluerunt: Sacerdotes duodecim, magistros sex, quorum quatuor Sacerdotum numero censentur, reliqui coadiutores. Grassata pestilentia ad multarum familiarum interitum, & sedula sociorum opera vna cum pietate numerum etiam auxit paenitentium. Neque tamen de quotidianis scholarum exercitationibus est quidquam deminutum. Ad placandum tamen numen quadraginta horarum supplicatio magno apparatu per nostros instituta. piorum concursus, & fructus pietatis, qui vel ipsis oculis notari possent, supra quam credi posset maiores fuere. Magistratus ciuitatis, cum omnibus officijs, apparitoribus, publicoq. comitatu eam

fin.

Digitized by Google

studiose frequentarunt.

INSVLENSE collegium viginti quatuor numerauit: Sacerdotes quindecim, magistros sex, quorum vnus Sacerdotum numero censetur: reliqui tum scholares, tum coadiutores. Diem suum hic obijt P. Henricus Paludanus, cum decimum tertium annum in Societate religiose exegisset. Eius loco duo hinc ad tirocinium transmissi: ab haeresi ad catholicam Ecclesiam adiuncti septem.

CORTRACI Sacerdotes septem, totidemq. magistri, coadiutores quinque, vnusq. nouicius, qui subinde Tornaco submittitur, reuocaturq. vicenarium numerum expleuerunt. Excessit e vita frater vnus, pietatis plenus Ioannes Menbuetus. Est hic publica lege catechistica ratio constituta. Pueri, puellaeq. separatim suis quique locis instituuntur, honestiores, & scholas frequentare soliti sexta quaque feria; tenuiores & opifices Dominicis diebus: agmina cogunt viri, matronaeq. multae dignitatis, suis cuique vicis assignatis. Hi suo quenque vocant nomine: absentes notant: notatos alijs denunciant, qui parentibus multam dicunt: quae, cognita caussa, exigitur à magistratu. Stipendium est etiam ijs constitutum, qui in quamlibet eius functionis partem veniunt. & si plerique Diuini honoris tantum studio totam rem

nituntur promouere, stipendio remisso. Proinde lata lex est; vt qui munere illo catechistico funguntur, ijs ciuilibus oneribus leuentur: ne ad vrbis excubias adigantur, ne milites alere cogantur; aliaq. eiusmodi grauamina ab ijs auertantur. Ita & si nostris auctus est labor: spes tamen fructus copiosioris omnia facit leuiora. Gymnasium scholarum fama in dies augetur. floret vt cum maxime. Comitum, Baronum, aliorum nobilium liberi instituuntur paene trecenti. Auctum etiam collegium agro duarum sororum liberalitate attributo, è quo quinquageni annui floreni percipiuntur. Duo autem florenorum millia super annuam pensionem a Magistratu magna beneuolentiae significatione hoc anno accepimus.

IN BRVXELLENSI Residentia, annumeratis ijs, qui ad bellum militem sequuntur, triginta quinque fuerunt: tres & viginti Sacerdotes, reliqui coadiutores. Bruxellis tertio exacto anno tirocinij, cum se ad expeditionem in castra compararet, obijt P. Ludouicus Pontanus. Aliorum opera, qui Bruxellis habitarunt, aliqui ab haeresi sunt reuocati: multi nutantes in fide confirmati. Ordinem S. Francisci accurata, longaq. nostrorum ad perfectae virtutis studium institutione informati subiere duo. Virgo vna S. Clarae, aliae alios religio-

fos

Digitized by Google

fos ordines susceperè. Qui ad castra profecti sunt, Germanorum militum animos à nostro nomine ante alienos, patientia, & longanimitate, perspectaq. in primis fide, ac probitate valde sibi reconciliarunt: eorumq. multos ex haeresium tenebris eduxerunt.

IN MONTENSI *Residentia septem degunt Sacerdotes, cum sex domesticae operae ministris. E vetere in nouam domum translata est nunc primum habitatio, retenta tamen veteris possessione, obseruata loci opportunitate, quod & loco sita est percommodo; & spes sit, si quando in eam remigrabimus, eius fines proferendi. Interim ex locatione ducenti quinquaginta floreni annui percipiuntur. Caussa autem inde emigrandi inopia sacelli fuit. non enim, nisi magno incommodo, alieno in templo, & longinquo nostra obire munia poterāmus. Noua autem haec, & si non laxum, aliquem tamen sacelli vsum nobis praebet. Haec duodecim nobis stetit florenorum millibus. Quo simul ac cōmigrauimus magnus tenuiorū hominum ad nos concursus factus est, nobis vt in expurganda, instruendaq. domo operam praestarent. ita ill orum pio studio breui omnia composita. Confestim quoque coeptum instrui sacrarium: argentea candelabra quatuor: lampas item argentea, ad perpetuū lumen ante Eucharistiam, multaq.*

raq. sacra vestis magni pretij collata. Instrumentum etiam subsellijs picturisq. tabulis sacellum, cum interim neque ad vitae vsus necessarios, neque ad nouae domus pretium reparandum pia beneficorum ciuium nobis liberalitas defuerit.

LVXEMBVRGI quum sit nostrorum opera ad restituendam religionem vtilis, & proximae literae declararunt, & ipsa docet quotidie experientia. cum fateantur omnes, aliam esse nunc rerum faciem, atque olim, antequam nostri huc pedem intulerunt. Tres ibi cum fratribus tribus Sacerdotes commorantur. Crescit in dies religionis cultus, & procopia sacello nostro sacer apparatus.

CAMERACI Sacerdotes quatuor cum fratribus tribus duodecim ab haeresi ad Ecclesiam traduxerunt. Germani milites aliquot, superioribus bellis capti, male habiti, & longa confecti seruitute, cum quo se redimerent, non haberent, liberi dimissi, paedore, fame, frigore tabefacti, seminaces huc venerunt. Data est opera, ne in ea, qua vixerant ad eam diem, perfidia, neue sine sacramentorum praesidio morerentur. Magna dissidij semina inter viros principes, e quibus grauia damna timebantur, sublata.

ANGLORVM Seminarium AVDOMA-

RI

Digitized by Google

RI sex regunt Sacerdotes cum fratribus tribus. Pergunt alumni eandem praestare probitatem, magnam de se expectationem concitare. Non sine diuina ope factum est, vt, pestilentia grassante, tam numerosa familia incolumis conseruaretur. Non minore diuinae tutelae beneficio alumni octo, magnis perfuncti periculis, in Hispaniam hinc traiecerunt, Hollandicis nauibus, quae Calitium obsident, omnia tamentibus.

REM HOLLANDICAM promouere pergunt Sacerdotes tres, quantum aduersis ventorum flatibus, & irato mare contra vim tempestatis contendere licet. Haec binis eorum litteris cognita erant. Zelandiam Prouinciam esse difficiliorem, quod acrius vigilent, acerbioresq; sint, qui praesunt: & quod neque matrimonia, neque baptismata extra suas celebrari synagogas patiantur. Hollandiam vero nihil de superiorum annorum remittere difficultatibus. Hactenus vniuerse: illa porro singillatim scripta erant. Ad fidem catholicam adductos quinquaginta quatuor: nutantes plurimos in fide confirmatos. Legitimo matrimonio, quae male coniuncta erant, paria copulata centum quadraginta tria: baptismo ablutos centum triginta tres. Quendam magni nominis, ex quo multorum pendet salus, aliquot sermonibus

Digitized by Google

bus permotum, eo adductum esse, vt non procul abesse credatur à Regno Dei. bonam sacrorum librorum suppellectilem spem facere, omnem ipsum animo cunctationem discussurum, familiam praeterea non vulgarem ex anabaptismo emersisse. ex qua pater familias cum tribus adultis filiabus magno sensu pietatis baptismate de manu Sacerdotis nostri susceperunt, earum vnam, patre, sororibusq. gratulantibus, ad baptismalem innocentiam, votum etiam virginitatis adiunxisse. In alia familia omnes (& erant omnino decē) cognita Iobelei virtute, totius vitae confessione se ad illam percipiendam comparasse, quorum studium plurimos alios imitatos esse. Sed, quod omnium plurimi faciendum est, feminae cuiusdam primatis conuersio, & generosa magnitudo animi spem facit non tenuis vtilitatis. Haec prima, cui interfuit, concione, in viri nobilis cuiusdam domo, veritatem ita probauit, vt errores omnes, pertinaciamq. ex animo eiecerit. Ac, ne praeceps videretur in sententia, illo ipso die dubitationes multas proposuit. quibus cum quarto inde die illi esset abunde satisfactum, acquieuit; factaq. vniuersa vitae totius confessione, magno suo cum animi fructu, haeresi abiurata, est cum Ecclesia coniuncta; post etiam magna significatione pietatis ad Sacram Eucharistiam admissa,

ex

ex quo tantum concepit ardorem; vt se catholicam esse, velleq. se catholicam haberi magno animo profiteretur. tantum diuini verbi audiendi studium concepit, nulla vnquam vt eam teneat satietas sermonum de pijs rebus, sacrarumq. concionum, quocumque illarum caussa eundum sit. Obijcienti cuidam, certis indicijs apparere, ipsam cum certo homine (& vnum e nostris nominabat) consilia communicare, qui eam de religione sua demouisset: nihil reuerita, praesenti animo professa est, se fidem Catholicam amplexam esse. & in ea & viuere & mori velle. Eadem initio à prima audita concione, nunquam amplius in haereticorum synagogas pedem intulit, statuta ab Ecclesia ieiunia ciborumq. differentias diebus vetitis, & ipsa seruauit, & vniuersae etiam domui suae seruanda indixit. Quinetiam in conuiuio inuitata, nunquam adduci potuit, vt cibos religione diei vetitos attingeret. Ita magnam bonis omnibus laetitiam vt aduersarijs dolorem peperit tanta, tamq. constanter retenta lectissimae matronae pietas. Incredibile est Hollandia tota catholicorum omnium erga Dei verbum studium; vt necesse sit, eundem sacerdotem bis, terue eodem die de diuinis rebus verba facere. Laborarunt praeterea & in monasterijs religiosarum feminarum, nec sine fructu. sed vepres omnes, & sentes

ex

ex ijs reuellere, non opus esti dierum paucorum.

MISSIO Calitiensis.

IN Calitiensi Missione Sacerdotes duo, adiunctis fratribus duobus labore indefesso conciones Gallico, Flandricoq. idiomate, & Christianae doctrinae explicationem continuarunt. Sed in aegrotos pestilentes & praesens, & strenua opera ipsorum fuit. multiq. per eam occasionem, morte imminente ad se redierunt. itaq. multi & in nosocomio, & in vrbe, qui nunquam de peccandi consuetudine mutãda cogitarant, praesentis periculi admoniti, e luto emerserunt; supplicesq. se ad veniam sceleribus poscendam conuerterunt; quos omnes praeterea nostri sacramentis expiarunt & ad pie mortem obeundam confirmarunt. Matrona opulenta, & nobilis, eadem formae praestantia sibi placens, & toti nota ciuitati, nil nisi formae cultum, & lasciuiae luxum cogitabat. haec pestilenti vlcere percussa periculi magnitudine permota, tota in paenitentiam versa, Sacerdotem e nostris ad se vocauit. adit ille, periculo contempto: eius de tota vita confessionem excipit, quam illo magno sensu paenitudinis, copiosa lacrymarum vi peregit. Sacramen-

ei

ei Pater idem Eucharistiam praebuit; (nam pastor magnitudine periculi deterritus eo se conferre non audebat) eamq. ad extremum vsque spiritum confirmauit: quem horis paucis inter diuinas laudes Deo reddidit. Mercator implacabili odio in nos, vxori verbis grauissimis interminatus erat, ne vnquam vlli confiteretur Iesuitae. Idem, vxore pestilentia correpta, & in confinio mortis constituta, supplex ad nos accessit; ne illam tam necessario tempore destitueremus. Non defuere nostri; eiq. ad extremum vsque spiritum, qua par fuit caritate adfuerunt. Vir deinde nobiscum reconciliatus, saepius nostrorum opera ad expiandam conscientiam est vsus. Loca tetra quaedam erant & obscura, & fortasse etiam religiosa, in ea morbidi ab omni humano destituti auxilio prorepserant: qui fortasse ne proïcerentur insepulti, cum sibi suae delegerant locum sepulturae. Dum harum rerum causa vrbem noster Sacerdos perlustraret, siue res subodoratus, siue sponte suspicatus id quod erat, in tetrum illum se penetrat horrorem, magnumq. ibi virorum, ac mulierum numerum offendit. quibus tandiu aegre anima superfuit, quo ad confessione expiati e vita excesserunt. Idem iter faciens, in antro cognouit pestilentia affectam mulierem, animam agen-

tem

tem iacere, Sacedote cui confiteretur destitutam, cui pari caritate opem tulit. Haec aliaq. id genus multa cum morbidis contigere. Nec defuere praeterea nostri mercatoribus, qui, vel ad portum hunc appellunt, vel inde exeunt. Nemo fere hinc soluit, qui non aduersus nauigationis, belliq. pericula animum muniat: sacris agni plagulis praecipue se instruunt. E classe regia nauis aduersus belli pericula satis, superq. instructa, vi diuturnae tempestatis, omni arte adhibita vincebatur. Desperatis rebus omnibus, vnus e turba nautica, frustum sacrae cerae profert: bono sint omnes animo proclamat; & in sacrae cerae consecrationem, & duorum Sacerdotum preces, qui Calitij pro ipsis Deo supplicant, spem habere bonam iubet: caelestem opem ipsis adfuturam. Vota euentus consequutus. Sedata tempestate, portum, quem petebat, nauis tenuit incolumis. Contra Batauorum nauis ex ijs, quae portum obsident, primaria, dum ardentius nauem insequitur e classe regia, in syrtes illisa commouere se non poterat: submissi confestim e portu, qui sclopis maioribus, tormentisq. naualibus illam oppugnent. atrox diu pugna fuit: multosq. e suis hostes desiderarunt, in ijsq. supremum rei maritimae ducem quem Viceadmirallium nominant. Impressione

ne demum atque oppugnantium virtute deditionem fecerunt. Accurrere nostri ad opem, faucijs ferendam. duo iam agebant animam; quos in ipso mortis articulo ab haeresi reuocatos, cum Ecclesia reconciliarunt, & culpis absolutos spei plenos e vita emiserunt. Erant & alij vulneribus affecti, quos omnes vna cum magno integrorum numero, diebus paucis ad fidem catholicam traduxerunt.

Digitized by Google

PROVINCIAE FRANCIAE FRAGMENTVM.

COLLEGIVM Mussipontanum.

EX octo, quae florentia habuit olim domicilia Prouincia Francia, duo tantum retinerũ superiorũ annorum calamitates docuerunt. quorum Mussipontanum collegium Socios habuit octo & octoginta: e quibus triginta sex sũt sacerdotes, magistri tredecim: & ex ijs octo sacerdotum numero censentur: scholastici vnus & viginti; viginti sex coadiutores. Scholae auditores mille circiter recensuerunt. e quibus duo Societatis, Capuccinorum vnus institutum sunt amplexi. Pestilentia laboratum est in Lotharingia, neque eius prorsus expers fuit Mussipontum. Sed tamen quandiu fuit, nullum omnino attigit.

Digitized by Google

attigit discipulorum. itaque scholae nulla paene perturbatione suum cursum tenuerunt. Ingens fuit, atque adeo maior, quam vnquam antea, concursus hominum ad pias B. P. Ignatij meditationes pertractandas; & fama rei etiam illustrior. ita vt omnium sermone percrebuerit: eum qui bene vitae suae consultum velit; oportere, ad breuem diem, secretum apud Iesuitas recessum sibi quaerere; ac de suo vitae statu secum, & cum Deo cogitare accuratius. Manauit fama ad propinquam ciuitatem, vt de hac secreta animi quiete, tanquam de re frugis vtilissimae in congressibus, in circulis, in conuiuijs sermones haberentur, admirationi enim esse tantam in hominibus consiliorum, sensuum, morum, sermonumq. fieri mutationem: vt cum eosdem homines videas; in iis tamen animos eosdem non agnoscas. Quod pertinet ad opus, non est quod in quotidiano vsu notis rebus immoremur. Illud non omittendum. P. Prouincialis cum in celebri, & opulenta vrbe per Aduentum concionaretur; audiretur q. à Duce, & magna nobilium corona, in disputatione de aeternis cruciatibus ita exarsit; vt nobilis aulicus statueret lectissimae religioni se addicere. Et cum alio die multa de vsurae iniustitia disputasset, homines quatuor, dimissa concione, parochum adierunt, magnamq pro se quisque

Digitized by Google

vim pecuniae non bona fide conquisitae afferentes ipsius fidei distribuẽdam commiserunt.

COLLEGIVM Viridunense cum Probationis Domo.

PESTILENTIA, quae superiore anno Lotharingia tota, Galliaq. ac Germania grassata, duabus hisce ciuitatibus, quarum tãtum sinu Societas in hoc tractu fouebatur, Mussiponto, ac Viriduno pepercerat; hoc anno Viridunum quoque, ac nostram attigit familiam: Vndeuiginti collegium incolebamus: quorum Sacerdotes erant vndecim, ex iisq. quatuor cum fratribus duobus scholis praeerant, vnus cassuum conscientiae studiis occupabatur, reliqui coadiutores erant; infesta lues fratrem vnum nobis abstulit Guilielmum Cibassinum, domo Andegauensem, sacrae aedis ministeriis addictum: hominem humilitatis, obedientiae, deuotionisq. dotibus adprime ornatum; piorum de diuinis rebus colloquiorum amantissimum; Virginis Matris cultui in primis deditum: cui suae vocationis beneficium acceptum referebat. Tanta aequitate fuit animi; vt, cum sexdecim ipsos annos, quibus in Societate fuit, in hoc collegio semper templi ministeriis inseruisset; nunquam

nunquam tamen vllam animi propensionem alibi viuendi prae se tulerit. Dies illi mortis obtigit octauus ab Assumptione eius, quam pie coluerat, Dei matris, aetatis suae anno septimo & tricesimo: cum paullo antequam moreretur, sumpta sacra Eucharistia, Deum precibus orasset, vt sua vnius poena contentus, incolumes ceteros praestaret. & videtur Diuina bonitas pias preces ratas habuisse. siquidem neque is, qui pias illi operas praestabat Sacerdos, neque frater, qui illi in morbo ministrabat, vllum aduersae valetudinis vitium senserunt. De numero, & frequentia eorum, qui sacrorum caussa nos adirent, scriptum est superiore anno: crescebatq. in dies & pietas, & frequentia adeuntium: sed pestilentia fratre illo sublato, communis praestandae incolumitatis caussa, coacti sumus & domo, & vrbe cedere, & in quadragesimum diem, quantum satis esse ad integram salubritatem probandam iudicatur, vacua relicta domo, à frequentia abesse. Quo tempore suam erga nos beneuolentiam ciuitas multis humanitatis officijs declarauit; nos quotidie inuisendo, & opportunis etiam eleemosinis subleuando. Interim quantopere nostra vtilis ciuitati esset opera, intellectum est cum concionum, confessionum, scholarumq. vtilitatem desiderando sentirent. Religiosus certa vir

Digitized by Google

grauis e Minimorum familia non dubitauit affirmare, Diuina prouidentia factum esse, vt breue hoc exsilium pateremur; quo cunctis esset exploratum, quantae nostra opera frugis esset ciuitati. Litteras dedit ad P. Rectorem Propraetor: videri sibi post nostrum discessum ciuitatem vastam, ac desertam. Multi tamen tenere se non potuerunt, quin ipsius Propraetoris permissu in suburbanam villam certum e nostris Sacerdotibus confessionis causa accirent. Exacta ad exsulandum praescripta die, magna omnium expectatione, nostri in vrbem rediere; coactisq. discipulorum reliquijs, statotempore, postridie diei festi S. Lucae studiorum repetitionem de more celebrarunt. scholarumq. iterum cursu instituto, spes est, diuina ope, reliqua belle processura.

NOVICIORVM familia, ob rei domesticae difficultates, superiore anno iussu R. P. N. Generalis dimissa, hoc anno reuocata, piorum liberalitate sustentatur. Nouicij nouem cum patribus duobus in Probationis domo versantur. Restituta vicunque hac familia, duo bonae exspectationis adolescentes, qui nostris Lutetiae operam dederant, inscijs parentibus, nihil prius habuerunt, quam vt ad P. Prouincialem se conferrent; ab eoq. impetrarent, vt ad eam probationem admitterentur. Tullensis Ca-

thedra-

thedralis Ecclesiae Canonicus, & insigni praeterea eius Capituli honore praeditus, tantum diuini spiritus e sacris hausit exercitationibus, vt noua vitae reformatione ciuitatem omnem magna in se conuerterit admiratione. canonicos aliquot ad earundem exercitationum vsum impulit. ipse tandem & aetate, & doctrina, prudentiaq. grauis se Societati consecrauit. & nunc magno aliis demissionis exemplo tirocinij institutis se exercet.

* * *

Digitized by Google

PROVINCIA AQVITANIA.

QVATVOR supra ducẽtos habuit Aquitania Prouincia, collegijs sex, vna Probationis Domo distributos. Collegio Tolosano sexaginta, Burdegalensi, & S. Macharij Residentia vigintiquatuor, Petrocoriensi viginti quinque: Agennensi, & Ruthenensi vicenos binos, vndeuiginti Auscitano, Probationis Domo triginta, quibus duo sunt addendi, qui in Missione ad vrbem Lemouicos versabantur. Admissi in Societatem sunt duodecim: ex omnium numero decessit vnus.

COLLEGIVM Tolosanum.

TOLOSAE hoc anno praecipue spiritalium exercitationum fructus conflitit.

Re-

Digitized by Google

Religiosus doctrina, & authoritate insignis seriam de seueriore disciplina in suum ordinem restituenda cogitationem suscepit. Earundem beneficio feminae duae, altera virgo, altera vidua, monasticam vitam sunt amplexae. Duorum coenobiorum moniales pæne omnes sanctioris obseruationis initium fecerunt. Ab haeresi sunt quindecim abducti. Maleficus vnus, idemq. haereticus cum ad supplicium traheretur, ad omnia salutis monita surdum se praebebat: nostri tamen Sacerdotis studiosa contentione pertinaciam inflexit: peccata confessus, haeresim abiurauit. &, vt appareat alte veram pietatem imbibisse, actus in rotam, cum membra illi frangerentur, IESV, & Mariae identidem inuisum haereticis nomen inclamauit. Ministri munere inter Calliniistas adolescens fungebatur. is de religione cum Sacerdote nostro congressus, agnitae veritati aequienit, & cum Ecclesia reconciliatus: reuersus ad suos, delusus, luto etiam adspersus, & à patre exhaeredatus magno animo omnem eam pertulit calamitatem: maluitq. patrio solo cedere, quam iterum in fidei naufragium incurrere. Alij in fide nutantes confirmati. Haeretici libri & obsceni flammis traditi, tanto numero, vt colligi summa non potuerit. A foenebri quaestu reuocati sexdecim. mulierculae aliquae à

daemonis illusionibus liberatae. Viginti à vita libidinosa ad sanctimoniam traducti. Alij quatuor, veneficijs, & incantationibus famosi, traditis incendio libris, exsecrandum vitae genus detestati. Scholae auctae sunt Theologorum seminario. alumnos e Societate habent quindecim: discipulos externos prope mille, ac ducentos: pluresq. multo habuissent; nisi eos annonae caritas absterruisset. Sed plerique ex ijs Galliae ciuitatibus, vnde nostri electi sunt, huc confluxerunt; vt quae nostris doctoribus studia instituerunt, ijsdem ad finem vsque prosequantur. In seminario Ecclesiastico alumni numerantur quadraginta. iis Cardinalis Ioyosaeus aedes coemit, collegio nostro continentes: Est inductum institutum, vt tertio elapso mense, quam in familiam eam sunt admissi, vota nuncupent obedientiae Praesidi huius Ecclesiae: & vt perpetuo se eiusdem Ecclesiae obsequio addicant.

COLLEGIVM Burdegalense.

SVPERIORE anno, vti proximis litteris est scriptum Burdegalense collegium receptum est. In eo adhuc sexdecim versati sunt, octo in Residentia S. Macharii residentes, tbiq.

gram-

grammaticae sustinent scholas duas. Ciuitas tota est in nos propensa: sed tenetur magno scholarum desiderio. Quatuor e nostris Sacerdotibus per quadragesimam diuersis in templis concionem habuerunt, quinctus in Residentia S. Macharii. Cetera Societatis munia vtrobique impigre administrata. Haeretici decem palam in nostro templo abiurarunt haeresim: cum quinquaginta alii à nostris persuasi apud Vicarium, & parochum idem effecerint. Cum ministro Caluiniano vir nobilis dissimulato consilio, vnum e nostris, quem suum procuratorem esse diceret, commisit. Proposita quaestione, minister ratus nostrum esse imperitum, audacter multa disputauit. quibus omnibus confutatis, contrariisq. sententiis valide confirmatis, dolum sensit vafer alioqui circulator: Iesuitaq. ex subtilitate disputandi detecto, quamuis multis retinentibus, fuga inde se cum ignominia eiecit. Magno item haereticorum dolore solennis concio, quae ante Palatium Senatorium die festo haberi solet, audientibus Marscalla maiore, ciuibus Iuratis, & magna nobilium corona, magno fauore ciuitatis nostris data est. Indicto Iobeleo Pontificio, tantus confitentium numerus ad nos confluxit, vt decem Sacerdotes continenti opera occuparentur. totus September mensis, quo tempore facta promulga

tio

tio est, paschales in nostro templo dies visi sunt. Discordiae compositae: duellaq. impedita, obstinatorum animis à vindicta ad pietatem emollitis, inter vsitata iam, & quotidiana omittuntur.

PETROCORIENSE Collegium.

DIVTVRNO morbo Petrocoriis e nostris exstinctus est vnus. Ad statas totius anni conciones addita hoc anno quotidiana octiduo toto in cathedrali Ecclesia per ipsius solennia de sacro Christi corpore concio alia. Quae res pietatem in ciuitate excitauit ad maiore frequentia, cultuq. diuinum illud mysterium obeundum. Pontificium Iobeleum tam vehementer nostrorum opera commendatum est; tantaq. efficacia vis thesauri caelestis explicata; vt in solo nostro templo mille & nongenti plus minus sacram mensam iniuerint. Haeretici nonnulli in sacrum Ecclesiae gremium recepti. Scholae sexcentos habent auditores; pluresq. haud dubie haberent, nisi, praeter ceteras rerum perturbationes, hic quoque annona flagellaret. Sed in illis permulti numerantur nobilitate insignes. multi praeterea haereticorum filii, ex remotis prouinciis huius collegii fama ex-

Digitized by Google

exciti, huc venerunt. Nonnullae etiam circa ciuitates, collegii huius aemulatione, de Societate accersenda cogitant. Excursum est in vicina opida magno cum fructu: ac concionibus catechesibus, familiaribusq. colloquiis effectum, vt qui ante alieniore animo à nobis erant, iis nunc beneuolis vtamur: & qui ante sana doctrina destituti religionis praecepta e fetidis haereticorum lacunis hauriebant; ii nunc, illis relictis, e liquidis Ecclesiae fontibus puris aquis imbuantur.

COLLEGIVM Agennense.

HAERETICI sexdecim Agennae ad fidem reuocati sunt. in iis scholasticus, qui Montem Albanum missus erat; vt & litteris, & haeresibus in gymnasio eodem institueretur. est enim Mons Albanus Aquitanica Geneua. Is Agennam veniens diuertit ad scholasticum familiarem suum: à quo se passus est ad nostrum collegium deduci. vbi post aliquot dierum disputationem, veritati tandem praebuit assensum: omissisq. haereticis magistris Montem Albanum cum Agennensi nostro collegio commutauit. Is postea dicere solitus est: multum sibi profuisse ad veritatem amplectendam,

ma-

manifesta Caluini mendacia, blasphemasq; voces agnouisse, quae minus antea perspexisset. Scholae nunquam antea magis florerunt. eas etiam haereticorum filij frequentant, ministris quamuis obstrepentibus. floret etiam Parthenia Sodalitas; totiq. praelucet ciuitati studio diuini cultus. In xenodochijs pauperes inuisunt, multis vestè comparata: peregrini, maxime scholastici, adiuti. Horum studium nostri suasu Sacerdotis piae feminae imitatae, & ipsae inter se, partitis vicibus, curam susceperunt pauperes adiuuandi. In vicino opido e nostris vnus per Quadragesimam exstinctas prope religionis faces videtur accendisse. Integram confitendi rationem, numero expresso peccatorum, populum edocuit. Abusum turmatim audiendi confessiones puerorum, qui mortalis culpae iam capaces essent, sustulit. instituit, vt qui ad maturam aetatem peruenissent, ad sacram mensam rite parati accederent. catechisticam docendi rudes induxit rationem: rosariorũ intermissum vsum reuocauit: & vt ad aegrotos maiore comitatu, apparatuq. digniore sacra Eucharistia deferretur, effecit. Cruces praeterea, e publicis monumentis ab haereticis deiectas, restituendas curauit. conscientiae causas Sacerdotibus explicauit: in scholas libros haereticos omnes exussit; & eorum loco ca-

catholicos restituit. In opido alio magna morum mutatio, vel ipsis oculis agnita est. feminae duae ad catholicam fidem rediere. quarum vnam domum redeuntem (quod non sine risu audias) furiosa mater lapidibus excepit. eadem tamen nostri Sacerdotis oratione facta placatior. In praeuigilio Patroni eius loci, misti viri, feminaeq. in templo pernoctabant, lasciuas cantilenas occinentes. Id totum nostri Sacerdotis opera sublatum.

COLLEGIVM Ruthenense.

SEPTINGENTOS auditores scholae Ruthenenses numerarunt. e quibus quatuor. abiecta haeresi, Ecclesiae catholicae adhaeserunt. & eorum vnus ab haereticis sollicitatus, vt impios cetus frequentaret, magno animo contempsit. Tres liberos pater haereticus ad scholas nostras eo consilio adduxit, vt externa tantum specie stata catholicorum munia obirent; intus haeresim animo impressam retinerent. ratus & inter catholicos catholicum, & inter haereticos haereticum, saluis vtriusque religionis officijs esse licere. Sed docti iuuenes non licere religionem simulare, sed penitus ad intimum animum esse demittendam, laruam tandem

Digitized by Google

dem posuerunt. Duae praeterea nobiles feminae in Caluinismo educatae, sunt inde ad catholicam fidem reuocatae. Viget Partheniorum pietas. multiq. adolescentes deprecatores adhibent parentes, vt in Sodalitatem adscribantur. E sodalibus vnus tranquillissimo exitu vitam illi consentaneam concluſit: cum parentes ad animi aequitatem hortaretur; seq. in Diuinae Matris opem magnam spem habere testaretur. Alius e paterna domo se proripuit, ne lasciuas inire choreas cogeretur. In vicinum opidum Sacerdos profectus, munijs Societatis exercendis, studium Christianae pietatis excitauit. praeter cetera vsus aquae lustralis in domos introductus; rosaria, & consecrata agni cera in honorem adducta: instructi Sacerdotes: libri periculosae doctrinae submoti, & vtiles ac pij substituti.

COLLEGIVM Auscitanum.

IN magna annonae caritate, metuq. domesticae penuriae Auscitanum collegium beneuoli ciues hoc quoque anno tanta eleemosinarum vbertate sustentarunt, vt superfuerit ad trecentos inopes in menses aliquot alendos. Neque in tanta victus difficultate discipularum numerus

numerus est imminutus : quin potius auctus nobilium accessione. Exhilarauit ciuitatem omnem Illustrissimi Archiepiscopi aduētus, eoq magis quod interuallo annorum quinquaginta hanc ciuitas Antistitem suum intra sua menia nunc primum videt. Vir est egregie pius, nostraeq. Societatis amantissimus. Quidum Regis orator in Anglia versaretur, auctor fuit, vt P. Crictonius, vinculis exemptus, liber mitteretur. Eum in Archiepiscopali Castello inaugurationi praelolantem P. Rector, cum reliquis Patribus, & scholarum agmine salutarunt : totiusq. ciuitatis nomine carminibus, aliisq. musarum fetibus & ipsi honorem, & ciuitati ipsius patrocinium gratulati sunt : ab eoq. pari comitate, & benevolentiae significatione excepti sunt ; bonaq. spe dimissi futurae perpetuae ipsius in nos benevolentiae.

PROVINCIA LVGDVNENSIS

PROVINCIA Lugdunensis in septem domicilijs. Sorte numerantur omnino ducenti quinquaginta: in collegio Auenionensi eloquentiae, e quibus viginti octo Sacerdotes: in Tirnauensi viginti sex, Sacerdotes quatuordecim: in Chambericensi viginti mas, Sacerdotes decem: in Dolano triginta octo, Sacerdotes vndecim: in Anicien. triginta, Sacerdotes tredecim: in Bisuntino sexdecim, Sacerdotes sex: in Domo Probationis Auenionensi viginti septem, quorum veterani Sacerdotes tres, tres item coadiutores, reliqui nouicij. Ex his in collegio Auenionensi scholae de Theologia habentur quaternae, ternae de Philosophia: auditores vtrobiq. numerantur quini deni. In Turnonensi schola vna de Theologia, binae de Philosophia, cum quinque auditoribus. In Dolano schola vna de conscientiae quaestiis, cum quinque auditoribus; altera de ratione, physica cum auditoribus duobus. In Anicien-

sivnus

summae quaestiones explicat de conscientia. Admissi in Societatem nouem sunt: excessit vnus e viuorum numero.

COLLEGIVM Auenionense.

MAGNVM capere fructum suae sortis iudimus, qui in Auenionensi collegio versati sumus: tum qui proprij eius collegij erant inquilini, tum qui e Lugdunensi naufragio huc appulerunt: hi ex dura miserrimae fortunae tolerantia; illi ex obuia in miseros caritatis plena voluntate; vtrique e dulcissimis fructibus paupertatis, & ex incommodae angustijs habitationis; cum coarctatis sanubernijs, vt etiam superiore anno scriptum est, quod paucorum vix satis esset domicilio, in plurimos, duplicato prope numero, fuerit dispertiendum. Ita & viri Principes, tantae calamitatis spectatores, optimorum Sociorum animos, omni fortunae vi superiores, magno commiserationis sensu admirati sunt: & primores huius prouinciae Patres, qui ad triennalem conuentum conflu-xerunt, summas Deo immortali gratias egerunt; quod pristinum illum nascentis olim Societatis spiritum in hoc collegio vigere agnouerunt; amorem veras paupertatis, fraternae

communicationem caritatis, infractum in aduersis rebus animum, immobilemq. ex vniuscuiusque vultu cum constantia hilaritatem, vt intimum interim omittam pietatis studium, perpetuamq. per assiduam precationis curam cum Deo familiaritatem. vt magno redimendam fuisse hanc calamitatem fateantur: siquidem tanto cum animorum fructu, non tam hominum iniuria immissa, quam diuina delapsa manu iudicanda sit. Opus interim iuuandorum animorum strenue procuratum. & quidem dissidia tam multa, tamq. grauia resarta, vt operae pretium anni totius, vel hac sola opera potuerit expleri. Lites diremptae, connubia ad concordiam reuocata: viri principes: familiae totae: distractae etiam in plura capita factiones reconciliatae: excussi gladij e manibus eorum, qui se ad singulare certamen prouocarant. Sed sacramentorum fructus eximij in primis exstitere. Laruatici terrores discussi, conscientiae tranquillatae; sublata nuptiarum veneficia, matrimonia impedientia, & scelestae incuborum ludificationes expulsae. Quo in genere mulieres duae, alia infectae haeresi, dira tartarei proci impugnatione, & haeresi liberatae sunt. Pellicere vtramque ad turpem consuetudinem ementitus amator nitebatur: alteram haereticam quidem & inopem, sed pudo-

ris

ris amantissimam in fraudem vnquam impellere non potuit. haec à muliere amica catholica ad nostros transmissa, edocta veritatem, ac sacramentis expiata, horrenda etiam vexatione liberata est. In altera vero plus operae fuit. quae saepius de haeresi abiuranda à nostris admonita, surdis auribus sana consilia excludebat. haec tandem graui morbo vexata, diuino spiritu medicinam faciente, vouit, si illa hebdomada conualescat, se ad fidem catholicam, & confessionem venturam peccatorum votum adepta, postero die confessionem persoluit. ita pari ratione haec quoque viroque malo liberata. Caluini praeterea venenum duodeuiginti homines eiecerunt. Exijs duo non fidem solum catholicam, sed arctioris etiam disciplinae votum in religiosa familia nuncuparunt. Tertius nouo in hac vrbe exemplo, palam in aeda nostra solenni ritu ex Tridentinae Synodi forma fidem professus est, ipso Auenionense Prolegato adigente. Alij in fide nutantes confirmati. Libri aut sincerae fidei, aut morum integritai aduersantes igni traditi. Iudaeus quoque adolescens Christianae religionis studiosus, ad nos doctrinae, & disciplinae caussa se contulit: accurateq. institutus Christo aggregatus est. Monasteria Monialium nostrorum opera adiuta duo. eorumq. vxi leges

& instituta ad viuendi vsum, disciplinamq. explicata. Virgines inopes, Sanctimoniae studio incensae, claustralisq. disciplinae amore captae, corrogatis eleemosinis adiutae, vosi tandem, vnde inopia excludebantur, factae compotes, suaue Christi iugum subiuerunt. Neque erit alienum hoc loco illud referre. Virgo intime pietatis studiosa, dum de statu rerum nostrarum, deq. fluctibus, quibus egitamur sollicita, Deum sub ipsam diuinorum mysteriorum communicationem de nostra incolumitate attentius precatur, vocem sibi e tremenda hostia emitti sensit: Et vero adiuuabo, quos tantopere diligo. Longum esset, quot hominum generibus subuentum est, referre; ne, fame adigente, & famae, & vna cum fama animae salutis facerent iacturam. Inopes praeterea in summa annonae caritate incredibiliter aduti. Aluntur publica impensa ciuitatis: praeficiuntur curatores, qui rem totam administrant. Sed hoc anno maior numerus fuit indigentium, quam vt piorum posset benignitate sustentari: vehementer tanta moles nostrorum cura diligentiaq. ne corrueret sustentata. Scholae nouum ciuitati spectaculum dedere, vndecim adolescentes, philosophiae spatijs decursis, baccalaureae insignibus publice ornati sunt: cuius rei splendorem intra suum ambi-

tum

tum Auenionensis ciuitas non videret. Inducta est etiam inter Parthenios priuatorum conuentuum ad pertractanda studia consuetudo, quas academias in Italia solent nominare. Iis diebus à schola feriatis, praeter pios coetus, quos frequentant, habent etiam boni sodales ad repetenda communi studio quae didicere, descripta tempora. Et constat, Dei beneficio vtriusque studij operae pretium; nouis quotidie ingenij, diligentiaeq. edendis documentis; & ad vitae sanctioris instituta non paucis subinde se conferentibus. Decem enim circiter, partim in nostram, partim in alias Religiosorum familias venere. Parthenij ijdem hic quoque maioris hebdomadae feria V. albo induti sacco, nudis pedibus, spineis sertis coronati supplicabundi processere. Quod ad rem priuatam nostram pertinet, sacellum nostro templo pulchre picturis ornatum, & eleganter concameratum adiectum: lauatae tum gymnasii, tum domicilij angustiae, compta publica impensa nobis domo, quae continua erat nostris aedibus. quia in re ciuitatis in nos propensum studium elluxit. Siquidem cum ad Senatum de impensa ista, nostra causa relatum esset, singulorum suffragia ita consensere, vt ne vnum quidem variaret. Verum illud omnium maximi faciendum, quod & sarrestire & spiritale ornat aedificium

ficium : & ad nos domestica, communiq. totius Societatis nostrae gratulatione, & ad singularem pietatis fructum pertinet : Sacras duorum nostrorum martyrum reliquias P. Iacobi Salesii, eiusq; comitis Gulielmi Saltamonchij recepimus, qui quadriennio ante, vt litteris anni nonagesimi tertij scriptum est, in Heluijs, opido Albenaco Vicitarienſis dioeceseos, cum ibi in catholica re tuenda versarentur, martyrium forti animo exceperunt. Eas ab haereuco duce nobilis catholicus magno labore impetratas, magna reuerentia, religioneq. habuit apud se. is tandem victus precibus eas nobis concessit, magno huic collegio, ciuitatiq. ornamento, & aliquando praesidio futuras.

COLLEGIVM Turnonense.

MAGNO in discrimine Turnonense collegium versatum est; ac tantum non Turnono ipso exturbatum. Sed attingentur haec alias. nunc quae à nostrorum opera profecta summatim colligamus. Nunquam tantus Caluinistarum numerus ad catholicam transiit Ecclesiam : vt iniri minime potuerit. Vnius, alteriusue exemplum proponetur. Adolescens in haeresi a primis annis educatus, philosophiae discen-

discendae causſa longo itinere Turnonum venerat. petijt, vt sibi gymnasium ea conditione liceret frequentare, vt nemo in illius inquirenes religionem: se viciſſim neminem de religione interpellaturum. facta eſt illi poteſtas in hunc ſtre. Is noſtrorum conſuetudine, vita, moribusq. perſpectis, paucis diebus, quam longe à nero aberraret, animaduertit: ſua vetere deteſtata, nullo monente, nouam ſibi, veramq. amplexus eſt religionem. Rogatus; quid ipſum in eam mentem impulißet: Vni veſtri, inquit mores; quos comperi falſo, inuidioſeq. maledicorum conuicijs proſcindi: feciq. mecum ipſe de rebus alijs coniecturam: Is nunc ita cum aliis in ſtadio decurrit, vt multis doctrina praeeuerrat, & virtute. Alius nocturnis phantaſmatibus vexatus, variisq. terroribus exagitatus, ad nos fama ſibi tantum notos, remedii cauſſa confugit: Deoq. propicio omni daemonum illuſione liberatus eſt. Homo iam grandi natu ab anita religione ad Caluini impia dogmata iam ante adoleſcens deſciuerat. à Caluino poſtmodum in Anabaptiſtarum prodigioſam inſaniam feuſim delapſus erat: vtriuſque dogmatis, & proprietorum praeterea delirumētorum defenſor pugnaciſſimus. hic longo tempore monſtris illis aſſuetus, Deo nimirum mentem mouente, ſua nuta re omnia animaduertit, nihil in Caluino inſpicu-

pientia cohaereus; plena vanitatis, sordium q. aliena omnia Anabaptistarum; facti paenitens, cum vxore, & liberis in patriam, quam spe adumbratae beatitatis deseruerat, reuertit: sequorum nostrorum doctrinae refingendum tradidit. Multa alia praeterea, vtad ea, quae foris gesta sunt, accurram. Fuit vbi nostri, dum omnis aetatis homines fidei rudimentis informant, ministeri se conatibus apponerent, & antichristum aduentasse clamitans, irrito conatu populum à sacro pabulo doctrinae auocare niterentur. Villae nouae catechistem ministeri impedire contendebat. ventum ad opidi Praefectum, eadem infectum labe. is tamen nostro Sacerdoti causam adiudicauit: adiecitq. ad ministri rubarem, praestabiliorem ipso videri Sacerdotem nostrum. Albenaci, vbi quadriennio ante, vti supradictum est, duo illustres martyres forte certamen subiuere, frementes quamuis haereticorum coryphaeo, virus e nostris suam tamen obtinuit concionem. quos ita permouit; vt, liceret ibi dominetur haeresis; tamen meliora cogitent, & suorum contemnant leuitatem: eosq. vel clam rideant, vel eorum palam coarguant inanitatem. Gratianopolis est Delphinatus caput. huc Sacerdos concionum caussa cum venisset, haeretici fuere coeperunt; marchionis annuas admouere; Phlegraeas minas intentare;

nec

nec concionem auertere à nostro illorum conuentu potuerunt, quo minus ducenti supra mille audientium capita censerentur. in ijsq. haereticae factionis viri principes quindecim lucem adspexere. Ibidem etiam (tanta est licentia) homo atheus, disputando conuictus, Deum se cognoscere professus est, & peccata catholico ritu per confessionem expiauit. Alij duo haereticorum proceres alter disputatione victus, alter ita exterritus, vt vadimonium obire decretauerit. Alibi haeretici alij ad confessionem adducti, alibi illorum conuenticula disensa. Congregatio B. Virginis abundante numero, in duas diuisa est: cum omnes vna aegre possent contineri. Suus vtique Praefectus, sua officia tributa. Haec ex multis excerpta, quae ad hominum vtilitatem a Turnonensibus Socijs nunc paucis quae ab alijs in nos profecta sunt. Summa erat annonae caritas: praediorum redditus maligne responderant: & facultas frumenti ex Delphinatu exportandi, lege lata praecisa erat; vt iam non penuria, sed fames, & extrema timeretur; periculum erat, ne victus inopia scholae contiscerent. Huic malo auertendo, & priuatim à nobis, locupletium benignitas, & publice à ciuitate vniuersa, Gratianopolitanae curiae decretum auxilio fuit: quo decreto Turnonum Lege frumentaria

ex-

exceptum fuit: facta q. potestas est omne genus commeatuum Turinonum e toto Delphinatu exportandi.

COLLEGIVM Chamberiense.

CHAMBERII strenue Christiana res domi, foris q. administrata. & quidem in vrbe, praeter vsitata, libri permulti haereticarum exusti, qui e vicina Geneuensi huc alluuione exundauerant: multiq. adiuti adolescentes ad sacra amplectenda instituta tum Capuccinorum, tum heremitarum Augustinianorum, eorum, qui se ad arctiorem tenendam disciplinam reformarunt. sed peregre e missionibus ingentes fructus praecipue collecti. Septem, octoue maxime frugiferae excursiones fuere multae, eaeq. implexae, ac perdifficiles multorum tum patrum inter se, tum filiorum cum parentibus, aliorumq. alijs cognationis gradibus coniuctorum inimicitiae sublatae; sancitaq. aequis condicionibus inter vtrosque pax. Sed illa, praeter ceteras suae genti gratissima pacificatio fuit; quae duorum fratrum per triginta ipsos annos distractos animos reconciliauit. quo toto tempore nulla inter eos commercij, cibiue, ne sermonis quidem, aut aspectus com-

mu-

municatio fuit. vt, cum iisdem paene tectis medio tantum pariete discreti habitarent, alter alterum nisi moneretur non agnosceret. Iurium caussa diuisio haereditatis fuit. Sed aequo nostri Sacerdotis arbitrio tota controuersia composita, magna cum omnium laetitia, fraterna redintegrata gratia, in mutuum amorem consensere. Sed confessionum praecipue admirabiles fructus extitere. ingens earum numerus: vt quoauisque nostrum aliquem peruenisse acciperent, multi longa itinera, biduique saepe, triduique susciperent, nostris vt confiterentur. Restitutiones rei alienae momenti permagni factae per multae: sublata fenora, & damna redintegrata. Mercator opulentus, & locuples, quis concionibus, quae monitis à confessario adhibitis permotus, cum lucra omnia fenore quaesita redhibuisset, ex magnis opibus ad tenuem admodum fortunam magno sui cum animi fructu deuenit. Alius debitorem suum, à quo vsuras exegerat, conuenit. subductisq. vna rationibus, cum vsuras iam aequasse sortem comperisset, syngraphum rescidit; sanctèq. promisit, se eo nomine nihil in posterum petiturum. Excursum praeterea in fines Geneuensium; auditae multorum confessiones; & pleraeque vitae totius. Instructi milites duo, qui verbis quidem fidem catholicam profess, haereticorum tamen assueti con-

Digitized by Google

ti conationibus, pestifera hausta doctrina, miserabile monstrum ex pietate, impietate q. intra animum constaverant. Hi nunc nostris Sacerdotis colloquijs docti vera à falsis secernere, debinc abstinent ab haereticorum concionibus. Magnis ibidem haereticorum querimonijs, nonnulli ad fidem catholicam traducti, fenere vociferantibus ministris sibi ipsis pontis, atque in oculis sanctissimae amicitiae volitare sathanae satellites; atque e grege Evangelico praedas abigere. Sed, ut ad catholicos redeamus, variis in locis, excursionibus variis cōcubinatus aliquot in concionum, sua fama q. aut omnino dissoluti, aut in matrimonia legitima commutati, Idq. in Subaudiae maxime castris factum. Quo cum Chamberio noster Sacerdos venisset, magnus mulierculanum numerus, quae suum quaeque minerva sequutae erant, ipsius contextum in virorum manus catholica vestem convenere. fuit praeterea ad multas res utilis. Alobrogica capitis eiusdem sacerdotis praesentia. Dies totos cellae obibat: aegrotis, ac morti proximis Eucharistiam, aliaq. sacramenta circumferens, ardentes faces praeferentibus e prima dignitate militibus. Idem etiam inter praelia in mediam aciem se inferens, ad morientium excipiendas confessiones studiose accurrebat: vi multis infractus eius fortitudinem,

& la-

& laborum tolerantium deprædicarem. Idque ad auertendam a militum consuetudine nimiam oleam, desidemq. lasciuiam, reduxerunt in priuata quædam contubernia consuetudinem cantandi communis concentu. Existimant. Quod cum Senex missimus inaudisset, edixit totis castris, accepto signo faciendum. Morbis quibusdam, & maxime omnium malorum fame laborabatur totis castris curauit, paratque donec per Ducem nobilesq. obsidem ire tum. alienis dicos medicaminaq. alia cibaria augeris comparauerent. Contigit eodem tempore, vt sacris ipsorum castris operamus, priuatus inter tristis consternatiae stimulis vrgeretur, vt de confessione illi ipsi facienda consilium firmaret: sed animi dolore animi deferuescente, ad alia omnia cogitanda se erexit. corripitur continuo, conflictaturq. grauissima, reperit iam ante omissum consilium confessionis. peccatis confessione exclusis, vtramque & animi, & corporis recepit valetudinem. Erant in eodem contubernio milites alii duo, grauissime aegrotantes. huius exemplo alter eandem adhibet medicinam. quo & ipse admisso, sanatur. alter, dum curando corpori intentus, animi contemnit medicinam neque aeternae salutis remedia adhibuit, & vitam corporis, quam vnam tueri conabatur, amisit. Hac re totis castris euulgata, aegroti

omnes

omnes nihil prius habuere, quam vt ad animi remedia, priusquam ad corporum curationes accurrerent. fuit & ad fidem catholicam illustrandam illius vtilis contentio. Erat inter captos ex hoste miles vulneribus, & haeresi grauiter affectus. corporis curando remedia non deerant; & spes salutis suppetebat: animi ni sanaretur vlcus, salus deplorata. hoc sanare malum noster aggressus, rationum momentis, & suasionum efficacitate hominem in eam mentem impulit, haeresim vt eiuraret. quod publice tanto cum animi sensu fecit, & tam claro catholicae veritatis testimonio, vt Dux ipse rem in publica referri monumenta, & typis mandari praeceperit.

COLLEGIVM Dolanum.

ANNONAE caritas cum Burgundiam paene totam, tum praecipuè Dolanum agrum, vrbemq. vexauit. quae res ingentem egenorum numerum ad vrbem, cibi quaerendi causa contraxit: tum tenuiorum ciuium multos ad victum sibi emendicandum adegit. quo tempore nostri, pro sua tenuitate inopum aegestatem sublenandam susceperunt: ciuesq. lautiores ad exemplum sequendum perpulerunt.

statuer aut

Digitized by Google

statuerant ex amicis multi, certo sibi quisque symbolo condicto, sua pecunia nostri templi aedificationi fastigium imponere. ea benignitate, nostris auctoribus, ad opem egentibus ferendam interuersa, aedificatio remorata est. Grata fuit Diuinae bonitati caritas: id quod euentus declarauit. Siquidem vir locuples intermissam aedificationem sibi sumpsit absoluendam. & iam de tota re cum architectis decidit. professusq. est, se priùs de vita, quam de fusceptae voluntate decessurum. optanda illi vita diuturnior. siquidem apparet ipsum maiora cogitare. Perfuncta hoc malo ciuitate, morbi graues insequuti, late grassantes, passim omnes, sed teneram maxime aetatem, & muliebrem sexum affixere. Ii videntur à penuria commeatus, & caritate originem habuisse. Siquidem fundente vere iam adulto nouas fruges, qui diuturnam famem toleraverant, vt eam explerent, ad superuenientem crudi alimenti copiam omni se auiditate conuertere. inde accedentibus canicularibus caloribus, saeua coorta lues, late contagione manante, omnia vastauit. Nostri in tanta temporis acerbitate, rati subueniendum ciuitati, Praesides adiere; singuli operam suam in tanta ciuium calamitate deferentes. Duo tantum lecti, qui suo deuouendo capite, reliquorum pericula redimerent. quorum pro-

pensa studia cinitas magna gratia excepit. Sed, quod à summo periculo malum abesse videretur, illorum postmodum gratiae remisit. Verum quod a duobus tantum commodi proficisci debuit, id multo copiosius ab omnibus profectum est; cum omnes se obnijs animis in eam causam penitus demisissent. Sed placuit Diuinae bonitati vim acerbae luis inhibere; citiusq. multo, quam spes erat, optatam cinitati reddere salubritatem. Scholae ineunte anno in summa quamuis annonae difficultate & numero tamen & probitate iuuenum floruere. ese sex, septemue adolescentes ex optimo huius iuuentutis flore Societati nostrae dedere. Ceteri quam sint integritatis amatores, praesertim qui se Diuinae matris cultui in eius sodalicio addixere, ex vnius exemplo licet intelligere. qui à femina forma meliore, quam mente, in cuius aedibus habitabat, sollicitatus, integerrima constantia, blandicias, muneraq. aspernatus, hospitii tandem mutatione, non sine suo incommodo, periculosa se molestia exemit. Belle itaque Dei beneficio vtraque studia, vt duris temporibus procedebant; cum vno sedato malo, redeunte annonae copia, subito acerbius malum, nullis opibus enitabilis inimica, quae dicta est, lues innasit cinitatem. Ex quo necesse fuit, ad contagionem minuendam, iuuentutem scholarum

rum conuentu prohibere; conuenasq. discipulos, quorum multo maior erat numerus, in suam quemque patriam remittere. Sed Dei tandem beneficio, sedata contagione, circa mensem Septembrem, redeunte iuuentute, scholae restitutae sunt.

Quatuor ex hoc collegio verni ieiunii tempore concionum caussa diuersa in loca profecti, strenue nostrae vocationis munia exercuere & magno cum lucro animarum. Quidquid vacui temporis à concione, concionumq. commentatione dabatur, id vero audiendis confessionibus insumebatur: qui cuique comes datus erat, quotidie rudes Christiana doctrina imbuebat: fructus cum rebus aliis, tum maxime alienae rei restitutione constitit. vt aliqui inopem vitam agere, quam opes alieno retinere iure praeoptarint. fuit vbi poculorum à compotationibus inuitationes tollerentur. Erat in Comitis cuiusdam familia adolescens; qui, quibus actus incaperiis, ignoratur, violentia certe mali daemonis prudens, imprudensue agitabatur. Is in genua implicitus velocissime currebat, tum inuerso corpore, pedibus sursum directis, capite humi defixo, nullo manuum adminiculo incredibili celeritate promouebatur. quo spectaculo, horrore qui aderant, afficiebantur. adhibiti Sacerdotes stupore defixi, incerti quid

agrent, sese inde auertebant. Noster confessionem adolescenti suasit: qua peracta, portento illa infestatione liberatus est. Alibi alius in eum maerorem, tristitiamq. deuenerat: vt non tam atra bili, quam saeua daemonis tyrannide vitam odisse videretur. lucem vitare, sectari tenebras, defugere hominum aspectum, cibos aspernari, vt ne panem quidem ori admouerit sibi pateretur: nec, nisi sub lecto sese somno traderet. Timone immaniorem esse diceres, qui non homines tantum, sed se quoque esse hominem odisset. Nulla intemperiis remedia inueniebantur. certa erat in oculis pernicies. Aegre tandem illi persuasum, vt ad nostrum templum confessionis causa se conferret. ac ne id quidem impetratum, nisi multa nocte fieret. Templum ingressus, cum ad Sacerdotis pedes accidisset, repentino occupatus horrore, de mentis potestate deijcitur. Non deserit hominem sacerdos: & qua precationibus, qua monitis, longa patientia tandem impetrat, vt menti restitutus, noxarum explicet confessionem. quibus absolutus, omni vna mentis vitio, stygijsq. intemperijs solutus est. Ita domum rediens, & communi mensae assidens, vna cum alijs longo interuallo cibum capit; & debinc communem stratum, communem lucem, communemq. conuictum adamauit. Potest & illud, quod

quod alibi contigit, confessionis quadamnodo beneficio adscribi. Rustica mulier confessionis studio incensa nostro Sacerdoti explicandae, die Dominico, bene mane se confert ad templum, vbi nostrum audierat Sacerdotem confitentibus aures dare, puero paullo trimulo grandiore, domi solo relicto. hic, custode remota, domo prosilis: cum aequali circa fontē aquae puerili imprudentie colludit. inter ludendum fallente vestigio in fontem labitur. erat aqua profunda, fontis crepido praealta; vt nonnisi caute, & firmo vestigio adulti homines, ac validi possent ad vndas absque periculo accedere; neque erat, qui ad ferendam opem in praesens accurreret: immo fortasse nec qui periculum aduerteret. alter puer, angelo haud dubie vtriusque praeside regente, demittit se ad aquam; & fluitantis pueri lacinia apprehensa, supra vires nisus, aequalem suum ex aqua extractum, non sine miraculo seruauit: ne pia mater, dum studia sectatur pietatis, tam graui vulnere feriretur.

COLLEGIVM Anicience.

VNVS hac tota prouincia in collegio Anicienſi e vinis excessit Claudius Re-

ſtellus, domeſticorum operum adiutor, ſingulari in Deum pietate, & orandi, meditandiq. ſtudio conſpicuus, conſtanti in Societatem fide, & amore; atque in prodendo arcana ſui pectoris praeſidibus mira ſimplicitate, candoreq;. Rarum omnino donum, & theſaurum inaeſtimabilem ſecum vexit in caelum, integrum, illibatumq. pudorem virginitatis. quod eo fuit admirabilius, quo maiore certamine propugnatum. Eſt enim aliquandiu, antequam ſe in portum Religionis reciperet, inter anticos, anticaeq. turbulentos tempeſtatis fluctus iactatus. Crediderim ipſum ad molestias inſidiantis vitae pugnas redimendas, à caelesti parente impetraſſe, vt ſibi vitae ſpatia contraherentur. num cum & medici, & qui illum inuiſebant, conſtantem, certamq. ſpem facerent reparandae valetudinis; ipſe tamen in ſuam ſpem contra ſpem credens, ſemper pro certo affirmauit, ſibi eſſe moriendum: neque eum ſua ſpes, praedicioq. fefellit. In exangui poſtea exſtincti corporis ore, iucundo cum pie intuentium ſenſu integerrimae nitor puritatis eluceba. Conſtitit operarum fructus audiendis maxime confeſſionibus. quarum tantus fuit numerus, generalium praeſertim, vt iniri non potuerit: confluentibus ex omnibus circa opidis, vicisq. etiam remotiſſimis eius rei cauſſa plurimis ad nos.

Multi

Multi quoque Sacerdotes, & pastores animarum, sum edocti ritè munus exercere, ad suos redierunt. Vocati nostri ad cognoscendum catholicorum bibliothecas multis impuris libris expurgarunt. In ijs optimus ciuis admiratus est, plenam ciusmodi mercium arcam hominis sibi propinqui relictam testamento. quae, quandiu intra tecta fuit, negauit vxor quieti vnquam se fuisse somni compotem. Haeretici à Caluino ad Ecclesiam traducti sunt nonnulli. In ijs vir nobilis à puero Genuae educatus, ad nos rectae hauriendae doctrinae caussa se contulit. eiurataq. haeresi, totius vitae crimina multis cum lacrymis confessione detersit. Is postmodum voto se religiosae peregrinationis ad Compostellanam S. Iacobi aedem mendicato peragendae obstrinxit. cum quingentos ante aureos nummos pauperibus, peregrinisq. erogasset. Maioris fuit operae Genuensem hominem, inter haereses ab ipso nutricis lacte ad senectam vsque versatum, in viam reuocare. Anicij hic in morbum incidit, qui illi vitae finem attulit. Solliciti de ipsius salute viri pij, hominem de falsa religione exuendae, veraq. amplectendae multis precibus fatigant. Sed, vt eius ciuitatis plerique, quo puriore se religione imbutos, alta errorum caligine eo auersiore animo, sensuq. peregrinae religionis dogmata admit-

tunt : ita homo alioqui commodis moribus, & multa praeditus humanitate, duram in haereſi obſtinationem, firmam in religione conſtantiam eſſe arbitratur. in caſſum igitur tela omnia iacebantur. Sed ſtatuerat Diuina bonitas eum ad ſe attrahere, vt etiam de medio Babyloniis ſpolia eriperet. Vnius e noſtris Sacerdotibus diſſerta, & caritatis plena diſputatione, diſcuſſis tenebris, perſpectam intuitus lucem adamauit: totiusq. vitae peccatis vite expiatis, ſacramentis Eccleſiae munitus, catholica fide extremum ſpiritum Deo commendauit.

Scholae multo quam annis ſuperioribus frequentiores fuere; multis e longinquis etiam prouincijs confluentibus ad nos. Eas vir prudentia, & claritate generis illuſtris cum inuiſeret, frequentia delectatus, ad ſuos conuerſus: Et hoc, inquit, pulcherrimum ſpectaculum contendunt nobis Chriſtianae religionis hoſtes eripere. Alius quoque ſplendore nobilitatis clarus, cum ſuos liberos in noſtram diſciſciplinam adduxiſſet, profeſſus eſt, ſe, quo minus ad Caluiniſtas defeciſſet, doctrina noſtrarum ſcholarum inſtitutione accepta, retentum eſſe. Paribenia quoque Sodalitas, Deo laus, duplo maiore numero, quam annis ſuperioribus aucta eſt. Ex ea Sodalis cum in hominem aetate, inedia, morboq. confectum, in via iacentem

Digitized by Google

tum incidisset, in humeros sublatum aliquot stadijs in vrbem, mirante ciuitate curationis causa deportauit.

Vtcunque sunt nostri ad circumiecta etiam remota loca perserpsi: sed facultas satisfaciendi omnibus non supperit. Tres tantum in varia loca dimissi. vbi praeter quotidiana, & vsu nota, Calviniana pestis pessundata est. In opido quodam duo sanguinis vinculo coniuncti ita implacabili odio dissidebant, vt nullorum neque suasionibus, neq; precibus, ne magnorum quidē virorum auctoritate, conciliari potuerint. rem agressus noster, & si multis difficultatibus implicitam, diuino tamen beneficio viam ad lites dissoluendas, apposite inibat. sed quo magis difficultates, quae obijciebantur, expediebat: eo pluribus nodis omnia innectere malus daemon nitebatur, nouas subinde serens semina discordiarum. pernicit tamen obfirmata veritas, perrupitq. laqueos tartareos Diuina Bonitas; sublatisq. dissidijs omnibus, magna opidanorum laetitia vetusta inter eos coniunctio resarta. Vnus omnino inhumaniter exceptus, expetitus is erat in montanam quandam regionem Aduentus tempore ad conciones. Eo cum venisset, fratre vno comite, qui se hospitio exciperet, inuenit neminem. Eam inhumanitatem apud primarios questus: se nullum suum ob emolumentum,

ipsorum

ipſorum rogatu veniſſe: quando minus gratum aduentum ſuum eſſe ſentiat; non defore loca alia, vbi ſui labores, ad diuinam gloriam, hominumq. vtilitatem vſui futuri ſint. Ea conteſtatione permoti opidani, certatim omnes, alij hoſpitium, alij impenſas, alij alia detulerunt. Tantus demum ad illius ſermones animorum ardor factus eſt; vt, peractis ibi natalitijs, eodem idem iterum mittendus fuerit. Tanto etiã eidem confeſſionis explicandae ardore tenebantur; vt cum vnus tanto numero non ſatis eſſet, longo itinere Anicium ad nos contenderent.

COLLEGIVM Veſontionenſe.

VESONTIONE repetitum ſuperiore anno de collegio conſilium, hoc anno tandem maturuit. Etſi initio, antequam conſtitueretur, ſententiae aliquandiu variarunt; multis rem vrgentibus, alijs cunctantibus, in tempus opportunius alijs differentibus; nonnullis etiam rem totam plane deponentibus. Sed vicit in diuina cauſſa Diuina Prouidentia. Mira Senatus, cleriq. conſenſione de tota re conſtitutum eſt. Cenſus non peramplus initio attri-

attributus. sed spem faciunt fortunae pinguioris & poramplae ciuitatis opes, & ipsorum ciuium in nos propensa studia, & non obscurae amicorum politicationes. Credi vix potest, quantae in ipso collegij exordio omnium ordinum gratulationes factae sint: nec V esuntionensium tantum, sed omnium circa ciuitatum, opidorumq. quae nos frequenter ad se vocant. & vt in tanta operarum paucitate, datur opera vt ijs satisfiat. Et quamuis initio nonnulli alieniore animo à nobis fuisse viderentur: ij tamen postmodum, re constituta, in nobis colendis omnium studia superarunt. Egregia in primis Proepiscopi, & canonici alterius in nostra bibliotheca augenda liberalitas. Duae sunt in caritate Franciscanorum familiae: fratrum vna, virginū altera. vtraque nostris fauet, nos colit vtraque, & nostra vtraque studiose admodum vtitur opera. ipsiq. Patres, nos vt in ipsorum aede concionem habeamus, saepe rogant. Sed sacrarum Virginum maiora studia in nos. nostrorum quam saepissime hortationes expetūt: pro nostro collegio communiter in conuentu preces faciunt: quae Virgines ad ipsarum adspirant institutа; ear nostrorum monitis, praeceptisq. pietatis, ac religiosae vitae studiis instituendas curant; optimeq. sibi consuli existimant, si ex hac palestra, quasi ex aliquo tiroci-

nio

mio in monasterium excipiantur. Nostra opera vicissim abunde hominum studiis respondit. Statim enim Societatis munia coepta exerceri. Probata in primis sedulitas in carcere detentis, & moribundis inuandis. Multis enim nuclis consultum est: & e primoribus aliqui ad mortem Christiano viro dignam obeundam confirmati. Et, cum pestilens morbus grassaretur, sensit vniuersa ciuitas diuinam in nos tutando prouidentiam, qui in tanta strage, quo possent omnibus praesto esse, a foeda lue intacti seruati sunt.

Scholae tres primis quinque diebus apertae, post etiam quarta superaddita breui tempore quadringentos auditores collegerunt. quorum multi e vicina Germania catholici, haereticiq. venerunt. Ingenia fere sunt & docili, & ad pietatem inuitato. itant tam breui tempore nonnulli de nostro cogitent suscipiendo instituto. Multorum praeterea rogatu, qui alijs in urbibus Parthenio Sodalicio adscripti erant, iacta fundamenta Sodalitatis instituendae praeclara optimo qui speratur, progressui initia facere. Sexaginta circiter nomina dederunt, viri nobiles, tenuerq. omnis aetatis, docti, indocti, scholastici, alieniq. à litterarum studijs. Vir litteratus, & multa canicie venerandus, magna aliorum admiratione, studiose admodum flagitauit,

caui, vt in numerum adscriberetur: & is nunc finem nullum facit laudandi instituti: magni vique meitamenti ad vitam melius regendam. Nobilis alter, dum admittitur, ad Praefecti pedes aduolutus B. Virginem supplicabundus orat, suis lacrymis aliorum lacrymas expressit. Theologiae alius professor, aeque doctus, ac pius, quo die est admissus, plenam lacrymarum, & singultus interruptam ad sodales habuit hortationem.

DOMVS PROBATIONIS Auenionensis.

DOMVS quoque Probationis Auenione, quemadmodum & collegium in magna annonae caritate inopes pro modulo sustentauit: eos praesertim, queis rubor est vitium emendare, ita fuere, qui familiae suae vitam huic familiae acceptam referrent. Instituta iam, & corroborata probationis disciplina, hoc anno primum piae suscipi coeptae sunt peregrinationes; ternis de more diuersas in oras nouicijs dimissis, Tolosam, in Burgundiam ad S. Claudij; Auicium ad S. Mariae Virginis; in Prouinciam ad S. Mariae Magdalenae aedes. Ita omnes qua propius, qua longius pro suis quisque viribus eo humilitationis genere duriuscu-

le-

leniuscule exercitati. Vnius praecipue in sua vocatione retinenda est multis, difficilibusq. certaminibus spectata constantia. Vnus is fuit ex ijs quinque, quos superiore anno Lutetia remisse scriptum est, duodecimum natus annum, domo Diuionensis, sed Lutetiae doctrinarum studia colebat: cuius cum & fugam & consilium resciisset Pater, ad eum abstrahendum se dedit in viam sed morbo e medio itinere revocatus, adolescentis auunculum virum militarem mittit, qui eum à suscepto vitae cursu conetur auocare. quem vt vidit, ab insita ferocia, contumaci oratione indignabundus eius levitate, amentiaq. increpita, ad repetenda pristina parentum consilia, & relictum humanarum rerum cursum coepit adhortari. id cum frustra fieri animaduertit, re infecta discedit. Redit, reparata valetudine pater. vt in conspectum venit filij, continuo paternae lacrymae delapsae: & omnia, quae tali in certamine dolor subministrat, in iuuenem tela contorta. quibus cum moueretur nihil adolescens, petijt, vt sibi apud se in priuata domo detur filius in triduum: quo tempore eius voluntatis sibi periculum facere liceret, si certa perstet in sententia, se eo liberum facturum. Eius rei commendatitias litteras à Burgundiae Praefecto, ad nobilem Auenionensem Regium equitum Praefectum

Eum attulerat: quibus iubebatur opem omnem parenti praestare, ad filium recipiendum. Id cum resciisset P. Rector, nobiles aliquot viros, Societatis amantes, in primis vero ipsum Auenionensem Archiepiscopum, qui Aquauiuio, Farnesioq. Cardinalibus inde profectis, Auenione pro legato Pontificio praesidebat, adit: rogat adolescentis periculo adesse velint. Archiepiscopus sacrum in tirocinij sacello facit: nouicijs singulis sacram Eucharistiam praebet. à sacrificio vocatum ad se adolescentem, bono iubet esse animo: eoq. die nihil est tentatum. Postridie comparatis animis conueniunt omnes, Archiepiscopus, eiusq. Vicarius; parens cum Praefecto equitum; P. Rector, Prouincialisq. tum patres alij, & magni duorum procerum comitatus: adhibetur, P. Prouinciali iubente etiam scriba publicus. Considunt omnes, aduocatur adolescens. qui cum in eum veniisset consessum, obortis lacrymis ad Prolegati pedes abiectus, eius, P. Prouincialis, reliquorumq. Patrum fidem obtestatur; ne se in discrimen abijci permittant. vnam se animam, à suo sibi conditore datam, habere; cuius ne iacturam faciat, in illorum situm manu esse: ad patremq. conuersus, eum diuinae iracundiae, diuinique iudicii, à quo non longe per aetatem iam abesset, monuit. Deum vtriusque esse conditorem:

suiq.

suiq. ortus originem, ad Deum magis; quam ad ipsum referri oportere. si se à Christi abstrahat vestigiis sequendis, Deum eundem vindicem futurum. Tandem si vel membratim discerpatur, frustatimq. concisus in disiunctissimas plagas dissipetur, coronam ad Iesu societatem euolaturum. His lacrymis, questibusq. omnium pectora emollita; omnibus item lacrymae expressae. ipse militiae Praefectus, homo natura durus, ac prope immisericors, qui nunquam ante se lacrymas fudisse memminisset, lacrymas eo tempore non tenuit. Iam ipse parens, filii impatienter cupidus contentionem remittebat, cum P. Prouincialis Societatis existimationi, sospitatiq. cauens, rebus posthabitis, Patris dolori concedendum censuit. Restiturit illi tertium in diem adolescens: quem in partes omnes, qua precibus, qua minis versatum nobilium etiam feminarum blanditiis, & lasciuorum adolescentium illecebris adhibitis, cum commouere non posset, irrito tandem conatu rediit in patriam: adolescens suae redditur familiae. Sed neque dolor, neque artes constantis pietatis oppugnandae quieuere. Statuit omnes conatus adhibere, vt ipsum non e nostris modo, sed ex ipsius etiam Romani Pontificis, vt loquebatur, manibus si opus sit, eripiat. Bimestre à primo certamine spatium effluxerat,

fluxerat, tam P. Prouincialem Dolam venisse audit. hominem adit: eas ad expugnandum hominem machinas adhibet, vt à P. Prouinciali litteras expresserit; quibus maioris incommodi redimendi caussa, nouus Christi miles patriâ repetere domum iuberetur: ea tamen lege; vt, si mense toto perstet in sententia, liberum ei sit, Auenionem ad tirocinium redire. Maerens a patruo in patriam reducitur. Aduenienti longe extra vrbem obuiam prodit agmen propinquorum. omnium festa laetitia, quasi e desperato naufragio seruatum domum reducitur. confestim illecebrae, confestim blandae Syrenum voces praesto adsunt, propinquorum, amicorumq. ad beata vitae commoda adhortantium suasiones. tentatur eius temperantia conuiuijs: continentia coniugij iucunditate; religio spe magnarum opum. ab ipso parente deducitur ad pilae ludum: ludere iubetur: domi foris q. quotidianae pugnae increbrescunt. Non satis esse videntur ad inuictum expugnandum animum vrbana omnia: per castella, & nobilium arces animi caussa circunducitur. Quicumque eum de religione deserenda interpellat, aut victus abscedit, aut frustra tentatis armis conticescit. Mittitur denique contra datam fidem Lutetiam. pecunia a patre, de industria, ne discessum cogitet, nudatur. Cum sesquimensem sic moratus

Digitized by Google

esset, pallio, libris, pauculisq. quas apud se habebat rebus distractis, redacta pecunia, quinto decimo die Auenionem omnibus mirum in modum gratulantibus redijt. Pater, re cognita, P. Prouinciali per litteras satisfecit: errati veniam petijt: dolore paterno adactum limites pietatis excessisse. sed fore se in posterum nostrarum laudum praeconem: nostraeq. causae, nostriq. reditus apud Regem adiutorem. Ad filium quoque in eandem sententiam litteras dedit. consultius se facturum fuisse, si coniugis suae, matris ipsius, feminae lectissimae, praedefunctae praeiudicium ratum habuisset. quae granida ipsum nondum natum Deo deuouisset. id totum ipsius in caelo iam degẽtis sanctis precibus deberi.

* * *

PRO-

PROVINCIA ARAGONIA.

CTO collegia & professorum vnam, alteram Probationis Domum habet Aragonia Provincia: e quibus Professorum Domus, quae Valentiae est, triginta octo capita recensuit: eiusdem vrbis collegium quadraginta: quatuor plures Caesaraugustanum: triginta tria Gandiense: quindecim Bilbilitanum: vndeviginti Turiasonense: duo supra triginta Barcinonense: viginti tria Gerundense: quinque & viginti Balearicum: triginta sex Tarraconensis Probationis Domus. Horum omnium trecentorum quinque summa colligitur. Excessere in vitam alteram quinque: accessere ad Societatem viginti duo.

Digitized by Google

DOMVS PROFESSA Valentina, & Collegium.

VALENTIAE cognitum est hoc anno, vt alijs etiam in locis ante; eos, qui à nobis alieniore animo fuerunt, extremo vitae tempore nostram operam exquirere. Quae res clarum de nobis illustris viri testimonium expressit. Vestram, inquit, patres optimi, suprema die opem implorant omnes, quos nouerunt fidos medicos esse animorum. De nostrorum ministeriorum vtilitate superioris anni litteris satis multa scripta sunt: quaeq; eo anno instituta esse scriptum est, feliciter, Deo bene iuuante, progrediuntur. Sodalitas nobilium S. Spiritui dicata octo & triginta supra trecentos inopes obaeratos etiam hoc anno carcere emisit, pretio repenso. Noui templi aedificatio piorum liberalitate amicorum multum proiecta.

Collegium sex millibus aureorum auctum est haereditate matrona nostrarum rerum studiosa. E discipulis scholarum quatuor se nostris religiosorum familijs, vnus nostrae adiunxit Societati.

Digitized by Google

COLLEGIVM Gandiense.

GANDIAE vnus e fratribus philosophiae studiosus, magno aequanimitatis, & patientiae exemplo, longa scticae febris tabe consumptus est. Scholae & si non magno numero (est enim opidum non amplum) discipulorum tamen probitate floruerunt. quatuor enim ad Societatem, octo ad instituta alia adolescentes transmisere. Sacra aedes multo ornatu aucta est. Sacellum additum B. Virginis concameratum: ara princeps, item camera, conteca, & S. Sebastiani, templi, opidiq. tutelaris, simulacro adornata. nouae sanctarum reliquiarum thecae, multo auro ornatae; Sanctorum, item Euangelistarum, ac Doctorum tabulae, iustis spatijs dispositae, & ad venerationem augustius, & ad adspectum amenius totum templum reddidere. ornata item Sanctorum, Doctorum, tum Latinorum, tum Graecorum, imaginibus bibliotheca; quam superiore anno Neapoli allatam esse scripsimus.

Digitized by Google

COLLEGIVM
Caesarauguſtanum.

CAESARAVGVSTAE nobilium ſodalitas, & adoleſcentium, qui humanitatis ſtudijs informantur, hoc anno cum Romana ſunt coniunctae. Dies feſtus à minore magna religione diuinis officijs, ſymphonia, magnoq. apparatu celebratus. a maiore vero octogintа inopes è carcere emiſſi. omnes porro in ſuſcepto pietatis curſu ſtremue procedunt. Sed nec ſunt quotannis iteranda eadem: & vbique viſitata omittenda. Verum huius recentis Sodalicij fructum, & magiſtri ſentiunt quotidie, & perſpecta toti ciuitati pietas declarat. Quantopere vero illorum pia ſtudia Virgini matri cara ſint, argumento fuit proxime placida vnius mors e lecto illo numero. qui non maior anno quindecimo, ſemeſtre in Sodalicio verſatus erat, cum opportunis monitis à Sacerdote ad fortem illum agonem ſubeundum firmaretur; praedixit ſibi non in praeſens, ſed aliquot dierum interiectu, certa die ſibi eſſe moriendum. Cum dictis nulla eſſet fides, quod imminentis iam interitus certa ſigna tenerentur; id ſe à Sanctiſſima Dei matre eſſe admonitum aſſeuerauit. Veram praedictionem

Digitized by Google

nem euentus declarauit. Ad scholam de conscientiae quaestionibus, triennio antè institutam, accessit altera hoc anno: nec frequentia desiderata. Piorum liberalitate & aere alieno collegium leuatum, & templum aliquot auctum ornamentis, lychno praecipue pensili argenteo. Ara princeps sacra tabula, B. Virginis conceptionem, tum sacris eius mysterij symbolis referente, rebusq. alijs ornata.

Fuere ad externa loca perutiles aliquot excursiones; quarum fructum rerum notarum exemplo licet aestimare. Sed praecipue Antistes in lustranda diocesi duos e nostris Sacerdotibus secum eduxit. Burtinensis Episcopus affirmat, non, nisi spe auxilij à Societate, humeros regendae Ecclesiae supposuisse. Missi igitur qui non vrbem tantum ad nouam concipiendam pietatem excitarunt: sed montana etiam magna cum incolarum vtilitate peragrarunt. Oscensis etiam Episcopus Sacerdotes duos impetrauit; qui duobus mensibus opida nouem obeuntes, non rudes modo populos salutaribus institutionibus, sed ipsos etiã Sacerdotes idonea doctrina instruxerunt. fuit, vbi audita vnius nostri Sacerdotis de periurij malo concione, lex lata est, & multa irrogata, si quis eius sceleris argueretur.

Digitized by Google

BILBILITANVM
& reliqua Collegia.

BILBILI optimae indolis adolescentes in Societatem admissi sunt duo: spes idem cupientibus alijs ostentata. Restinctum est magnum simultatis incendium: e quo magna mala timebantur. Vir clarus opibus & litteris alieni colasum impegerat: neque impar ad reponendam iniuriam alter erat. & quanuis publico magistratuum edicto cautum esset, ne ad arma veniretur: intus tamen fouebantur odia, & ira, accedente die, subcrescebat. vt neuter, nisi tectus armis domo efferre pedem sibi tutum satis existimaret. In annum ea simultas tracta erat: cum, interuentu nostrorum, demitigatis animis, in nostro templo, viris aliquot grauibus praesentibus, in pacis compositionem consenserint. eoq. ipso die vrbem vna colloquentes diu pererrarunt. Ad laxandas collegij angustias septingenti aurei piorum eleemosinis collati.

THVRIASONENSES quoque scholae tres nobis pepererunt adolescentes, duos alijs familijs; quindecim praeterea erant, qui seuerioris vitae disciplinae vota alerent. Parthenia Sodalitas tum studijs alijs, tum non modice ad pietatem sua capit incrementa, suscepta rudium

rudium institutione. Res mira contigit, nec sine peculiari diuini Numinis auxilio. Tanta ingenij quidam fuit hebetudine, vt multis annis praecipua religionis nostrae capita, & legitimas precationes nunquam comprehendere memoria potuerit. ea propter cum accederet ad confessionem, à Sacerdotibus repellebatur. aeger animi vni e Patribus traditur erudiendus. ad sodalis vocem tanta hebetimenti diuina lux affulsit; vt quae ab alijs non nisi longo tempore percipiuntur, horae quadrante firmiter perceperit. ita se ipsum admirans, festinus ad nostrum accurrit Sacerdotem; magnaq. cum vtriusque laetitia, & admiratione voti tandem compos factus est. In ciuitate porro, praeter vsitata, non leuibus in rebus vtilis fuit Sociorum opera. femina ex ijs, quae nostro in templo pietatis colunt studia, florenti adhuc aetate à locuplete homine pactione tantae pecuniae, quae eius maritum aere alieno liberaret carcere detentum, ad flagitium sollicitata, constantissime respondit, se non modo incommodum illud, sed ne mortem quidem iactura pudicitiae, & Diuini Numinis offensione redempturam. Eius postmodum inopiae nostri Sacerdotis opera, diuina ope aliunde subuentum est. Aliae duae item inopia pressae simili periculo exemptae. Prosit quod se-

sequitur, ad praesentem in periculis Diuinae Matris opem fiducia magna inuocandam. Puellam solam violentus homo e via in locum abdisum per dolum abduxerat. Illa impar viribus, omni ope destituta; Per Virginum Mariam te obtestor, inquit, ne me irreparabili integritatis flore despolies. ad sanctissimum Mariae nomen, omnis repente ardor deferbuit, violentia elanguit: puellaq. innoxia dimissa. Res domestica ornamentis nonnullis aucta est, horologio, bibliotheca, sacra pyxide ad Eucharistiam. Accessere etiam ad aedificium aliqua cubicula.

BARCINONE fructus operae praeter vsitata, in ciuibus & aduenis immanis exstitit, qui è variis nauigationibus huc in portum inuehuntur. Ingens classiariorum numerus, omnino ad mille & quingentos, quos morbus afflixerat, confessione caruissent, nisi nostri peregrinarum linguarum periti ijs praesto fuissent. In ciuitate autem mulieres quinque proiectae pudicitiae ad frugem reuocatae. Alij multis annis confessione intermissa, in summa religionis negligentia, & licentia peccandi viuentes, enormem vitae consuetudinem correxerunt. Duo tresue claustralis professionis desertores, suis familijs, & religiosae disciplinae restituti. E scholis, & sodalitatibus ad nostrum institutum septem adolescentes lecti sunt: alij in varias familias

trans-

Digitized by Google

transmissi. Adiuncta ad collegij aedificium proxima domus; & viae publicae pars magno nostrorum commodo aedibus nostris inclusa. Ilerdam vnus e nostris profectus tam frequenti concione auditus est, vt ad templi valuas suggestus statuendus fuerit, quo posset ab vis quoque exaudiri, quos templum, alioqui satis laxum non reciperet. Eiusdem Ecclesiae Canonicus Doctor Margalesus, idemq. Ilerdensis gymnasij Cancellarius, Societatis apprime studiosus, moriens octo millium nos aureorum scripsit haeredes: vt in ea vrbe aliquando Societati collegium constituatur.

TARRACONE in Domo Probationis duo nostrorum numerum auxerunt; duo item minuerunt. alter scholasticus, non dum sacris initiatus, & virtute, & naturae muneribus instructus; alter Sacerdos dum, confecto studiorū, ad magnorum laborum cursum pijs repetiti noui exercitationibus se comparat, ad aeternae quietis initium vocatus est. Reliqui strenuè viam virtutis decurrere nituntur. Eorum vnus magna victoria sui praeclarum documentū dedit magnanimitatis. hic dum vas glutinosi plenum puris ferret, quod aegrotus e pectore ejecerat; horroreq. tabifici cruoris nausearet, quod rarum omnino, & non nisi in illustri sanctitate viris legimus; vt hostem spiritalis virtu-

tis

tia humanam molliciem opprimeret, magno animo exsorpsit. Exercentur interim alij excursionibus, & catechesibus, quibus quasi proludijs rudimenta ponant militiae robustioris, ad quam in Societate postmodum exercendam se comparant in praesens.

GERVNDAE diem suum obijt domestici operis adiutor Ildefonsus Maginus, vir modestia, humilitate, patientia, caritate, & obsequendi studio admirandus. prorsus vt vbicumque esset, ad sinceram pietatem calcar adderet. Dei praesentiam vbique semper cogitabat: praecipuo orandi studio incensus; cum praesertim liber ad Sacram Eucharistiam esset adspectus; vnde nunquam, vt in morte fassus est, nisi caelestis laetitiae plenus discessit. B. Matrem non pio cultu solum, sed purissimi etiã candoris imitatione prosequebatur. vt multi, perspecta illius innocentia, puroq. vbique animi candore integrum corporis, animiq. pudorem ab ineunte aetate retinuisse iudicarent. Exat nonnihil peritus chirurgiae. quo factum est, vt morbos aliquos artis remedia superantes, non tam ipsa arte quam precationum, & ardentis caritatis, ac plenae in Deum fiduciae quasi diuino amuleto depulerit, magna medicorum admiratione. Cum igitur vulgata curationum eius fama nimium crebro ad aegrotos

accer-

accerseretur, hoc collegium sibi impetrauit, quasi optatissimum vitae tranquillae receſſum. Vixit in Societate annos circiter triginta, nulli vnquam grauis, omnibus insigni exemplo pietatis. Optauit morti proximus, idq; à valetudinarijs fratribus contendit, vt, animam exhalaturus humi sterneretur: ea ratione se hilariorem e corporis custodia euolaturum. Sed neque huius postremi voti, voluntate duntaxat patiendi, praemio frustratus; & multis, praeclarisq. virtutibus ornatus, illustre nobis religiosi studij, & sincerae pietatis exemplum reliquit. Sed, quod ad opus attinet, hic quoque nostrorum opera ad sua claustra, legesq. quas reliquerat, apostata reuocatus. Pertinet huc quoque memoria viri, doctrina, & vitae integritate singularis, Michaelis ab Agullana, Archidiaconi Ampuritani. quem iure optimo huius collegij parentem appellaueris. De cuius laudibus, quoniam tantum illi debemus, multa dicenda essent; sed illud satis sit: semel & iterum Episcopalem honorem recusasse: cum sacrificaret, vbertim ei lacrymas solitas defluere. Morienti P. Rector cum quinque, sexue Patribus adfuere. eius mors consentanea vitae fuit; in morte plus sexcentis aureis in subsidium pauperum erogatus, iter sibi ad aeternam felicitatem expedijt. reliquarum fortunarum,

pro

profusa in nos benevolentia, nos scripsit haeredes. Auctum est praeterea collegium aureis ducentis, quos iuris peritus: & plus mille trecentis, quos alterum huius collegij fulcrum bene firmum Iacobus ab Agullana, Michaelis frater nobis attribuit. cum interim nihil sit de quotidiana liberalitate deminutum. Excursum est in Pyreneos montes, populiq. aditi, qui suis in finibus hominem de Societate nunquam viderant. Auditi sunt tanto omnium ordinum concursu, vt in plateis concio erudienda fuerit. tanta vbique benevolentia excepti: vt abeuntes magistratuum comitatu, magnoq. multorum agmine deducti, etiam cum lacrymis dimitterentur.

IN BALEARICO collegio vita functus P. Ioannes Lupus, annos natus octoginta: quorum sex & triginta egerat in Societate, & cum laude non vulgari. Scholae, & scholasticorum Sodalitas alumnos vigintiquinque ad varias hoc anno religiones misere. Altera nobilium in dies augetur. centum vigintiquinque iam Sodales numerat. annuum constituit vectigal quingentorum aureorum; qui in subsidium vrbanorum pauperum, & in hospitali domo decumbentium impenduntur. Cuius maxima pars ab eo, quem collegij nunc habemus fundatorem, qui etiam toti congregationi praeerat,

erat, est attributa. Nonaginta postea legauit moxians vir nobilitate clarus, qui Sodalis erat, & à consilijs Praefecto vrbis. Octoginta tres praeterea e carcere inopes eduxere. Elapsum de ipsius Sodalitatis cum Romana coniunctione litterae perlatae essent, eum diem summa religione celebrarunt, solenni Missarum apparatu, Antistitis concione, & epulo in nosochomio decumbentibus dato. quibus pij Sodales, posito pallio, & detecto capite, multa cum reuerentia ministrarunt. Die ipso caelitibus omnibus dicato Prorex ipse est Sodalibus adscriptus. Sacro vero Virginis praesentationi die, frequẽti, si vnquam alias concursu, & gratulatione, nouum collegij fundatorem agnouimus; virum generis nobilitate clarum, & Hierosolimitanorum fratrum S. Ioannis religione insignem Raimundum Verinum. Adfuit cum Canonicorum capitulo summus Antistes, & nobilium magno comitatu Prorex. Verba fecit e superiore loco noster Sacerdos: eoq. die fundator ipse non modico cum propinquorum nobilium numero nobiscum in collegio cibum sumpsit. Addam postremo loco, quod magna cum voluptate nostri audiant. feminam diuturno morbo oculorum laborasse. quem biennio toto medicorum industria nulla potuit arte depellere; itaut videndi vsu omnino priuaretur. Admoto demum

demum oculis B. P. N. Ignatij, ipsius propria manu subscripto ad eius litteras, nomine, & factis precibus, confestim integrum oculorum vsum, cum integra valetudine recepisse: rem in publica monumenta publicis litteris relatam.

* *
*

PRO-

Digitized by Google

PROVINCIA SARDINIA.

HABET Prouincia Sardinia collegia quatuor, cum probationis domo vna, Calari recens instituta. In collegio Sassaritano quadraginta quinque numerati sunt: quadraginta in Calaritano: in Alguarensi decem: Viginti in probationis domo. quoniam quot in Ecclesiensi versentur, scriptum non est, capitum omnium summa iniri non potuit. E viuis excessere duo: admissi in Societatem duodecim: octo ad studia, reliqui ad operas domesticas:

COLLEGIVM Sassaritanum.

SASSARI magno in metu, cum e prouincia litterae darentur, nostri adhuc versabantur; quid euenturis factum esset, quae e Cala-

Digitized by Google

laritano portu soluerat; cum aduersa tempestate abreptam esse constaret, in ea Socij res, vt Neapolim trajicerent, vehebantur. P. Philippus de Philippis, egregiae virtutis vir, & eruditionis non vulgaris; P. Petrus Martorelius, cum fratre tertio Iulio Caesare Contio. Sed postea cognitum est alijs litteris, eos naufragio perusse. Lugenda hominum iactura, si humana spe nostra consilia regantur. sed & in Societate, & in exsequendo Praesidum imperio in Domino vecubuere. Admissi sunt ex hac vna ciuitate ad nostrum institutum sex, totidem, quot reliqua Prouincia tota. Extitit fructus operae in magni momenti dissidijs conciliandis. falsi criminis quidam, ductus odio, alterius coniugem insimulauerat: eam se de multa nocte cum viro altero vidisse. Credulus maritus, vt est virox iniuria, & sui odio ad fidem prona, coniugem interficere statuerat. rem subodoratus vnus e B. Virginis Sodalibus, hominem ab eo facinore deducere, vxoris probare innocentiam, mendacem criminatorem ostendere conatus; cum minus ei res succederet, suasit, vt ad Sacerdotem nostrum se conferret. cui cum pertinaciter primo restitisset: ad extremum diuini iudicij terrore victus, iram posuit; factaq. confessione peccatorum, animum sedauit. sed non omnem prorsus ex animo euulsit mariti opinionem.

cuius

auiis haud ita multo post recurrente memoria, & dolore animum exstimulante, nefarium consilium repetijt. Eius rei Pater admonitus, praeuertendum ratus, mali radicem succidendam censuit. falsum conuenit criminatorem: quanto se crimine obstrinxerit; quamque seueras poenas a caelesti vindice ipsum exspectare oporteat, edocet; ni & suae animae, & alterius vitae, existimationisq. consulat integritati. persuadet tandem; vt, iis praesentibus, ad quos criminationis aura afflauerat, crimen totum reuocet: se odio ductum, id commentum: flagitij veniam precari. ita, diuina ope ingenti malo obuiam est itum. Iuuenes aliqui leuibus de caussis, conspiratione facta, duos alios interficere: statuerant: eaq. de re nauim omni apparatu instructam in salo habebant; vt, patrata caede, solum verterent. admonitus in tempore per vnum e Patribenijs nostri Sacerdos, eos ad se accersitos, quamuis aegre initio, ad pacem tandem emollitos, & ad confessionem, frequentemq. exinde sacramentorum vsum adduxit. Incolae vici cuiusdam, duabus distracti factionibus, ita iracundia exarserant; vt sumptis armis, relictis domibus, vtraque factio in montes secesserint. ibi multi vtrinque insidijs excepti, immaniter trucidati erant. neque erat expeditum magistratibus malo remedium adhibere. Diuino

sandè beneficio, P. Prouincialis opera & illi inter se reconciliati; & à Magistratibus impetratum, vt de seueritate legum, multum in poenis exigendis, remitteretur. Susceptae quatuor sunt excursiones ad varia insulae loca, solito cum fructu. in quibus, praeter vsitata, adiuti pauperes sunt, vestesq. lanea instructi. Virgini inopi, ac verecundae oblatim emendicando conquisita dos, & honestò matrimonio collocata. Dissidia reconciliata. catecheses, & confessionum fructus inter vsitata omittuntur.

ALGVERENSIS collegij aedificium crescit in dies. templum etiam ornatum pegmate ad Sacrosanctae Eucharistiae custodiam. A turpi viuendi consuetudine mulier impudica reuocata. deterrita alia à consilio mariti veneno è medio tollendi.

CALARI insignis fuit annus, & nobis ad existimationem, & ciuibus ad laetitiam, Illustrissimi Archiepiscopi aduentu. Qui & ipso Circuncisionis die festo in nostro, & postea in Cathedralis Ecclesiae templo magna cum Societatis laude concionem habuit: sanctitatisq. & diuinorum Charismatum pleno ore illustre nobis dedit testimonium. sibi nullum inuitamentum maius ad Ecclesiae regendae onus suscipiẽdum fuisse; quam quod in sua Metropoli Societatis collegium esse cognouisset. Nec re minus, quam

sermo-

sermone fuit in nostra laude prolixus. nihil enim maiorum, minorumue rerum sine consilio Societatis gerit. idq. eo magis postquam est ei à Regia Maiestate totius insulae administratio, pro Rege demandata. Qua in re ita subleuandae paupertatis curam suscepit; vt in eius tum laudis, tum meriti partem Societatem venire voluerit. trecentenos enim numos aureos annis singulis nostrorum manibus in eleemosinas distribuendos assignauit. Nulli praeterea insignioris religionis dies praetereunt, quin insigni aliquo munere collegium honoret. Ita ad priorem ciuitatis erga nos beneuolentiam videtur faces addidisse. fuit etiam nouae Sodalitatis adiectione, Annunciationi Virginis dicatae annus felicior. in quam nomina dedere honestissimi cuiusque ordinis viri primarij. Sacellum sibi seorsim exstruxerunt, ornaruntq. quod ipse Archiepiscopus solenni ritu consecrauit. statimq. in nosocomijs decumbentes inuiserunt; eosq. pia opera, benignaq. alloquutione, & cibo recrearunt: ad opem etiam ferendam ijs, qui carcere tenentur, conuertere se: eorum centum viginti quinque miseris missionem impetrarunt. Et quando de carcere sermo est, data est opera per nostros, vt inde alea, & peccandi licentia extrudatur; & pietatis cultus, tum omnis, tum praecipue in B. Viginem inducatur,

quo factum est, vt confessarijs nostris opera multiplicetur. Nostrorum item opera tantum eleemosinarum corrogatum, vt puellae septem, a re familiari destitutae, honesto matrimonio coniungerentur. Mulierculae multae a peccandi consuetudine reuocatae: aliae periculo amittendae pudicitiae subtractae eiusq. rei caussa domus constituta; in quam se id genus mulieres aduersus pericula, & paupertatis incommoda recipiant. In vrbe alia frequentes ad populum sermones habiti. quibus praeter alia, curatum; videant ciues quotidie, nequid in nosochomio decumbentibus, carcere detentis, & sanctimonialibus paupertate laborantibus, ad victum necessariaq. desit.

EX ECCLESIENSI collegio hoc anno primum nouiciorum familia in nouam probationis domum, Calari excitatam, translata est, vi. Id. April. qui tertius fuit à sacro Paschae die. quo die magna omnium ordinum, atque ipsius Proregis frequentia encenia celebrauimus. Ecclesiam multo ante a Calaritano Episcopo statis cerimonijs, precibusq. consecrata: ab eodem Antistite die eadem de ea re concione habita. viij. deinde idus Mai. ipso apparitionis S. Michaelis die festo, cui Ecclesiam dicauimus, idem & diuino verbo, & sacro epulo populum refecit. eoq. die

die nobiscum cibum sumpsit. Sita domus est in suburbijs, edito in loco, & grata maris, montiumq. prospectu perameno. E nouicijs, cum adhuc Ecclesijs morarentur, immatura morte excessit vnus. ex eadem vrbe adolescentes duo eius explent locum. Nouicij reliqui, iam constituta disciplina, suas domi continuarunt exercitationes; foriscq. visitata Societatis rudimenta passim coeperunt: aegrotis in valetudinario inseruiendo; & Christiana doctrina rudes informanda. Sed ad Ecclesienses reuertamur. Rogatu Calaritani Archiepiscopi, dum hanc vrbem de more visitaret, bis quaque hebdomade schola de conscientiae quaestionibus explicari coepta est; & frequentes interfunt auditores. Doctrina Christiana, quae ante in nostro templo tantum tractabatur, hoc anno multo vberiore fructu in compitis etiam explicatur. Idemq. fieri coeptum est pro foribus ad ianuam cum ijs, qui ad Eleemosinam petendam diebus singulis accedunt, quibus nō ante quidquam datur, quam iusto Catechismi penso persoluto. Nostrorum praeterea concionibus effectum, vt ad ad annonae difficultatem leuandam, qua inopes multum angebantur, frumenti magna vis, quae in spem pretij maioris supprimebatur, qua religione, qua magistratuum decreto, proferretur; & commodiore pretio di-

ſtraberetur, magno bono paupertatis. Non erit alienum hoc referre, magnum aduerſus veneficia documentum, ſpem eſſe in Deo collocandam. Inter duos coniuges impediebatur daemonis ligamine matrimonium. ea re ſuccenſus ira è propinquis vnus, aliquorum caede, a quibus malum proficiſci ſuſpicio erat, eam iniuriam vlciſci conſtituerat. Sed a Sacerdote noſtro monitus, vt rem totam Diuinae Potentiae committeret; ipſum viam ad ſalubritatem expediturum; conſilio tantiſper ſuperſedit. nec vana fiducia Sacerdotis fuit. nam paucis poſt diebus bimulus eorum coniugum filius praegrandem hominem in parietis foramine ſe videre indicat. inſpiciunt tartarea veneficij ſymbola deprehendunt. quibus combuſtis, vterque coniux impedimento liberatur. Placuit Diuinae Bonitati per ſinceram aetatis innocentiam ſua beneficia tribuere.

PRO;

PROVINCIA TOLETANA.

VINGENTA viginti quatuor capita recensuit Prouincia Toletana: quorum quatuor supra ducentos sacerdotes sunt; additis studijs duo supra centum; domesticis operis ducenti octodecim. Hi omnes vna Toletana Professorum Domo, & collegijs quatuordecim continentur: Professorum Domo vndeviginti Sacerdotes cum coadiutoribus viginti quatuor: Collegio Matridiensi quinque & triginta Sacerdotes, cum triginta octo adiutoribus: Complutensi Sacerdotes viginti tres, scholastici triginta duo, coadiutores quadraginta: sed in ijs adiutores illi numerantur; qui duabus in Residentijs degunt, Iesu de monte, & Nabalcarneri: Murciano viginti duo Sacerdotes, scholastici viginti, cum totidem coadiutoribus: Villaregiensi sexdecim Sacerdotes, scho-

scholastici viginti quatuor, cum coadiutoribus viginti: quamquam horum numero nouicij tre-decim recensentur, qui hoc biennio admissi sunt. Placentino Sacerdotes tredecim, duo scholastici, adiutores decem: Oropesano sex Sacerdotes tredecim, scholastici septendecim, octo coadiutores: Talabricensi cum coadiutore vno Sacerdotes tantum quatuor: nouem Sacerdotes cum coadiutoribus quinque Toletano: Occanensi Sacerdotes quatuordecim, coadiutores octo: Conchensi Sacerdotes quatuor, sex coadiutores: Ocensi Sacerdotes nouem, cum quinque scholasticis, decemq. coadiutoribus: Caruacensi septem Sacerdotes, coadiutores decem: Belmontensi nouem Sacerdotes, scholastici duo, decem coadiutores: Securitano Sacerdotes octo, tum totidem coadiutoribus.

DOMVS PROFESSA Toletana, & Collegium.

QVAE Toleti ad hominum vtilitatem ij praestiterint, qui in Professorum Domo versati sunt; ea aestimari magis è quotidiano vsu possunt, quam sine taedio commemorari. quare, omissis vsitatis, & longa tam consuetudine notis, quae nouitatem habent aliquam percurremus. Est Toleti Sodali-

tas

tas, quam Amissi pueri Iesu nominant. hi eorum curam susceperunt, qui in ciuitate inopia premuntur. Domum nostram conueniunt frequentes. ad eos ab vno è nostris priuatae habentur conciones: sacra in nostris aedibus obeunt mysteria; ciuitatiq. omni praelucent exemplo pietatis. Mensibus singulis binos deligunt e suo corpore; qui, partiti inter se vrbis pureas, de inopis cuiusque indigentia cognoscunt, & opportunis auxilijs opitulantur. Et cum Sodalitas ipsa vectigal nullum habeat, corrogatis tamen eleemosinis, plus mille pauperum hoc anno egestatem sublleuarunt.

IN COLLEGIO TOLETANO & si discentium numerus est imminutus, non tamen sacra minor discentium frequentia. quadringentorum enim adolescentium numerus excessit: a quibus nonnulli ad sacra se coenobia contulerunt. Ciues & si consilium imminutae familiae non reprehendunt; moleste tamen ferunt priuari ciuitatem tanto commodo: seq. vna spe sustentant, fore aliquando, vt & nos meliore fortuna, & ipsa maiore nostra liberalitate perfruatur.

MATRIDIANVM & reliqua Collegia.

MATRIDII *dignam sui memoriam, & insigne humiliatis exemplum nobis reliquit P. Aluarus Ledesma. annis quadraginta audiendis confessionibus magna assiduitate, caritateq. transactis. huius, praecipue aetate iam denexa, tanta fuit humilitas, tantus ad pia humilitatis munia subeunda feruor, vt primam illam innocentiae plenam religionis aetatem iniuisse videretur. Sexto ante obitum mense a P. Visitatore contenderat, vt sibi liceret corpus maiore atterere asperitate, quam eius aetas, aut occupationes ferre possent. quae ipsius postulata scheda notata sunt ab eius obitu. Vilissima quaeque, abiectissimaq. munia sibi demandari multa contentione postulabat: quae tanta cum animi alacritate, saepe etiam lacrymis exsequebatur, vt si tunc primum iuuenis, & validus tirocinium iniret. quod cum faceret, adornare se suam ad Deum profectionem dictitabat. Differte etiam vni e fratribus, mense vno ante mortem, dixit: breui se in puluerem soluendum. Hunc sequutus est P. Ludouicus Perea: qui magna caritate, studioq fratribus obsequendi, triennio toto Ministri*

Digitized by Google

stri munus domi exercuerat. Scholae numero florent septingentorum auditorum: nec minus studio adolescentium, & probitate. Viginti sex ad varias se religiones contulere: in iisq. magna cum Praesidum probatione perseuerant. vnus est admissus in Societatem. Scholarum aedificatio surgit in dies; strenueq. piorum eleemosinis promouetur. in quibus Regij consiliarij non postremum locum obtinent. Senatus populusq. ad quatuor millia, quae superiore anno nobis commodauit, mille hoc anno aureos adiectos dono dedit. ita breui speramus optatum finem opus habiturum. Excursiones in Carpentanos montes aliaq. loca tres suscepta: populiq. rudes & inculti ita eruditi sunt, & ad mansuetudinem, pietatemq. traducti; vt iam se mirentur ipsi, & sensim in alios mutatos magno cum animorum fructu gratulentur.

COMPLVTI in Domino quieuere tres. vnus scholasticus, alter antiquus coadiutor, tertius P. Aemilianus Garsias, cum triginta septem annos expleuisset in Societate, varijs ipsius Societatis, sed praecipue concionandi munere insignis. Multa ob excellentiam praedicandi Hispaniae loca peragrarat: vbique omnium iudicio, & admiratione probatus: ac spectatae innocentiae, ac sanctimoniae vir iudicatus. Totius Complutensis Academiae concursu

fus funus est celebratum. Augetur in dies Sodalicium B. Virgini dicatum, & Sodalium numero, & aestimatione. trecenti enim ferme numerantur: & in ijs Doctoris, Magistriq. laurea donati ad sexaginta nouem. Societatem è tanta academia quatuor tantum, quo locus esset alijs, qui e diuersis prouinciae locis vocantur, sunt admissi. Quatuor ad externos suscepta sunt profectiones; duae postulatu Archiepiscopi Toletani; quibus populi remotissimi, inopia, & rerum inscitia doctrinae egentissimi, non solum edocti, sed etiam Praesulis liberalitate largis eleemosinis adiuti. Eadem & erudiendi suos, & inopes iuuandi cura suscepta à Duce Infantato est. nostrorum manibus ipsius iussu opida ipsius vbeuntibus magna egentibus pecunia erogata. Quarta rogatu Marchionissae Mondexarenae: ad cuius populum tanta vi diuini Spiritus Sacerdos e nostris concionatus est; vt pater familias, qui toto quinquennio filium, quod, se inuito, matrimonio iunxisset, ad colloquium nunquam admiserat; ei omnem iniuriam remiserit. Alter reum inimicum arctissima custodia vinctum detinebat, audita concione, eum e vinculis exemit; cathenasq. ipse & compedes suis manibus detraxit. Quam rem cum laudasset in concione noster, alius homini ad triremes damnato acerbissimam inim-

iniuriam cum probro, & ignominia coniunctam condonauit.

MARCIAE duo crines ob latrocinia comprehensi, conuicio quo maius sibi patrocinium aliquod adoperarent, in quaestione adolescentes aliquot e prima nobilitate criminis socios falso indicio insimulauerant. sed nostrorum monita, quanto scelere, & quam inexpiabili, nisi retractent, se obstrinxerint edocti, biduo ante dictu supplicio dictum, coram testibus indicium reuocarunt: patrocinandi suo sceleri caussa falsum se dixisse: adolescentesq. quos prodidissent, omni culpa vacuos, indignos hac iniuria fuisse. idq. in publicas tabulas relatum est. Idem producti ad patibulum, antequam in eos lege ageretur, ad circumfusam multitudinem testati sunt; eiusq. rei testem vniuersum populum fecerunt ita innocentes illi vindicati, ipsi immani scelere, & ciuitas sollicitudine liberata. Data est opera, vt Quadragesima hystrionos meritorij, inter quos etiam mulieres viros agebant in scena, vrbe pellerentur. & quamquam multitudo perniciosam illecebram retinere conaretur, idq. à Praetore omni ope contenderent: fuit in eo tamen Praetor sane constans: nam audita vnius e nostris concione, cum domum redijsset, è vestigio edictum de mimis ejiciendis conscripsit.

PLA-

PLACENTIAE morbi ciues afflixerunt: nostrorum Sacerdotum opera praesto fuit omnibus. Desiderati sunt e nostris sacerdotes quatuor. in quibus P. Alphonsus Valderus, qui viginti octo annos in Societate cum omnium probatione vixerat: & coadiutor vnus, qui triginta tres.

OROPESAE ita studijs nostri alumni occupantur, vt subinde, cum vacat, ad opida vicina Christiana doctrina informanda excurrant. E schola philosophiae duo adolescentes Societati nomina dederunt, moribus & indole ceteris praestantiores.

TALABRICENSES ciues dolenter admodum tulerunt tantam collegij deminutionem factam. e schola enim tribus, quibus instituebatur iuuentus, vnam tantum esse reliquam. E tanto nostrorum numero, (cum initio viginti fuerint) sensim decrescente, proxime e quatuordecim, repente quatuor tantum superesse. palamq. male coeperunt suis rebus ominari. Quare e tribus ordinis clero, senatu, & nobilitate singulos viros ad exsequutores Illustrissimi Cardinalis fundatoris allegarunt, qui collegij statum exponerent: vectigalia ad tantam tenuitatem deuenisse, vt iam paene euanuerint: ipsum collegium tantum non omnino sublatum esse: obnixe rogare, vt collegij res redintegrentur:

& tanta

& tanta calamitas nos cum dedecore a sua ciuitate auertatur: Qua in re quam de nobis habeant opinionem, & quanti nostram aestiment consuetudinem; operaeq. nostrae vtilitatem pendant, non obscure declararunt. P. Ferdinandus Hurtadus, vir doctrina, & probitate insignis, qui huic collegio praerat, paullo antequam res laberetur, ne sui ruinam collegij spectaret, morbo exstinctus est, magno cum & nostro, & ciuium dolore. quippe quem vix dum nosse & amare coeperant, eo repente orbati sunt. illius mors consentanea vitae fuit, tanta cum omnium probatione actae. P. Rectoris obitum sequuta est mors P. Didaci Mugnotij, qui collegij Minister erat. vir cum multis alijs virtutibus, tum praecipue vera humilitate, & obedientia ornatus. annum exegerat quinquagesimum, in Societate sextum & trigesimum.

OCANIAE duo Sacerdotes vita functi: duo item ad eorum supplendum locum scholastici admissi. Opidum ciuilibus odijs turbatum datur opera vt ad pacem reducatur. De scholis, de conuictorum collegio, deq. Sodalitatibus Virgini dicatis non faciam vt illa iterem, quae superiore anno scripta sunt.

CARAVACAE Sodalicium caritatis, per

nostros iam ante institutum, ad extremam inopiam deuenerat, sed vrbis Praetore, collegij Rectore, & viris primarijs eleemosinas quae, vitantibus, tantum pecuniae collectum est; vt & Sodalicium constitutum, & multis egenorum vsibus prouisum sit.

* * *

Digitized by Google

PROVINCIA CASTELLA.

TRIGINTA *supra quingentos Castellam Prouinciam incoluerunt: Sacerdotes ducenti triginta nouem: reliqui partim coadiutores, partim studiosi. quot in quoque domicilio recenseantur, vbi notatum reperero, prodam locis ipsis. E viuis excessere duo & viginti: admissi sunt tres & triginta.*

DOMVS PROFESSA Vallisoletana, cum reliquis Collegijs.

IN *Vallisoletana professorum domo P. Ioannes Pradanus vitae cursum impleuit, domo Lucronien sis: tres & triginta annos in hac domo confessionibus audiendis operam dedit, & plebi, & nobilitati carus; quod & assiduus esset operi, & aeque vtrique hominũ generi satisfaceret. homo enim septuagenarius primo diluculo in tẽplo*

Digitized by Google

assidebat: & nullo delectu summis, infimisq. pariendis aures praebebat. Obijt & Sacerdos alter, & a fratribus vnus: quorum nomina desiderantur. Ad visitata Societatis munia illud additum; hoc anno vt, nequo die languentes in nosochomijs hominibus, qui se inuisant, & solentur, careant; Sacerdotes certo numero in singulos hebdomadae dies distributi, sua quique vice munus illud obeant, nemo occupationes praetendit, nemo excusat aetatem. quae res, & quia domus hospitales multae sunt, eaeq. plenae aegrotantium: & quia id munus à nostris vnis sustinetur, magnam apud ciuitatem vniuersam probationem consequitur. Sodalitas superiore anno instituta virorum nobilium, hoc quoque anno, circa festum Paschae, pagam, & incertam mendicorum, ac gerulorum multitudinem, qui alioqui confessione carituissent, ad confessionem certa die, certumq. templum corrogarunt; aduocato ad eam rem e diuersis familijs magno Sacerdotum numero. Idem subinde valetudinaria inuisunt, varijsq. munusculis, vt cuiusque afflicta valetudo indiget, laborantes recreant.

VALLISOLETANVM COLLEGIVM septem & triginta incoluerunt: in quibus Theologiae professores tres. Morbi & si non graues, frequentes tamen, & molesti infestum annum habue-

habuerunt: vt e numero non ita valde copioso actioni interdum decumberent. tres in quartanam inciderant. Theologicas gymnasij nostri actiones recens institutus Vallisoletanus Episcopus (nam Vallisoletana Ecclesia, antehac collegiata, postulante Philippo Rege, Romanus Pontifex cathedralem fecit) sua praesentia coboneſtauit. cui ab eo, qui disputationem sustinebat, gratiae sunt actae, & collegij patrocinium commendatum. Philosophica schola superiore anno Anglorum causſa suſcepta, feliciter Dei beneficio progreditur.

IN ANGLICANO Seminario, quod eſt Vallisoleti, decem e Societate alumnis quadraginta quinque praesunt. ex ijs diem suum obiere tres: quorum vnus ex itineris incommodis contracto morbo, exstinctus est. is morti proximus cum crebris animae defectibus prope mentis inops factus esset, postulauit, vt se quam acerbissimis cruciatibus a sopore illo excitarent: quo posset integris sensibus Deum laudare, & suum in illius manum abeuntem spiritum commendare. Sed diuina miseratione factus voti compos, tanto sensu pietatis animam suo conditori reddidit, vt omnibus lacrymas expresserit. Ex alijs viginti seſe noſtris meditationibus exercuere. Vnus Theologiae, alter philoſophiae ſtudijs decurſis, in magna clarorum, doctorumq.

virorum frequentia suas positiones de more in ipso collegio defenderunt. & Theologicis quidē disputationibus ipse Vallisoletanus primus Episcopus interfuit; cum tunc primum vrbem sacrumq. magistratum iniuisset. vt primam illam prope ex suis aedibus habuerit egressionem. Et cum multi vrbe tota, artibus ingenij clari, ad nouum Antistitem ornandum, varia ingenij documenta edidissent; Ecclesiaq. Vallisoletana varia praemia ingenia proferentibus proposuisset, huius collegij alumni pretiosissimum tulere. Et cum hac ad suam Ecclesiam Franciscus Reynosius, electus Cordubensis Episcopus, iter haberet, biduo huius collegii vsus hospitio, tot variarum linguarum orationibus, carminibus, aliisq. litterarum, & doctrinae fructibus exceptus est; vt quae in Anglos beneficia contulisset, bene locata esse & intelligeret, & fateretur. Quatuor egregij adolescentes, grauissimis periculis erepti, incolumes ex Anglia venere. in ijsq. quem superiore anno scriptum, est, reparandae caussa valetudinis in patriam, remissum, in carcerem esse coniectum; indeq. ante Angli Sacerdotis e Societate ereptum esse. cuius reditus incredibili laetitia omnium animos affecit. Igitur factus Sacerdos, ad noua subeunda praelia paratus in Angliam renauigauit, quem quinque alij alumni e Sacerdotio

orna-

bruati; cum Sacerdote vno è Societate sequuti sunt. Missus sextus cum Hispanica classe in portu Calleciae hiemabat; militumq. confessionibus excipiendis, & aegrotis iuuandis egregiam operam praestabat. Duos alios, qui hinc profecti erant, nunciabatur in vincula coniectos, non vulgaris fortitudinis in fidei professione specimen dedisse. Auctum est collegium annua ducentorum quinquaginta aureorum in vicesimum annum pensione, legato Hispalensis negotiatoris.

METINENSE collegium triginta alit capita. Nostrorum opera duo a coniugum caede reuocati. alter quo iure quaue iniuria, proprio consilio eam interficere constituerat: sed nunc, reconciliata gratia, concordi animo cum illa vixit. Alter suam iudicio persequutus, adulterij conuicerat. damnatam poena sequebatur, vt marito interficienda traderetur. is nostris Sacerdotis suasu & supplicium ei remisit, & omne in illam odium deposuit: seq. eam e carcere exemptam ijs legibus ad conuictum admisurum professus est, quas vtique vtiles idem dederit Sacerdos. Scholae Latinitatis sex adolescentes varijs religiosis familijs dedere.

SALMANTICAE sex & quinquaginta degunt: Sacerdotes septendecim; Theologiae studiosi non Sacerdotes quindecim, philosophiae

octo, sexdecim coadiutores. E viuis excessere religiosae vitae laude insignes adolescentes duo, alter Theologiae, dialecticae alter studiosus. horum loco octo egregiae indolis, & magnae exspectationis alios Diuina Bonitas nobis restituit. in quorum vno magna suspensione ciuitatis, & ipsius constantia, & sinceritas Societatis spectata est. Erat hic ciuis Salmanticensis, octo iam menses in tirocinio Villagarciae versatus. cum illius propinqui nouam fabulam comminiscuntur: adolescentem nostrorum callida suasione pellectum, ab suis abductum, in Societate inuitum retineri. His mendacijs Nuncium Apostolicum aggrediuntur. postulant, vt Salmanticam adolescens reuocetur; ac certo in monasterio tantisper collocetur, dum de ipso libera ipsius sententia exquiratur; velit ne Societatis, an illius esse monasterij. cognitio totius rei iudici Ecclesiastico demandatur: in eam rem Apostolicas litteras extorquent. Habita est Apostolicis litteris, ea, quae haberi debuit, reuerentia. Remittitur Salmanticam adolescens: interrogatus, constanter respondet, se in Societate Iesu velle & viuere, & mori, quam sibi sua sponte, nullius suasu, diuino tantum instinctu delegisset. ergo transacta res erat: cum ecce tibi propinqui nouas ab Apostolico Nuncio impetrant litteras, vt inde in monasterium

sterium alterum transferatur. Ibi à fratribus, alijsq. propinquis varie tentatus illorum conficta mendacia, artemq. callide Apostolico Nuncio imponendi magna prudētia redarguit. Laeta ciuitati fuit talis Societatis victoria, in qua non modica illius agebatur existimatio: & retusa est aduersariorum insolentia. Sacra concio in templo nostro hoc anno primum instituta, à maxima & ciuitatis, & Academiae nobilitate frequentatur. nam antea loci angustiae, cancioni locum nullum dabant: eas P. Rector felici initio auspicatus est. Instituta est etiam Parthenia Sodalitas: cuius initia iam duodecim annos ab hinc saepius expetita, ac pertentata, non vltra votum processere, nostrarum aedium angustijs vacua spatia non dantibus. In eam nomen dedere ex ipso nobilitatis flore, & primarijs Academiae professoribus ad triginta. Praefectum legerunt virum non modo claro genere natum, sed prudentiae etiam laude praestantem, & magna apud omnes aestimatione: quicq. semel, & iterum publicae Rector Academiae, id munus magna omnium probatione administrauit. auctus est inde conscriptorum numerus ad octoginta item e selectioribus: in ijsq. Rector ipse bonae toto orbe celeberrimi gymnasij, Patris nostri Francisci Borgiae nepos. qui suo generi, ano maioribus hoc se de-

bere

here intellexit, vt selectissimum cetum hunc, pro caelestis Matris cultui dicatum, suo splendore illustraret. sermons porro circa pietatem Sodalium studium, & in honesta Christianaq. morum reformatione, & sacrorum mysteriorum frequentatione, & in cura suscipienda decumbentium in nosocomijs nullo loco desideratum est. Neq. haec tantum commoda noui laxitudo tulit aedificij: sed nouum praeterea Theologiae gymnasium studiosorum numerum breue magnum allicit ad nos. nam vtraque schola Theologica, & qua S. Thomae disputationes, & qua sacrae litterae explicatur à magno auditorum numero celebrantur. Accessere praeterea ad aedificia laxum triclinium cum culina, & cella penaria: olitorij praeterea horti cum vinidario, & antliis ad irrigationem vtrorumque.

IN ABVLENSI COLLEGIO quatuor & viginti versati sunt, Sacerdotes nouem, e quibus Latinarum litterarum magistri tres, quartus quaestionum ad conscientiam pertinentium interpres. Admissi hic in Societatem coadiutores duo. Magna iactura facta est in P. Ludouico Munesio; qui magno cum huius collegij, nec minore totius dioeceseos damno, cum ad prouincialem conuentum Metinam profectus esset, e vita excessit. Patria fuit Bellimontanus

sanus, veterum quatuor professus, doctrina, & virtute clarus. tres & quadraginta in Societate annos exegerat: in hoc collegio triginta quinque: quatuordecim nostro in gymnasio, magno communi bono & vrbis, & dioeceseos: causas conscientiae pertractatas: vtilis in primis ad hominum animos pertractandos: nobilissimis quibusque, quorum confessiones audiebat, apprime gratus: commune pauperum perfugium, tum eorum, qui in ciuitate, tum qui in agro degunt: nec minus domesticis, quam externis carus: in suos officiosus, misericors in alienos; domi praeceptorum religiosus obseruator: ad quotidianas, communesq. functiones primus; neque afflictationum corporis, quamuis senex esset, neglector. Elatus est frequentia nobilium Metimensium: diuersorum ordinum religiosi funus illius celebrarunt. Abulae quoque non sine graui maerore ciuitatis illi exsequiae celebratae. Sed, vt ad opus veniamus, inducta his proximis annis consuetudo exempla e sanctis historijs e superiore loco enarrandi, adgescit, & nobilitatur in dies. bis quaque hebdomada per Quadragesimam est vsurpata, tanta virorum, ac mulierum frequentia, quanta templi laxitudo est, quae iane est peramplae. Concionibus priuatis non solum admitae sacrae Virgines; sed etiam ita quaedam ad pietatem

inflam

inflammatae; vt de accessione ad virtutem faciendâ crebris litteris nos consulant. Spiritalibus exercitationibus, praeter Ecclesiasticos multos, alios q. huius vrbis coenobiarcas, quidam praenobilis militiae cruce insignitus, & idem huius Senator ciuitatis, eam vitae fecit, morumq. mutationem, vt praeclare in eo excolendo opera posita iudicetur.

PLACENTIAE binae fuere de philosophia scholae: magistri duo Sacerdotes, fratres studiosi quindecim, reliqui Sacerdotes nouem, & fratres adiutores octo: omnium summa ad quatuor peruenit, & triginta. E scholis altera studiorum cursu peracto, duos e Seminario Ecclesiastico clericos, ingenio & diligentia cum primis quibuslibet comparandos societati dedit. Ad religionem piumq. nostri omnium parentis B. Ignatij cultum omnem haec familiam cum alia multa, tum duo illa, quae hic contigere, inflamarunt. In publicas tabulas relatae narrationes erant, quae luculentis testimonijs B. P. N. Ignatij miracula certa testabantur. cum re cognita aegroti aliqui in vrbe desperata valetudine, Sancti Patris nostri ope implorata, supra naturae vim renaluerunt. Haec domi recitata erant. Aegrotabant per id tempus admodum grauiter fratres duo, alter alterum & vicesimum iam diem vehementi confli-

Etabatur

habuit tertiana: bis phlebotomiam, bis pharmachum adhibuerat, nec febris quidquam remittebat, lenta & viscosa corporis temperies & abundans pituita peruicaci morbo diuturnum erat nutrimentum, febris tertio quaque die recurrens, quaternis aliàs alias senis horis horridi algoris spatia anticipabat: quae omnia diuturnum fore morbum minabantur. Vnus è sacerdotibus permotus ijs, quae de Sancto Patre nostro narrabantur, illius imagine accepta, sumptaq; fiducia aegrotum adit, narrat ea, quae tum perlata erant: suadet in coeruum patrem spem conijcias tuam: non defuturum filio, qui alicui praesto fuerit. imaginem supra aegroti caput aptat: recitat super eum S. Marci Euangelium: iubet aegrotum Dominicam orationem, & salutationem angelicam pronunciare, & magnam spem habere. ea nocte solito remissior multa febris accessit. eadem repetita quae nocte sequenti febris erat nouissima. adfuit benigna Sancti Patris manus: febris nulla venit, & aegrotus inde persanatus illo ipso mense, quo corporis vinculis optimus parens est solutus.

Alter post quinque variantium febrium exactos menses, recrudescente morbo, in tertianas omnium quas ante passus esset molestissimus incurrit. coepit idem Petrus de hoc quoque eandem quam de altero, spem habere. Sub ipsum tempus febris

redi-

rediturae adit hominem. indicia iam aduentantis paroxismi praecurrebant, vultus in ore mutatio, & arteriae minax agitatio. Consilio tamen dissimulato, ad aegroti caput collocat imaginem: recitat de more Euangelium: tacitusq. secum diuinum, Ignatio deprecatore, implorat opem. & illo ipso die qui se iam adorientis febris prodromos persensisset, omni prorsus febri, & diuturno morbo ipse nihil cogitans alterius sollicitudine, curaq. liberatur. Munia interim impigre Societatis obita in reconciliandis praecipue dissidentibus, à turpi vita impudicis mulierculis reuocandis, eos fructus protulere, qui cum ab vsitatis dissimiles non sint, fessis iam satietate auribus non videntur inculcanda. Caritas suam in nos continuat beneficentiam. nam, praeter ea, quibus quotidianae nostrae indigentiae subleuantur, ad templi vsum, & ad aedificationem multa contulit. Obijt praeterea iuris consultus, qui ad dotationem sacelli in nostro templo triginta aureorum millia legauit, postulauitq. vt iuxta vnius nostri Sacerdotis, qui quinquennio ante obierat; cuius q. consilio ad animi sui disciplinam vsus erat, suum corpus eodem sacello conderetur. datum est quod petijt: sepulcroq. effosso, repertum est Sacerdotis nostri cadauer, humida obrutum terra, integrum, ac recens, iunctis

adhuc

adhuc manibus, vt si nuper conditum esset.

BVRGIS Sacerdos infimae classis magister diem suum obijt, multis annis eo munere perfunctus. empta vicina nostris aedibus domum locum laxando praebebit aedificio.

DVO & viginti in LEGIONENSI collegio censentur. Discipuli nostrum gymnasium frequentantes plus sexcenti numerantur; omnes fere diebus festis carmine per vrbem catechisticum agmen prosequuntur. eorum multi varias se ad religiones contulere: ad nostrum duo magnae exspectationis summo loco nati germani fratres, matri viduae reliqui, in magnis natu opibus, & suae soboli spes vnica. Prior a Deo vocatus natu minor. quo die ad nostrum coetum est admissus, conuenere cum ciuitatis primoribus magno numero Illustrissimus Episcopus, & e ciuibus minus claris non pauci; partim nostrorum instituto, partim rei nouae admiratione; cum & ex ipso esset nobilitatis flore: & nulla tantae rei suspicio ad hominem manasset. P. Rector vt primum nostra indutum veste generosum adolescentem produxit, vt maledicorum voculae antreuerterent, de tota re ad astantes verba fecit. Eius orationem Episcopus excepit; adolescentiq. gratulatus, magna benevolentiae significatione, nostrae laudes est prosequutus; vsque eo vt me-

destiam nostram oneraret. Inde in Antistitis, & singulorum nobilium amplexus datus adolescens, ut postremo illa facie humanarum rerum se vinculis exsolueret, omnibus lacrymas excussit. vnus ipse inter tot vultus laetitia, maeroreq; defixos erectus & alacer: frater natu maior non iam lacrimas, sed effusum fletum cum singultu dabat; nec vnum quidem in amplexu verbum potuerit proferre. Quid plura, plenus iucundissimi maeroris, pijq. solatij fuit ille dies. flammam inter haec diuini Spiritus, & studium huius imitandi concepit frater alter, quod cum cura diligentiaq. fouisset, ita exarsit, vt ipse quoque omnibus se humanis vinculis exsoluere decreuerit, & vrbissimis cum Christo nexibus constringere. Ad eum Hispanico more hereditas peruenerat ex asse, quae, tanquam feudali iure colligata, distrahi nec poterat, nec cedenti ipso permanere in familia: sed ad proximum eiusdem cognationis erat deuoluenda. In eius possessione iam decimum tertium a patris obitu haerebat annum, vectigal annuum praeter fundos duorum millium ipsi & ducentorum aureorum pensitabatur. omnia haec praeclaeste hereditate egregius contempsit adolescens. sed quia arduum erat ad optatum nostrum peruenire, inde auxilium petere constituit, vnde maxima timenda impedimenta, & mole-

molestissima fuerunt. Vnicus iam filius matrem viduam sui facit consilij certiorem; ad Societatis Patres allegat; vt illa interprete, ac deprecatrice, sibi liceat, humanis iuribus relictis, se totum diuino famulatui addicere. Mater quae filios ab ipsis incunabulis per omnes aetatis gradus non minus piis monitis, & cultu pietatis, quam alimentis corporis ad eam diem educarat, maerore omni, humanoq. sensu superato, strenue rem exsequitur. magnoq. animo pia filij vota suis commodis omnibus, suoq. dolori antepositi. neque se orbari filijs, fortunisq. exturbari solum passa est, sed etiam ipsa tanti suae familiae damni administra, & sequestris esse maluit, quam suis consilijs non diuinam voluntatem anteferre. quare, vt mater illa septem martyrum, laetius sibi duxit suorum viscerum pignora sua consuetudine, & praesentium rerum felicitate, quàm sperata caelestium bonorum haereditate priuari. Egit igitur cum P. P. Visitatore, & Prouinciali tam sexto, tantaq. efficacitate, vt obstantes difficultates omnes superauit. Incidit illa interim in morbum: & cum Patres adhuc cunctarentur, misit qui iis significarent; ni propere in Societatem filium admittant, futurum vt ipsa aegritudine tabescat. Hac denunciatione omnis cunctatio subiata: & filius factus voti compos, &

mater aegritudine, morboq. liberata; vniuersa matris, filiiq. animi magnitudinem admirante ciuitate. Extitit & extra vrbem fructus operae, nam excursione quadam, praeter cetera, hospitalis domus aegrotis, & peregrinantibus excipiendis restituta est, nisi si quis dixerit de nouo institutam, Testamento viri locupletis erat designata: sed hominum negligentia, lapsu temporis res omnis antiquata; nostrorum tamen opera hac excursione in lucem & cognitionem reuocata, ac dum Legionensis Episcopi iussu rationes aut annorum cognoscuntur; pecuniaq. pro opibus exigitur, nostri, comitante Magistratu, opidi familias singulas obeuntes, tantum supellectilium corrogarunt, ac pecuniae, vt commodo apparatu hospitium instrueretur, & officiosa in egentes caritas exerceretur.

ACCREVIT VILLAGARSIAE numerus nostrorum. ad capita enim quinquaginta peruenerunt. quorum vndecim sunt Sacerdotes, nouicij viginti tres, sexdecim coadiutores. Morbis multorum est tentata valetudo: duobus tantum tironibus erepta vita, quorum alter Sacerdos, & diuinis literis instructus fuit. Admissi hic ad nostrum institutum quinque: tres studijs, duo laboribus domesticis destinati. Scholae humanitatis quadringentorum auditorum

porum numero celebrantur. Caesaraugustanus Archiepiscopus suos consanguineos bis in scholis erudiri voluit. idem fecerunt Zamorensis Episcopus, alijq. optimates e circumiectis ciuitatibus, huius gymnasij, modestiaeq. disciplinae fama permoti. Aedificatio strenue vrgetur. cella ad sacrarum custodiam sumptuose structu absoluta. ad reliquum opus prosequendum Illustrissima Magdalena Vlloa, clara trium collegiorum fundatrix, mille aureos annuos assignauit. Eadem, qua est animi magnitudine, & munificentia cum Reginis comparanda, ad multa suae liberalitatis tum in alios, tum praecipue in nos officia, ad ornatum templi amplo munera adiecit, mille & quingentorum aureorum aestimatione.

VTINAM OVETENSE collegium nihil aliud suppeditaret ad scribendum, nisi id genus res, quae in ordinem rediguntur: nec nouitas triftem materiam praeberet. Graue damnum passi sumus in P. Garsia Alarcone. qui, postquam & aetatis imbecillitatem, & inualetudinem excusasset, iussus nihilo minus hanc prouinciam Visitatoris munere inspicere, peragrata iam Nauarra, Cantabria, Castellaq. vniuersa, Septembri mense exeunte, Ouetum cum peruenisset, constituerat hic modica aliqua quiete contentionum cursum tantisper interrumpere,

dum ſe colligendo, tranquille noſtrarum medi-
tationum frueretur; & vniuerſum culparum
expiationem de more, Viſitationum tempo-
re conceſſam, conſequeretur, cum ecce ſibi pri-
die diei S. Franciſco ſacri repentino frigore hor-
reſcit; quod vehemens febrium actus conſe-
quitur, omnem tum medicae artis, tum natu-
rae vim ſuperans, ſeptimo die hominem ex-
ſtinxit. Boeticam Prouinciam iam ante obiue-
rat, eratq. obita Caſtella, etiam Toletanam o-
biturus: ſed laborum eius curſum praecidere, &
praemium repreſentare ſummus ille Agonothe-
ta iam decreuerat. Vir inſigni manſuetudine
fuit, animiq. demiſſione tanta, quanta in magno
ob prouinciarum theatro, in quibus magnis in-
rebus verſatus eſt, ſpectata eſt. Is vere cum
primis antiquae noſtrae ſocietatis proceribus
conferri poſſit. Et cum eſſet in opere ſtrenuus,
& impiger, tranquillum tamen ſanctae contem-
plationis receſſum ſemper adamauerat. cuius
rei cauſſa etiam inter multas, & graues occu-
pationes locum tamen per longa ſpatia ſanctae
quieti inueniebat. Miſſae ſacrificium ſecreto
fere in ſacello peragebat, ne quemquam ſpecta-
torem haberet lacrymarum. Laborum, & inue-
diae rara patientia, qui cum itinera per va-
ſtas, & à cultoribus deſertas haberet ſolitudi-
nes; & in quibus ad hoſpitia, praeter tecta nul-

quidquam

quidquam reperiunt nullum tamen, quod alij faciunt, ad victum commeatum secum ferrent, fortis incommodorum omnium perpessor. Quantu vero in rebus agendis & acquitate esset, & prudentia, ipsa, quibus magna cum laude perfunctus est, munera declararunt: nam, praeter ea, quae gessit in Hispania, annos duodecim rerum Hispaniensium P. N. Generali Assistens fuit à consiliis. Obijt anno, quam venit ad Societatem, tertio & quadragesimo, aetatis suae tertio & sexagesimo. funus cohonestarunt Episcopus cum Canonicis, & trium, quae in hac vrbe sunt, monasteriorum religiosi viri.

DVOS adhuc & viginti NVMANTI-NVM aluit collegium. Sed, Diuinae bonitatis gratia, futurum videtur, vt multo in posterum plures possit alere, perampla auctium haereditate perillustris viri Ferdinandi Padilla & Oxomensis Ecclesiae Prioris. Amauit hic Societatem viuens: moriens re suum amorem declarauit: censum vniuersum Numantino collegio relinquens, nulla fundationis facta mentione, onere nullo imposito. Cui tantae liberalitati vt satisfaceret P. Visitator, nomine fundatoris nomen dedit. ex ea enim haereditate collegium ducatos mille annuos percipit, praeter fundos coemptos, & pecuniam in fructus collocatam: Ita fore est in posterum, magnum

Digitized by Google

operarum numerum, in omnes circa oras missendarum alium iri.

EX AREVALENSI collegio in opido, quo missionis nomine Socij duo venerunt; dum strenue versatur in opere P. Antonius Viuarius, ex continenti, & indefesso labore morbum contraxit, quo breui exstinctus est.

IN LVCRONIENSI collegio tres & viginti sunt. Sacerdotes undecim, frater unus infimae scholae magister, reliqui coadiutores. Obijt hic P. Petrus Leo, vir bis solamen nobis virtutum exemplum, vir insigni modestia, mansuetudine, charitate ornatus. nihil in illo homine non laudares: assiduus in opere, & indefessus. nam & diuini verbi praedicator ordinarius erat; & tamen confessionibus audiendis multam operam ponebat. concliones paratiles, omni inani purae apparatu, quibus & alia multa vitia sublata: & vnum maxime, quo bonis omnes offendebantur. idq. brevitatis causa ne in litteris quidam prouinciae narretur.

POMPEIOPOLI Patres octo cum fratribus quatuor morantur. Praeter operam in urbe cum primarijs quibusque, & in vicinis opidis, variis excursionibus nauatam; Sacerdos vnus ad portum S. Sebastiani, incolis, & commercio celebrem, accitu Episcopi nostri, quo tempore per illas oras fedè lues tum magna

morta-

mortalium strage grassabatur. potestate sibi ampliſſima ab Antiſtite permiſſa, quanto impiger proximorum ſalutis adminiſter morbidis, moribundisq. adiumento fuerit, prudens quilibet facilae conſiciet. Vtilia praeterea multa ſtatuit, quae magnae erant offenſioni: ductaq. inde Antiſtitis eſt in nos benenolentia. Neque animis ſolum, ſed etiam corporibus prouidentia, & liberalitate Illuſtriſſ. Antiſtitis opportunam opem tulit; magna vi pecuniae, quam Antiſtes ſubmiſerat, proinde admodum, fideliterq. diſtributa. Res multorum ſermone celebrata. laudata in primis pia Pontificis benignitas in ſuppeditando; tum in diſtribuendo Sacerdotis aequitas, & fides. Quinctum iam menſem inter ſtrata morbidorum corpora, omni admodum contagij ſuſpitione liber, verſabatur.

VERGARAM ONNATENSE collegium poſt longam deliberationem tranſlatum eſt. ita auctus & noſtrorum numerus, & cenſus, duobus quaſi ſemicollegijs in vnum collegium coalitis. Excepti Onnatenſes ſocij a Vergarenſi ciuitate magna laetitiae ſignificatione: maioreq. excepti eſſent, niſi timuiſſet ciuitas vicinae & amicae ciuitatis offenſionem (diſtat enim Vergara ab Onnate nō plus leucis duabus) ne de Onnatenſium maerore triumphare videretur. Auctus igitur, ac prope duplicato ope-

rarum numero, duplicari quoque opus cum fructu, & in vrbe, & ad omnes circa populos necesse erit.

COMPOSTELLAE triginta commorati sunt: Sacerdotes duodecim, artium liberalium studiosi fratres decem, coadiutores reliqui. Vitae diem clausit coadiutor vnus, & totius paenae regionis maerore P. Alphonsus Vaca. fuerat enim & apud ciuitatem, & externos magna reuerentia: cum & in vrbe, & in omnibus circa locis, etiam incultis, ac desertis omnium ordinum hominibus apprime vtilis. par enim fuit illi felicitas, & in reuocandis à vitijs hominibus, & egestate laborantibus subleuandis. quasi enim virgula diuina suppeditante nunquam illi defuit, quo varias egestates subleuaret. quare in eum prope vnum in maxima annonae caritate inopes respiciebant. Virginis Matris cultui fuit apprime deditus: per eamq; se multa arcebat impetrasse ijs, quorum confessiones audiebat; eiusq. dies festos semper sibi laetos decurrisse. ad extremum videtur illud quoque consecutus, vt eius Praesentationi sacro die caelestis ipse quoque in templo suo praesentaretur conditori. Obedientiae tam fuit studiosus; vt nullum vnquam quãuis arduum imperij detrectarit. Laboratum est hoc quoque anno annonae ca-

caritate: ingensq. è vicinis pagis egenorum multitudo ad vrbem confluxit. quibus in vtroque homine iuuandis diu, multumq. laboratum est. Narratio exemplorum è sacris historijs eo & fructu, & frequentia continuatur, vt instar iustae concionis sit. Cum Pontificij Iobelei expiatio peragereturr, adijt ad nos homo rusticanus ingenij non bebetis: qui multos annos grauium peccatorum magnum numerum annuis confessionibus preterijsset, callidi hostis vafritie delusus. Narrabat enim, cum aliquando aegrotaret, peregrinum hominem ad se adisse; omniaq. quae admisisset scelera sibi commemorasse sigillatim; quaerentiq. medicinam respondisse: Si mihi aliquid eleemosinae dederis, omnia tua crimina elueris: tum se peregrino argenteam pateram dedisse: peregrinum sibi affirmasse; non esse amplius peccata illa, quae illa benignitate expiasset, confitenda: quod si faceret, grauiter apud Deum offensurum, quem sibi illo munere propiciasset: se illi credidisse; propterea q. longo tempore illorum confessione abstinuisse. Sed Dei tandem beneficio nostrorum sermone versutiam diabolicam edoctus, animi sui saluti integra culparum omnium confessione consuluit. voluitq. ad institutionem aliorum omnem huius fallaciae seriem omnium sermone euulgari.

MON-

MONTEREGALENSE collegium viginti duos alnit, Sacerdotes octo, reliquos partim aut philosophiae studiosos, aut Latinitatis magistros, partim domesticorum laborum adiutores. Praeter pueriles, duae hic sunt scholae graviores, de conscientiae casibus altera, altera de philosophia. Scholâ elementariorum trecentos numerauit, numero, ob temporum difficultatem valde imminuto.

IN SEGOVIENSI totidem, quot in Monteregalensi numerantur: Sacerdotes quindecim, coadiutores reliqui. Duo hic robusti iuuenes ad domestica munia in Societatem sunt admissi. Bis quaque hebdomadâ per quadragesimam e sacris historijs narrationes explicantur magno hominum concursu, quae psalmus quinquagesimus cum diuerberatione consequitur. tantusq. est se caedentium numerus, vt non nisi binis vicibus, saepe etiam ternis explectur. E scholis octo se ad varias religiosorum familias contulere.

E COLLEGIO MONTIS FORTIS cum Hispanica classe, quae Angliam petebat, profectus erat P. Franciscus Davila, Rector parum fausto incepto. Nam classis aduersa tempestate, in eundem, vnde discesserat portum reiecta aegre se recepit, classiarijs multis desideratis, partim mare mersis, partim morbo extinctis.

linctis. P. Franciscus Xsi torram tenuit: incolumis, paullo post tamen, partim maris iactatione vexatus, partim continenti labore morbidorum audiendi fatigatus in morbum incidit. qui ita hominem afflixit, vt ad collegium redire non potuerit. Columnae igitur subsistere coactus est: est id vrbi nomen ad portum Brigantinum. Lemensis Dynastae coniux clarissima, re cognita, misit confestim, qui hominem inuiseret; & medicamentorum, ac lautiarum genera multa comportaret; quibus & depelli morbus, & confirmari posset valetudo. qui cum eo venisset, Pater humanae iam naturae debitum persoluerat. Vir facillimis moribus, & officiosa natura omnibus apprime carus: & qui omnium cum domesticorum, tum externorum probatione huic praefuerat collegio. Franciscani Patres illi in suo templo honorificum funus procurarunt. qui superiore anno duos item alios e nostris sacerdotibus, pari casu afflictos, exstinctos eodem honore tumularant. Illustrissimi Cardinalis Hispalensis liberalitate & collegij aedificatio crescit, & collegium ipsum multis quotidie donis augetur.

SANCTANDERAE pestilentia laborauit. Nostri, dum morbo affectis opem ferunt

runt, duos ex contagione amiserunt, P. Alfonsum Parracem, & P. Franciscum Cannobium, qui cum in pio opere iuuandi morbidos consumpti sint; spes est, has huius noui collegij primicias magnas vtilitates à Diuina bonitate impetraturas.



PRO-

Digitized by Google

PROVINCIA BAETICA.

PROVINCIA Baetica in professa Hispalensi domo Sacerdotes habuit duos. & triginta; cum coadiutoribus viginti nouẽ in eiusdem vrbis collegio Sacerdotes viginti tres; scholasticos viginti nouem; coadiutores viginti duos: in Anglorum Seminario in eadem vrbe Sacerdotes quinque, totidem coadiutores: in Cordubensi collegio Sacerdotes viginti sex, scholasticos quindecim, septendecim coadiutores: in Granatensi Sacerdotes vnum & viginti, duodecim scholasticos, coadiutores quinque & viginti: in Montillana Sacerdotes tredecim; e quibus tertiani erant quatuor, vndecim coadiutores veteranos: in tirocinio porro, in eadem sede, nouicij duo & viginti scholares, decem coadiutores de temporali: in Malacensi decem Sacerdotes

cerdotes, scholares duos, vndecim coadiutores: in Triguerensi nouem sacerdotes, coadiutores decem: in Barzano sacerdotes sex, totidē coadiutores: in Astigitano octo sacerdotes, scholasticos duos, quatuor coadiutores: in Xerensi octo sacerdotes, adiutores quinque: in Cazorlano Saacerdotes sex, coadiutores septem: in Gaditano sacerdotes quatuor, sex coadiutores: in Marianensi sacerdotes sex, coadiutores octo: in Vbedano sacerdotes quatuor cum coadiutoribus duobus. E quibus summa colligitur Sacerdotum vnius & octoginta supra centum, scholasticorum duorum & octoginta, coadiutorum centum septuaginta octo. Porro e sacerdotum numero sexaginta quinque quatuor votorum sunt professi, trium decem, formati spirituales adiutores viginti quatuor. Theologiae praeterea professores octo, sex philosophiae, Latinarum literarum septē & viginti. Omnium summa ad vnum & quadraginta supra quadringenta capita ascendit.

DOMVS PROFESSA Hispalensis, & Collegium.

IN Hispalensi Professorum Domo viginti quinque Sacerdotes audiendarum confessionum continuis fere in operis versantur. Fru-

ctum

tam frequentia sacra mysteria obeuntium testatur. Missem enim ferme singulis hebdomadis numerantur. celebrioribus vero diebus duplicatio numero, & officiosae sedulitati respondet abunde ciuium benignitas: vt vitro paene non rogati omnia suppeditent, & ad victum, & ad templi cultum. Die Circumcisioni Christi sacro sacram Dominicanorum familiam, & cum ipsis summum vniuersae familiae Magistrum, qui forte per id tempus hoc egebat, ad nostrum templum inuitauimus. Venere frequentes. Missae sacrum ipsi solemni ritu peregere. Vnus de Iesu nomine, cum summa nostrae Societatis laude concionem habuit. Supremus eorum Antistes, eiusdemq. familiae honoratissimi quique Patres, doctrina & religione praestantes, nobiscum eo die mensam inmere.

Morbi & graues, & diuturni, qui vrbem infestum habuerunt, collegium quoque Hispalense afflixerunt; aestate praesertim, & autumno. quibus extinctus est P. Christophorus Vergara, philosophiae professor. vir ob morum suauitatem, doctrinam, & vitae sanctimoniam omnibus carus. Discipulorum numerum primo vertente acerbi morbi aliquantum imminuerunt. Sed qui scholae Philosophiae, ac Theologiae

logiae frequentarunt, eas inter se exercitationes habuerunt, quibus quasi privatis scholis locos omnes in vtramque partem disputantes pertractarent; vt non discentium, sed peritorum conventus haberi viderentur. E Beatae Virgini dicato Sodalicio multi se ad arcta religiosorum coenobia, tres ad Societatem contulerunt. Reverendissimus Dominicanae familiae Magister Generalis collegium quoque invisit. orationem a Rhetoricae magistro, & à sacrarum litterarum interprete plenam doctrinae disputationem audiuit: quibus & eius familiae laudes egregiae explicatae sunt; & supremus ille honor familiam amplissimam tanta cum laude regendi dignis encomijs exornatus. Domi postmodum mensa, & inter mensam Latina oratione, & carmine de iisdem laudibus, & à prandio eleganti dialogo, Rhetoricae studiosis agentibus, exceptus est. In multos dies multorum sermonibus totius Ciuitatis laetitia celebrata. Eodem apparatu & alij viri principes, cum collegium inuiserent, saepius excepti. Gymnasij fabricam breui absolutum iri speramus. In praedio, quo ad animi remissionem vtimur, villa exstructa est: prolatisq. aedificij spatijs, quinta ad quatuor priores mole adiecta annuum etiam auxit collegij vectigal.

COL-

COLLEGIVM Anglicanum.

ANGLORVM alumnorum numerum in eorum Seminario auxit hoc anno cadiana lanata habitatio, ad septuaginta enim peruenerunt. ex ijs Sacerdotes ires in Angliam ad copiosam illam aeruminarum messem sunt profecti. sed prius magno cum illorum bono & fructus augmento nostris meditationibus exculti. Horum loco viginti duo adolescentes sunt admissi, partim ex Andomarensi seminario, partim ex varijs academijs Anglicanis. Viginti quinque studia philosophiae sunt aggressi. De alumnorum probitate, egregia indole, & studio, ardoreq. ad virtutem, & doctrinam capessendam; item de Principum virorum, atque adeo omnium ordinum erga hanc iuuentutem fauore, ac benevolentia; & qua ratione ad suae gentis homines iuuandos, qui huc veniunt, se conferant, eadem, quae superioribus annis nota sunt, his quoque literis scribi oporteret; nisi esset festinandum, & satietas vitanda. Illud tamen vt plenum admirationis omnino mittam. Ex ijs, qui huc appulsi eiurarunt haeresim, puer fuit annum vix duodecimum attingens, ab Illustrissimo Principe Ioanne

Andrea Auria missus, vt vna cum aetatis eiusdem aliis catechismo institueretur. erat hic non modo erroribus imbutus, sed ita in locis controuersis subtilitate disputandi exercitatus, vt cuiusuis mediocriter eruditi argumenta facile eluderet. ac ne congressum quidem nostrorum formidabat, quin etiam, vt est aetas improuida, profundae incipax doctrinae, ijs, quae didicit aequo confidentior, non dubitare se aiebat, quin si Anglicorum sibi bibliorum fieret potestas, catholicos omnes delirare luce clarius ostenderet. Laudanda in puero ingenij alacritas, & confidentia aetati condonanda. fuit igitur cum veterano Sacerdote, nempe hinnulus cum Leone, committendus. neque omnino iners primum, aut alterum sustinuit impetum argumentorum. sed postquam, validioribus ictibus petitus, suis se laqueis sensit irretitum, eodem vsus ingenij acumine ad dissipiendam, quo ad impugnandam veritatem vsus erat, pudore & lacrymis se victum fassus, indoluit nullam sibi religionem superesse: quod falsam Anglicanam sibi extortam esse intelligeret, & veram nondum Romanam didicisset. Ita paucis diebus haeresi abiurata, Ecclesiae catholicae adiunctus, mirum quam sit in pietate colenda studiosus; quam in precibus assiduus; quanta interfit attentione Missae

sacro: quam in confessione obeunda accuratus ardens in primis ad gentiles, & amicos ab erroribus ad eundem religionis cultum adiuuandos. & quanto ante odio detestabatur, tanto nunc Romanum religionem studio, veneratione q. prosequitur. Sed, vt ad alumnos reuertamur, obiere ex iis viri insignes. Astue, portu huius orae, Sanlucar vulgo nominatur; vbi tres Angli Sacerdotes degunt. ad eos excipiendos, qui Audomaro in Hispaniam, & qui ex Hispania in Angliam se referant; & iis iuuandis, qui e variis nauigationibus appellunt, mortuus est Ricardus Tornus: cuius pater bis proximis annis Londini Praetor fuerat, ipse Romani, Vallisoletani, & Hispalensis Seminarij ante alumnus. Vir iuuandi proximos apprime studiosus: creditur q. assidua audiendarum confessionum contentione morbum contraxisse; qui sexto illi die mortem attulit. Elatus est magno tum Anglorum, Hibernorum, Scotorum, Gallorum, Italorum, & Hispanorum maerore; quorum omnium vtebatur idiomate, & iis iuuandis praesto erat. Dux Medinensis, vt viuenti magno fuit adiumento, ita vita functo, vt omnium iudicio dignus erat, funus quam honorificentissimum illi procurauit. Obijt praeterea in hoc collegio insignis probitatis adolescens, & exspectationis non vulgaris

Henricus Clyton. qui vt quantum lumen illo extinctum sit coniiciatur; quo germine sit natus ſi referam, non erit ingrata legentibus digreſſio. Pater prouinciae Lincaſtriae Praetor fuerat, Dynaſta ipſe in primis nobilis, & opidorum quatuor dominus legitimus: is ob fidem catholicam ornamentis, ac bonis omnibus ſpoliatus, in tetrum carcerem cum facinoroſis coniectus, aerumnis, & ſqualore confectus, moriens, animi, quam nunquam amiſerat, libertatem eſt adeptus. Mater poſt biennium in matrimonio tranſactum, marito viduata, reliquam aetatem perpetua viduitate pie, ſanctèq. traducere decreuit. Suis opibus Sacerdotes e Societatè, & Seminariorum alumnos, qui in Anglia in diuina cauſſa laborant, ſuſtentabat: magnumq. eorum numerum perpetuo alebat diem totum precibus, & pia lectione traducebat: Miſſae ſacro quotidie bis, terue domi ſuae aſſiſtebat. Afflauit tandem ad Reginam, Regiumq. conſilium tantae aura religionis. decernitur, vt in vincula coniiciatur. Sed viri nobiles; quamuis haeretici, dignitate tamen feminae permoti, rem odorati, eam clam periculo ſubducunt. Reginae tamen, & Guilielmi Caecilij decreto, illius bona proſcribuntur, modica illi, ad tuendam vitam parte relicta, quae etiam vt publicetur in dies, adhuc aequiſſimo

exſpe-

exspectabat animo. Interim de filio, quem ex eo num procrearat, ne depraueretur sollicita, vi decimiam annos natum ad Auidomarense Seminarium mittere constituit. Et quoniam ciuitates custodijs clausa tenebantur, consilio cum Sacerdote nostro communicato, per deuia, & secretos Londinum misit, vbi nactus Sacerdotem, confessionis, & Eucharistiae Sacramentis communitus, vestitu nautico conscendit, in Belgasq; traiecit. Auidomari biennio in Latinae linguae studijs, & rhetoricae consumpto, nauigauit in Hispaniam: multis tamen, ijsq. grauissimis incommodis perfunctus. cum enim eum corpus, algoris insolens, incredibiles inter nauigandum aerumnas excepisset. Hispalim cum veniisset, ne philosophiae studia aggrederetur, sex menses inerte tum pietate, & admiratione omnium traduxit, vt quod de S. Stephano legimus, omnes vultum eius intuerentur tanquam vultum angeli stantis inter illos. sexto demum mense morbo prostratus ex his miseriis ereptus est. Ad mortem se plenarium iubileo comparauit. cuius qui confessionem Sacerdos excepit, comperit, ipsum à baptismi lauacro ad eam diem pudoris integritatem conseruasse. Hunc sequuti sunt alij duo, generis nobilitate, studio pietatis, & aetate pares, Brianus, & Ioannes Cepernus. Brianus cum

fratre, & custode Sacerdote à patre missus in Hispaniam, religionis hauriendae, & percipiendae doctrinae caussa in hoc collegium cum fratre admissus biennium egit, tanta in utroque studio diligentia, vt diligentissimum quemque superaret. vterque autem Brianius, & Cepetus è continenti, intentaq. corporis assiduitate in phtisim lapsi, consumpti sunt.

COLLEGIVM Cordubense.

ECORDVBENSI collegio peregre mortuus est P. Ioannes de Frias, multa vitae sanctitate, & insigni concionandi munere ornatus. Sermo in eo neque à communi orationis genere abhorrens; at sententiae mire in hominum sensus influebant; vt, quocumque velles auditorem raperet. cuius quo magis aetas ingraueſceret, eo dicendi contentio vehementior; cum praesertim locus postularet, vt inolita essent aliqua vitia è moribus hominum reuellenda. Missus Astigum cum in religionis cultu non eam inuenisset rerum faciem quam ipsius conciombus ciuitas ante induisset, exarsit in diuina caussa ardentius. ac dum in lapsos hominum mores, subortaeq. pranitatis contentius inuehitur, quam acutis vires ferue

pos-

possent, ex incisa vena largo profluuio sanguis erumpens, nulla medicorum arte, cum tenta rentur omnia, sisti potuit. Ita vir egregius, dum vitia corrigere contendit, inter ipsum opus vitam cum sanguine profudit. Cordubenses cives, (vt quantus vir fuerit hinc intelligatur) sumus ei amplum extare decreuerant. sed retinuit Societas, & communem tenuit nostrae consuetudinis modestiam. Obijt praeterea Cordubae optimae spei adolescens frater. In fructibus operae, cum multi sint, illud insigne commemorari potest. Mulier liberiore vita generis nobilitatem dehonestans, nostrorum monitis tandem se reflexit, & tanquam pernitioso excita veterno, totam se à voluptatibus ad paenitentiae contulit officia. Nostri gymnasij discipulus totus eras à pietatis studijs, officijsq; alienus, iniecta est homini mens diuina in secreto, more nostro, meditandi. admissus intra nostras aedes, cum se iusto diei spatio exercuisset, ita est immutatus, vt omnibus exemplum esset imitandum. frequens nosocomia adibat, omniaq; aegrotantibus officia praestabat: in orationis studio intentus erat. aer quoque bubdomadae flagellationem vsurpabat: ter item suo se demenso defraudabat, vt eò egentes recrearet. Ipsius exemplo, monitisq; domestici omnes paratae totius vitae via

confessione expiarunt. Videtur confessionem properandi longum, quod reliquum erat, vitae cursum, breui compendio festinando confecisse. Nam lapsus in morbum, tum ad vitae finem peruenisset, domesticos ad se accersitos, singulos manu prehendens, magno diuini amoris zelo obtestatus est, ne vnquam vllo se mortali crimine obstringerent. Morti proximus magnam cum infernis accusatoribus visus est altercationem sustinere; cum illorum responderet accusationibus, crimina partim refellendo, partim negando, alia fatendo) sed diuinae misericordiae iura attestando, ea & confessione, & lacrymis eluta esse. Ad extremum, modica interposita quiete, custodem angelum salutauit, imprudentiamq. quod praescientem non ante vidisset, & sibi conspicuus diu adhaesisset, excusauit. conatusq. brachia collo eius circumijcere, in eo conatu expirauit. cum antea & diem, & horam, qua ad Dominum suum (sic ille loquebatur) proficisceretur, praedixisset. Illius studia & mores Parthenij socales omnes magna cura imitantur. Sunt philosophiae, ac Theologiae studiosi quinquaginta: clerici vero, & viri nobiles octoginta. Sed gymnasium totum qui frequentant, omnino nongenti numerantur. Immisuit nostri subinde nosocomia magno nobilium virorum consensu, exquisitas dapes, ac

grotis

protib. afferentium, ijsq. nudo capite, flexis genibus ministrantium. Et tarrere praeterea multis inopes infirmorum opera exempti sunt, partim pecunia illis mendicato conquisita, partim à creditoribus remissione impetrata.

GRANATENSE & reliqua Collegia.

IN Granatensi collegij templo seorsim, saepe etiam plures sacerdotes audiendis paenitentibus vno sufficiunt. Aegrotans de potestate mentis erectus, furensq. & vndique familiarium manibus elapsus foras prosiliebat, graui, sedatoq. nostri sacerdotis sermone mansuefactus, recitatoq. Matris Euangelio, cum ad verba illa ventum esset: Super aegros manus imponent, & bene habebunt: ad se redijt, domumq. reductus, tandiu mentis compos fuit, quoad integre obita confessione, tam parum absolutionem est consequutus. Mulier proiecti pudoris cum in turpi vitae genere multos multos traduxisset, in morbum lapsa, cum se venire sensisset ad extrema, conscientia scelerate actae vitae in maerorem, & ex maerore in desperationem tandem deuenerat, vt de confessione ne verbum quidem vllum ad aures admitteret. Allocutus è nostris vnus aegram, diuina

uina miseratione, ad spem veniae erexit, & ad confessionem peccatorum, quibus absoluta, sensualium corporis solutur crapula. Discipulorum pietas crescit in dies, eorum fervoribus, iactis virtutum fundamentis, variis se religiosorum coenobijs incluserunt: tres in Societatem sunt admissi. Virgranea multi domi nostrae se sacris meditationibus exercuere. ex ijs vnus Theologiae doctor, nihil ait sibi totavita fructuosius expertum esse, quam Cartusianorum doctor Carthusianam religionem iniuit. Aucta auro, argento, sacra templi supellex: res familiaris quadrigenis in annos singulos farinae modijs, quoad agrorum vnda illi parcipientur, vixeris possessor, post eius mortem agrorum ipsis ad collegii fundum accessuri.

Crescit MONTELLAE cum eorum, qui ad pia colloquia conueniunt, tum maxime pietas discipulorum. horum sex in Societatem sunt adlecti.

IN XERENSI COLLEGIO diem suum obiit P. Martinus Gomez audiendarum confessionum strenuus administer.

GADIBVS, praeter operam praesidiarijs praestitam, militibusq. alijs in expeditionem paratis, Regiae quoque triremes huc appulsae, segetem nostris laborandi, segetem attulerunt. eum & miles, & nauticae turbae, cum animi, tum

corpo-

corporis morbis variis laborantem. & fuit ad vtrumque malum subleuandum nostrarum operarum expeditus. Puero iuuenem arripuerat quum tum bona institutione ad pietatem profectum, vsque probitas declinauit. quia facilerato adhuc vna oppressus incautus; ne pugione quidem ad pectori admoto, adduci potuit, vt aduersus nefariam violentiam, aut nouercantibus, aut vociferatione flagitium non prodentes: certius sibi ante ferro pectus perfodi, quam pati violari pudicitiam. sed concursu hominum nefariam scelesti cyclopis manum euasit. Consilio, vt in tanta superiorum anni calamitate tutum libertas in nos malum cum pecunia non adimerunt: qua & vultum, & campanum aes, & chorum in Ecclesia restituerentur.

TROIEREMSIS collegii templum ad tectum iam perductum, spes erat, maiorem ad nos sacramentorum causa ventitantium frequentiam fluxuram. Duo hic grauissima, difficilisque dissidia sedata. quae licet a quotidianis distare videantur, ea tamen referre non est operae.

VBEDAE item magnae discordiae compositae: & ad clericos de conscientiae iure schola instituta, ter quaque hebdomade explicatum ter item per Quadragesimam inductae verborum, & breuis ad eam rem alicuius historiae narratio.

Obijt

Obiit ANTIGI P. Simon de Esquinel, collegij Rector, prudentia, & pietatis laudibus insignis. Sumsit sibi diem suum imminere, & si adhuc integer, & validus. Quare cum collegij provisionibus, collectis subductisq; rationibus omnibus, rei familiaris statum ordinavit. Sciscitanti, cur id faceret eo tempore, respondit, breui sibi esse moriendum: morbo inde correptus septimo die exstinguitur. cum interim, dum afflictaretur animus de diuinis rebus sermonem habere nullum vellet. Ad exstinctis cadauer deferendum, & de more venerandum vniuersa ciuitas confluxit. multiq; primarij viri vberrimas lacrymas dederunt. Eius funus, praeter ciuium frequentiam, religiosorum familiae vniuersae vna cum clero celebrarunt. In vrbe porro, ubi ra munia magne cum ciuium vtilitate, & Societatis existimatione obeuntur. Scholae a frequenti iuuentute celebrantur. rei vtilitatem eruditi viri cum admiratione commendant. nec animum benignitas desiderat. largis enim frumenti, ordei, oleiq. eleemosinis non inquarunt.

Fuere praeterea singulorum collegiorum multae, & variae, sed in primis frugiferae Missiones. de quibus non quid scribendum, sed quid nouum sit exquiras. quotidianus iam docet vsus, quam sit vtilis strenuarum labor operarum

rarum; & quantopere sua ope Diuina prouidentia nostros promouere conatur. Sed illud silentio praetereundum non est, quod in Bellacae cum Duce de Vexer gestum est. Magna inter ipsum, & eius diuionis populares, & diuturna controuersia agitabatur. Viginti ipsos annos in iudicijs causa versata, ingentes fortunarum iacturas, maiores attulerat dissensiones animarum: nec qua via res componeretur, apparebat. Diuina tandem ope nostrorum opera ita sublatae lites, vt vtrique parti satisfieret, & Dux cum suis popularibus conciliaretur. ita publica laetitia, & solemni supplicatione Diuino Numini gratiis actis, die sanctae prosperitatis celebrarunt.

PRO-

PROVINCIA MEXICANA.

RECENSVIT Mexicana Prouincia domo vna professa, collegijs septem, quorum vni adiuncta Domus Probationis est, aliijsq. sedibus, ac missionibus, quae deinceps describentur, Socios non plus ducentos quadraginta duos: quorum octoginta septem sunt Sacerdotes; in ijsq. quadraginta duo quatuor votorum professores, scholastici fratres quinquagintaquatuor; & ex ijs Theologiae studiosi viginti tres, tredecim philosophiae, sex moralis Theologiae, quae iura docet conscientiae, rhetores duo, reliqui humanitatis professores: ijs vnus supra centum adduntur partim nouicij, partim laborum adiutores. In Philippinis insulis, quasi prouincia, collegio vno, & vndecim Residentijs capita quadraginta nouem censa sunt, ex ijs viginti septem Sacerdo-

cerdotes, quorum solemnia vota quatuor, professi quinque sunt: fratres reliqui partim coadiutores, partim nouicij. E viuis vtrobique necessere sacerdotes bini, cum binis item adiutoribus. Admissi in Mexicana in Societatem tres liberalium artium baccalaurei, philosophiae, Rhetorici tres, ac totidem rei domesticae adiutores.

DOMVS PROFESSA Mexicana.

IN Mexicana professorum domo matura morte diem suum obijt Martinus Matilla, vnus è primis, qui è Societate in has horas traiecerunt, Villanuridæ, humili opido in Salmaticensi diœcesi natus, egregius contemptor sui, & laboriosæ operis strenuus exsequutor. domesticorum munerum tam peritus, vt ad omnia natus videretur. mira morum facilitate & comitate carus omnibus. instituti nostri in primis studiosus. & erga sanctam Matrem pietate non vulgari: vt ne graui quidem affectus morbo vltis horarijs preces percurrere intermiserit vnquam. Obijt ætatis suæ anno quarto, & sexagesimo, quam venit ad Societatem quarto & tricesimo; post emissa coadiutoris formati vota quinto & vicesimo. Quod attinet ad

opus

opus nō faciam, vt ea, quae vel superioribus litteris, vel aliorum similitudine locorum nota sunt, his litteris inculcem. quare, hes omissa, nota, vel transmarinis oris tantum digna perso-quar. Noui templi aedificationi manus tam adhuc est. iacta fundamenta: & pericles à solo coepti erigi consurgunt. Auctus sacer apparatus praetioso altaris peripetasmate, & ad sacrificandum casula plus mille & centum sexaginta aureorum aestimatione.

COLLEGIVM Mexicanum.

AD ceteras occupationes, quibus Mexicani collegij tum operae tum alumni in hominum salute procuranda distinentur, accessit hoc anno illud a sacri tribunalis Quaesitoribus; vt hebdomadis singulis carcerem adeant, ad eos & solandos, & iuuandos, qui ob defensam religionem perpetuae custodiae sunt addicti. Sexdecim omnino illa affecti poena attinentur; & spes est pia nostrorum humanitate, eleemosinisq. in eorum vsum conrogatis, patienti animo in Christiana religione perseueraturos. Pacificationes & si inter vulgaria, & vbique vsitata numerantur; nonnunquam tamen accidit, vt rei magnitudine a vulgaribus nonnullae

nonnullae seligantur. In argenti fodinis Zaltepechij, missionis nomine aliquando versatus est è nostris Sacerdotibus vnus. Ibi vir primarius, & generis nobilitate, & opum magnitudine, toto illo tractu clarus, triceſimum iam annum alte conceptum odium in alterum alebat. cum interim neque superiores proreges, neque Archiepiscopi iram eius emollire, aut animum ad pacem flectere, multis pertentatis vijs, vnquam potuerint. eum iterum & sacpius noster adortus, tandiu tantaq. efficacitate silicem tutudit, donec aliquando tandem illa scintilla excußa est; vt diceret: se, si aduersarius suo chirographo certam sibi faceret satisfactionem, in gratiam rediturum. aufert ab aduersario chirographum Sacerdos; in ea conceptum verba, quae iratus voluerat. ad eum statim fert. quod vt vidit, intimis sensibus commotus, ac paene illacrymans, se in patris fore potestate professus est, si vel pedes osculari inimici iuberetur. inde magna caterua stipatus amicorum, ad inimici, qui tum forte aegrotabat, domum se contulit: multisq. praesentibus, ac prae animi laetitia collacrymantibus, magna beneuolentiae significatione hominem amplexus gratiam reconciliauit. ita vt non populares modo, qui aderant: sed ipsemet se alterum factum miraretur; diuinamq. in se muta-

tionem dexterae excelsi collaudaret. Est & illud quidem non indignum, quod inter noua referatur. siquidem in tam remotis oris tantus religionis flos in feminarum coenobijs optãdus fuit. Ad sacras Virgines hortationes habuit interdum P. Ioannes Plaza, homo septuagenarius, & perpetuis paene corporis doloribus affectus. Sed illae praeter ceteras tanta aetate dignae fuere, cum doceret; nullam ad sacram percipiendam Eucharistiam animi comparationem esse meliorem, quam proximis offensas condonare; & se proprio rerum vsu abdicare; praesertim ijs, qui se ab humanis rebus abiunxerunt; & studium Euangelicae paupertatis susceperunt. ea disputatione Moniales ita animo permotae sunt, vt veniam precabundae mutuo se ad earum quaeque pedes abijcerent, quas vel minima quaque re se scirent offendisse: & quid quid earum vnaquaeque maioris aestimationis possideret, in medium afferrent. Scholae è duobus philosophicae doctrinae curriculis priorem absoluerunt. è quo adolescentes vndeuiginti Baccalaureatus isignia tulere. Celebrata est publica totius Regni laetitia S. Hyacinthi è sacra Dominicana familia apotheosis. ad eam rem octiduum totum Dommicani Patres itã destinarunt; vt singulis religiosorum ordinibus suum quique diem distribuerent; qui eius dici cele-

celebritatem ornando sustinerent. nobis oblatum, vt omnium clarissimum dederunt. Religio in eorum templo quam apparatissima cerimonia peragebatur. Priore igitur Dominico die, qui initium religioni dedit, fuit magno apparatu à primario ad S. Dominici templum ante aedes professae domus sacra pompa traducenda. In ea S. Hyacinthi imago ferebatur. medio in itinere inter nostrum & Dominicanum templum altare nostri excitarant, splendidissime ornatum. cuius gemini arcus latera cingebant, spatiosum iter transeuntibus aperientes. pretiosa veste, auro, gemmisq. distincti, ornata omnia. Vici, quacunque transeundum erat, pretioso peristromate conuestiti. sed in eo genere nullum ornamentum maius, quam varia poemata, argumentaq. alia praestantiam ingeniorum indicantia, peristromatis affixa, quae cum ingenij subtilitate, tum eleganti pictura, vt cuiusque rei genus postulabat, doctorum, & elegantium virorum oculos, animosq. tenebant. Nostri ante aedes pro foribus expectabant. Socij centum accensas faculas manu tenentes parati erant. his e nostro gymnasio nobiles viginti quatuor adolescentes adiuncti erãt, qui ijs praecederent, splendide vestiti, cum sagis, sine cappis, aureis torquibus, gemmisq. pretiosis ornati. hoc ordine aduenienti pompae

vbuium est itum. adolescentes tensam, qua sacra imago vehebatur, circunsteterunt. Vt ad altare nostrum ventum est, subsistit pompa, ibi quatuor alumni Seminarij S. Ildefonsi, apte compositio dialogo sancto caelitii diuinos honores, sacraeq. familiae nouum ornamentum gratulati, spectantes delectarunt; symphonia grato concentu condiente omnia. inde progressa pompa suum cursum tenuit. feria sexta subsequente clero dies datus est, ad quos conuiuio exceptos inter mensam vnus e nostris rogatus Latinam habuit orationem. Eodem die sub vesperam in templo coenobij eiusdem à tribus Seminarij alumnis panegyricum carmen trifariam distributum in magna populi frequentia e superiore loco dictum est, ab vno è nostris Sacerdotibus conscriptum, quod ita omnium animos exhilarauit: vt nihil melius in honorem S. Hyacinthi factum esse omnes & sentirent, & fatererentur. Praemia magno praetio comparata ijs, qui praeter ceteros insigniorem laudem, sancti confessoris laudes asserendo consequuti essent, ipsi sacri coenobitae proposuerant. quae hoc ipso die distributa sunt: eorumq. & plurima, & lectissima nostrae scholae consequutae sunt: Extremus alter Dominicus dies fuit, vt supradictum est, nobis assignatus. Conuenere nostri omnes, tum è professa do-

mo

mo, tum e collegio ad templum Dominicanorum. P. Rector solenni cerimonia sacris oparatus est, diacono, ac subdiacono, aliisq. ordinibus administrantibus. Sacrum augusta symphonia decantatum, concionē habuit Praepositus professae domus, magno & plausu, & acclamatione. Conuiuio in coenobio exceptis è nostris alius eleganti carmine S. Hyacinthi laudes, non minore quam prior approbatione celebrauit. Post prandium, cum tempus visum est per coenobij peristylium, circumducta supplicatione, sacra effigies ferebatur. nostri partim tensam vehebant, partim accensis candelis praeibant. donec in templum ipsa effigies illata proprio in sacello condita est. Gratiae nobis magna animi propensione à religiosis patribus actae: neque nostri vllam à se officij partem desiderari passi sunt. Et cum in his, aliisq. pietatis exercitationibus nostrae alumni disciplinae vniuersi, tum maxime B. Virginis sodales sunt insigniter laudandi. Nam, praeter statos dies feriarum, quotidie etiam post alteram pomeridianam scholam suos coetus celebrant; & pia aliqua, vel lectione, vel narratione sc ad maiorem pietatem excitant quotidie. maioris vero ieunij diebus ter singulis hebdomadis ad flagellationem conueniunt, quae tandiu continuatur, quoad ad hydraulae cantum psalmus quin-

quagesimus decurritur. Persaepe xenodochia tum Hispanorum, tum indigenarum inuisunt: cibos etiam aegrotis afferunt. Et cum anniuersaria Eucharistiae sacra peragerentur, in nostro templo diem totum ante aram flexis genibus traduxerunt, distributis horis per vices sibi succedentes. Tentata vnius à tribus lasciuis mulierculis castitas, illis despectis stetit inuicta. Alter difficiliore adhuc certamine perfunctus. à puella nobili sollicitabatur. sed tantus in eo fuit amor castitatis, vt eius votum & ipse emiserit, & puellae vt idem & ipsa faceret persuaserit. Ex eorum numero quinque se ad alias, tres ad nostram religionem contulere.

AEDES SANCTI Gregorij.

CRESCIT indies indigenarum numerus, qui ad aedem S. Gregorij sacrorum causa, & doctrinae percipiendae concurrunt. neque solum è suburbijs circa Mexicum, vicinisq. pagis, sed è remotis etiam locis decem saepe leucarum spatio diffitis confluunt. ita vt diebus festis, praeter duos, qui hic degunt, Sacerdotes, è collegio tres alios ad ferendam opem accurre-

re sit

re sit necesse. Multi vi concionum permoti, qui multis annis sacramenta neglexerant, diuino monitu, confessionis redintegrandae caussa ad nos venere. Ex iis vnus viginti ipsos annos frena cupiditatibus laxauerat, religione, sacrisq. rebus omnibus contemptis. Is dum Virginem solam in agro reperisset, eam violare adoritur. cumq. illa precibus & lacrymis nihil proficeret, sublata, quam gestabat, corona, cum paruo B. Virginis sigillo: Per hanc te, inquit, obtestor, pudori parcas meo: nec me tam graui, & irreparabili iniuria afficias. fuit caelitum Reginae reuerentia. barbarus intus animo permotus destitit iniuria: mox se ipse colligens, multis cum lacrymis male adhuc actae vitae, & effusae immaniter libidinis veniam petiit. Diuinam praecipue matrem obsecrauit, vt quando praeceps ruens in flagitium, sola ipsius commemoratione, libidinis furorem repressisset, ardens tartareae fornacis incendium exstingueret, faces temperaret. non recusare cuiuslibet vel carissimi membri iactura caeleste donum redimere, dummodo saeua libidinum tyrannide liberetur. Adfuit iustis precibus Diuina Virgo: & quasi conditionem accepisset, noua illi mente indita, corpus percussit caecitate: Validus enim, & integer vespere se quieti dederat: mane caecus factus expergiscitur.

tur. *sensit ilico diuinam manum: & quanuis praeterita flagitia odisset: angoribus tamen sollicitudinibusq. liberum animum non sentiebat. Mexicum se conferri; & quasi internam quandam voce moniti, fore, vt, si ad nostros se conferret, animus quiesceret, paruit diuinae voci se monenti: omniq. exposita suae vitae ratione, cuius rei causa venisset, significauit: postmodum confessione vniuersa culpis explicatis, redijt animo tranquillitas: ita nunc totus in pietatem intentus tranquillissimè viuit: & suam caecitatem suae salutis pignus dicere non dubitat. Multarum Virginum, earum quae se Sacramentis munuunt, in tuenda pudicitia, eadem quae superioribus annis perfecta constantia est: eoq. maior, quo maiore potentia sacra illa arx oppugnabatur: sed similitudinis taedium vitetur. Scriptum est litteris anni nonagesimi quarti, quatuor & viginti illustrium virorum filios in hac familia educari, & quibus artibus erudiantur. horum opera adhiberi coepta est, non ad alios modo vitae praeceptis informandos, sed ad rudes quoque, qui ad confessionem accedunt, edocendos, quam rationem ad illud obeundum sacramentum eos tenere opus sit: quae res confessariorum multum minuit laborem. Iidem agmini catechistico, cum educitur in forum, comitantur; & reli-*

quis

quis interfunt exercitationibus. Est & illud hoc anno institutum, quo mirifice puerorum parentes delectantur: vt die Sabbatho post decantatum solemni cerimonia Virginis sacrum; & Dominico, post vesperas, interim dum populus conuenit ad concionem, ex his adolescentibus vnus e superiore loco exemplum aliquod è Sanctorum virtutibus enarret: narrata ad virtutum vsum aliquem accommodet: quod illi & percommode & eleganter faciunt. Et quoniam, quo primum tempore bi adolescentes in contubernium allecti sunt, consilium fuit, vt hic rationem primum temperanter, casteq. viuendi, tum humanitatem & cultum edocti, cum adulti redirent ad suos, suo exemplo, praeceptisq. eadem bona in suam gentem importarent, huius iam consilij maturitas aduenit. nam aliqui in patriam dimissi & consilij granitate, & morum honestate, praelucent alijs exemplo.

SEMINARIVM S. Ildefonsi.

DE S. Ildefonsi Seminario satis multa a duobus proximis annis scripta sunt. Conuictores in eo erant, quasi centum numero, octoginta, quot superiore anno: inter quos aliqui

aliqui, confirmata iam aetate, sacris ordinibus initiati, morum grauitate, & probitate integra, alios exemplo continent. De fructu studiorum illud dicere sat erit: Quae de scholasticis exercitationibus ante scripta sunt, earum laudum partem maximam ad huius alumnos Seminarij pertinere: nec minus ea, quae de alijs dicta sunt, studium pietatis indicantia. Multi cum ad alias, tum ad nostram se familiam contulere: multoq; plures sequuti fuissent, si illis aditus pateret. Est antiquum S. Petri in vrbe collegium sub honoratorum ciuium regimine, ij, perspecta nostrorum alumnorum probitate, & bonae fructu disciplinae, vltro nobis illud regendum detulerunt, quibuscumque ipsi conditionibus vellemus; & multis etiam precibus fatigarunt; vel si id vellemus ad nostrum hoc Sa Ildefonsi Seminarium adiungere.

COLLEGIVM
Angelopolitanum.

ANGELOPOLI templum nostrum, multorum annorum opus, ad tectum tandem est perductum. Duo Sacerdotes Episcopi rogatu in regionem Iotonacapem missi, quatuor eius orae gentes, quae suis quaeque magistratibus regnantur, obiuerunt, Xonatlam, Caeiocla-

pam,

pam, Xuxupangouem, & Chumatlanem. Gratus nostrorum vbique fuit omnibus aduentus, tum indigenis, tum parochis; qui omnes nostrae fuerunt alumni disciplinae. dies aliquot initio in gentium lingua addiscenda ponendi fuere, sed adhibito studio ita illam breui perceperunt, vt & diuinae legis capita ijs explicare, & eorum commode possent confessiones audire: libellum etiam confessionarium confecerint: quod ante frustra parochi tentauerant. Prona inuenere omnia ad indigenarum animos ad pietatem conformandos. Pontificio indicto Iobeleo, Missionibus nostrorum dato, magnus factus est ad paenitentiae sacramentum omnium ordinum concursus; facileq. salutaria animorum vulneribus remedia adhibita. Vna in re, in qua negotium totum vertebat animorum, difficiles se praebuere; cum ad Eucharistiae percipiendae, siue in praesens, ad Iobeleum consequendum, siue in Paschate ad Ecclesiae praeceptum vsurpandum, mentionem ventum est. Negabant, quidquam esse tam à sua consuetudine, suisq. consilijs alienum, quam esca vesci Angelorum: (sic de sacra ij loquuntur communione) quod qui cibum illum semel sumpserint, omni in tempus reliquum sit illis culpa abstinendum. id cum supra vires sit naturae, satius esse diuinis epulis carere, quam multa cum indig-

dignitate caelestem cibum inquinare. Et cum monerentur a parochis, non posse ipsos peccatorum vinculis absolui, nisi integram diuinam, Ecclesiasticamq. seruarent legem: malebant peccatorum expiatione priuari, quam non eam, quam sibi stolide finxerant, augustissimo mysterio reuerentiam habere. ita peruersa religione callidus veterator eos irretierat. Compertum est etiam mulieris sermone, quae res à tanto eos suo bono retardarat. nam cum haec à parocho inter confessionem de sexto decalogi praecepto interrogaretur; negauit, se postquam caelestem panem sumpsisset, vllam ex eo tempore veneream voluptatem admisisse: quod ita ab vno è nostris Sacerdotibus, aliquot ante annis illac transeunte manita esset. Duo igitur vitia, illarum gentium vulgaria, impedimento iis esse ad animi salutis remedia quaerenda, turpes libidines, & ebrietatem. ne igitur harum voluptatum sibi interdicerent consuetudine, malle eos diuinis epulis carere. Huc igitur aries admouendus, & omnis potissimum fuit conatus conferendus, vt tam pernicios⁹ error ex eorum animis euelleretur; & illa persuasio inseretur; esse animi curam longe omnibus rebus anteponendam. in primis vero omni ope conandum, vt ad sobriam, castumq. viuendi rationem adducerentur. Quod tandem diuina adiuuante manu factum est. diuinumq.

minumq: epulum, ad illorum magis excitandos animos, quam maximo apparatu, atque ordine compositissimo, hymnis interim templo personante, iis administratum est.

COLEGIVM Guaxacense.

GVAXACI socij sexdecim morati sũt, Sacerdotes septem, fratres duo grammaticae, duo item legendi, & scribendi magistri coadiutores, reliqui domesticae operae administri fuit hic nostrorum in iuuandis aegrotis assiduitas eadem, quae triennio ante repetenda: morbi enim frequentes, vt tum, vrbem infestam habuerunt. quibus allenandis & sacramentorum administratione, & piorum sermonum solamine, nostrorum fuit industria perutilis. vt & quos morbus extinxit, sacramentis muniti excederent; & qui periculum euaserunt, vitam in melius mutarent: nec defuere qui à Sacramento melius sibi fuisse testarentur: animi morbum corpori pestem adduxisse: animo igitur persanato, corpus facile pristinam reparasse valetudinem. Magni momenti fuit, dissidia quaedam, quae in perniciem publicam vergebant composuisse. non enim priuati homines inter se, sed primores ciuitatis, & resp. capita cum

prin-

principe ciuitate dissidebant. Data est opera per nostros, vt vtriusque partis principes ad concordiam venirent. quibus conciliatis, facile fuit, humiliora capita pacari. Annui reditus hoc anno, torculari extructo saccarario ita aucti sunt; vt non collegium modo alere nulla ciuium molestia possint in posterum, sed multum etiam sit superfuturum.

COLLEGIVM Pasquarense.

IN Pasquarensi collegio cum sex fratribus, quatuor degunt Sacerdotes: fratres duo Hispanorum filios prima docent elementa litterarum. Hic audiendarum confessionum opera & si celebrioribus anni temporibus magis increbrescit: reliquo tamen anni tempore paene continens fuit. tantus tum Hispanorum, tum indigenarum numerus confluit ad nos; vt in tanta Sacerdotum paucitate bene saepe multi excludantur. Eadem causa cur ad remotiora loca, vnde saepe magni fructus colliguntur, professiones suscipere non liceat; cum domi seges amplissima colenda sit. vicina tamen oppida, populiq. subinde ad breue tempus obeuntur. Ex vrbana opera igitur, & ex ijs excursionibus illa narratu digna sunt collecta.

Mulier

Mulier indigena, fedo in tibia vlcere affecta, in hospitali domo tertium iam mensem decumbebat. vlcus perenni sanie manabat, neque sistii vlla arte poterat. eam vir pius item indigena frequens inuisebat, pio sermone ad patientiam instituens; eiq. piacularem globulum P. Alfonsi Sancij praebebat osculandum: quare ipsa mirifice reuerebatur. huic noctem extremam exigenti, vir, femineaq. augustia corporis ac totius oris dignitate verendi, amictu induti purpureo obijciuntur: praelatoq. nostrae redemptionis signo, in genua appliciti aegrotam iubent supplices manus tollere. tum alter accedens, admota vlceroso cruri manu, dolorem sedat: fluxum puris sistit. Sequebantur duos priores duces nostrae Societatis amictu decem, totidem quot in collegij familia numerabantur, spineis sertis redimiti: ad hos illi digitum intendentes; quos vides, inquiunt, licet in terris peregrinentur, incolae tamen sunt, & ciues patriae caelestis. ad hos confugies; ab his globulum alterum exposces, reddito illo, quem mutuum accepisti: cuius scito te beneficio esse sanatam. Paruit illa monitis, paucisq. diebus purgato, obductoq. vlcere sanata, in suscepto pie viuendi studio perseuerat. Alius peccatum, quod adolescens facere statuerat, quod nunquam perpetrasset, non putauit neces-

se

se esse confiteri. Hic graui pressus morbo, diuinitus immissa voce iubetur peccatum illud memoria repetere, & vni è Patribus Societatis confiteri. confessus morbo etiam liberatur. Vulneratus alius à vipera; quo morsu qui laesi sũt, nisi mature remedia adhibeant, intereunt. monitus vt in honorem viperae ieiunaret, contempsit, quod nullum in vipera numen ineße sciret. quin etiam certa fiducia in Deum, ne sanguinem quidem scissura venae mittere; neque vllum aliud remedium, quam peccatorum confessionem adhibere voluit. quo vno, certoq. remedio est sanatus. In opido, quo venit ex itinere noster sacerdos, mulier item indigena omnibus membris capta decumbebat. haec audito Sacerdotis aduentu, iussit se ad ipsum in templum deportari: sperare se, si sua ei peccata fateatur, integram membrorum valetudinem reparaturam. neque spes eam fefellit. deportata in templum, factaq. confessione peccatorum, cum eam pijs monitis Sacerdos confirmasset, ita omni morbo se leuatam sensit, vt suis ipsa pedibus domum rediret. Puerpera duobus iam diebus partus difficultate acerbissimis doloribus cruciabatur. Vocatus ad vltimam eius excipiendam homologesim noster Sacerdos, cum, ea peracta Euangelium super aegrotam recitasset, continuo dolore omni sedato,

summa

summa facilitate fecum edidit. Ex mansuefacto regio non multis leucis Pasquaro dissita: gens aspera, agrestis ingenio & moribus: & quod plerumque barbariem, & rerum inscitiam consequitur vanissimis superstitionibus addicta. ad hos se contulit e nostris vnus: tanto ardore animi Christianam in legem percepemus, vt rerum ad salutem necessariarum cognitione cum cultissimis quibusque populis conferri possint. Confessionis sacramentum ita rite, ordinateq; bibunt, vt monentis opera non egeant. Ebrietatis, ac superstitionum ita reuniisse rudices omnes, vt ne vestigium quidem seruatur pristinæ.

COLLEGIVM Vallisoletanum.

DIEM suum obiit in Vallisoletano collegio Ioannes Salzedus, temporalis formulæ coadiutor. Trutij apido Burgensis ditionis natus, fuit ex primis, qui ad hoc incolendum collegium venerunt. Versatus erat ante cum P. Baptista Secura in Florida, multisq. aerumnis, & incommodis exercitus. Cum venit ad Societatem, antequam admitteretur, iussus est, grandi iam aetate, in ludo vna cum pueris addiscere litteras formare. quod cum ei perbel-

le successisset, & in forensibus negotijs versatus esset, collegij Mexicani aliquandiu & Mexici, & Matritij procurator fuit. & in defendenda causa, de qua lis erat apud supremum Regium consilium, magno fuit adiumento. In tolerando proxime diuturno, eoq. molestissimo asthmate, quo tandem consumptus est, lenissima fuit patientia. Obijt iij. id. Ianuar. anni CIↃ. IↃ. XCVIII. (nam illo anno iij. id. Apr. Mexicanae litterae datae sunt) aetatis suae quinquagesimo, & quinquagesimo; quam venit ad Societatem quinto & vicesimo; post emissa suae confirmationis vota nono. Schola hic humanitatis, quae superiore anno clericorum causa instituta est, vsque eo aucta est discipulorum numero; vt in magistros duos docendi munus fuerit dispertiendum, quo posset omnibus fieri satis. Adiecta est etiam ad priorem schola, alters de conscientiae quaestionibus: seu de Societate attributi studiosi. & spes est, magistrorum doctrina, & exercitationum diligentia, magnam inde, ad huius gentis bonum, & Ecclesiae regimen, vtilitatem profecturam.

* * *

COLLEGIVM Tepozotlanum.

QVAM frugifera Sociorum opera iuuandis indigenis Tepozotlae fuerit, tum alias semper, tum hoc anno maxime, & culturae perceptis fructibus, & vitijs maximis sublatis perspectum est. sed de rebus placidis prius. Leui, vt videbatur, morbo Virgo Tepozotlae aegrotabat. parantes ex praescripto medici remedia familiares monuit, ne frustra manum fumanti operam in res nequidquam profuturas. sibi Matrem carissimam visam esse (sic enim illi caelorum nominant Reginam) lectissimis virginum agminibus stipatam; quae sibi pollicita esset, ipsam breui corporis vinculis solutam, in beatissimum illarum coetum permensuram. hoc ipsum Sacerdoti nostro ipsam de more inuisenti affirmauit: petijtq. vt propere sacramenta, ceteraq. praesidia, quibus moribundi confirmantur, sibi adhiberet. cumq. eam Pater ab ea cogitatione conaretur auocare, quod morbi leuitas properationem tantam nequaquam pateretur; graui contestatione Patrem rursum obsecrauit, ne postulata diuitius differret: sibi enim carissimam Matrem affirmasse, paullo post meridiem illo die animam e

corporis ergastulo emissum iri. Satisfecit Pater eius postulatis. Sacro igitur octo nuncia, hora, quam dixerat, instans alterum incumbens, quasi animae defectum pateretur, leni quiete puram animam emisit. Alia vipido alio, bonesto decorata, ad nuptias sollicitabatur à propinquis. haec, quod integram virginitatem Deo conservare statuisset, vi ea se molestia eximeret, Tepozotlam concessit; seq. cum altera eiusdem consilij conforta coniunxit. & haec quoque eandem ob causam, quod nuptias aspernaretur, aduersa multa, & indigna sustinuerat. Utraque igitur non contubernium solum coniunctio, sed quod plus est, morum, ac studiorum similitudo maiore in dies amore colligabat. templum, sacraq. una frequentabant: iisdem de diuinis rebus colloquijs vtebantur: iisdem meditationibus exercebantur: morum grauitate, & modestia omnium oculos in se conuertebant. Hunc ad virtutem cursum duae lectissimae animae properabant: beatam earum virginum sortem praedicabant: quae vel in medio aetatis flore ex hac vita emigrabant. hanc sibi felicitatem exoptabant: eamq. longe vitae commodis anteponebant. de hac saepe & inter se, & cum Sacerdote, qui illis erat à confessionibus, sermonem conferebant. rogatae, cur id tantopere expeterent, incerta

vitae

vitae, & propriam imbecillitatem formidare se aiebant: se in praesens ad moriendum paratos esse: si longius trahatur vita, incertas esse, quid sit postea futurum. Adspexit pia mota summus arbiter. Intidit in morbum Tepozotlana: postridie altera ex dolore, quod de contagio à familiaribus illaceseretur, & ipsa pari morbo corripitur: sed, vt commodius curaretur, in domum hispanae mulieris, cui ob placidos mores erat carissima, concessit. Crescente indies vtriusque morbo, quinto quam coepit aegrotare die Tepozotlana moritur. Nondum vulgata per opidum illius morte, peregrina subito, nullis opinantibus, magna voce sororem coepit inclamare: queri se deseri; non debere ipsam incomitatam proficisci rogare subsistaret: tantisper; & se sequemem expectaret. Mirantibus domesticis, & cessam clamorum scisscitantibus: Sororem suam caelum petere respondit: sed se quoque eam breui sequuturam. Praedictioni respondit eventus: nam paulo post eius contubernalem vitae finem esse cognoscunt: haec postero die pari spatio suam sodalem sequuta, & ipsa è corporis ergastulo emittitur. Matronae nobiles nobilitatem summa cum laude eadem in palaestra, veritatis, vitae periculis perfunctae, de sua palma iam securae, aetatem suam si nequis fuerit, Pertinet ad fructus copio-

rae etiam Topozotlanorum in susceptâ fide constantiæ. Prorepserant tartareo nescio quo ex antro novi Baalae propheta, antiquam idolatriam clandestinis artibus, occultisq. conciunculis renocantes. His regiones omnes obeuntes imperitorum animos ad anilas repetendas superstitiones inducebant. Ad Tepozotlanos cum venissent, non modo repulsi sunt, sed etiam proditi, & illorum fallaciae detectae. neque tamen à Christo fideles omnino euocabant: sed vna vtramque religionem, quasi farragine miscebant: & munera Christiani hominis palam obibant; & clam sua idola, suosq. ritus, easque sacrandasq. religiones retinebant. ita arcam Domini noui Philistaei in templum Dagonis inferebant. In populo tamen vicino bene magna familia inuenta est, quae in medio vicinitate Christianorum antiquam superstitionem ita integre retinebat, vt Christiana sacra omnia exsecrarentur. Eius Caput erat inueteratus dierum multorum senex. Qui, quo tempore ethnici coeperè Christianam religionem amplexi sunt, ipse nec susciperet, tantisper loco cessit. idem subnascentem deinceps suam, suorumq. cognatorum prolem, ne baptismo admoueretur, subducebat. ac si quem forte puerum sacro subtrahere ita raro minus posset, hunc è sacro fonte ab idololatra homine per dolum susciendum curabat. vt ea

fore

fore dictitans, vt ethnici hominis contactu baptismi virtus euanesceret. Crescentes deinde pueros clam omnium superstitionum, atque impietatum veneno imbuebat. Ita clam suis simulacris diuinos honores habebant, impia sacra, diabolicasq. cerimonias obibant. Et, quod omnem excedit immanitatem, suis idolis pueros dirum in modum cruciatos, & crudelissime enectos sacrificabant. Ac ne cui eorum veritatis affulgeret lumen aliquod, raro admodum, & tum quidem sero ad concionem veniebat, easq. de caussa, ne rei contemptui, aut religionis negligentiae tribueretur, in locis à caeteris remotis habitabant: vt itineris longitudinem, suae cunctationi perfidiaeq. obtenderent. Huic mala. Diuina Prouidentia remedium inuenit. Qui animum diuina miseratione esset indignissimus; & in cuius vnius caput diuinae iustitiae tela intorquenda viderentur; vt apparent misericordiae Domini esse super omnia opera eius: senex totius impietatis auctor, & vindex, primus ad paenitentiam vocatur: diuina arte diabolicam artem superante. Nam quam arcem tyrannidis hostis ad fortam tectam impietatem conseruandam occuparat, diuini verbi, diuinaeq. legis ignorantium; eam suauis Diuinae Prouidentiae dispositio magna facilitate expugnauit. Fore praeterierat senex, qua vnus è

Societate ad populum verba faciebat, siue curiositatis, siue irridendi caussa, aliud agens certe, subsistit, auresq. dedit. ita sensim cepit eo disputatione delectari; & ea, quae percipiebat animo probare; vt magno studio concliones tandiu frequentarit, donec, omni ejecta ex animo impietate, se totum nostri Sacerdotis arbitrio permiserit; eiq. totius impietatis seriem exposuit. & vt in eo magis diuina bonitas eluceat, quo maxime tempore catechismo operam daret, tam vehementi morbi vi corripitur, vt praefestinandus fuerit baptismus. nam eo lustratus subito exstinctus est. cum ante omnium nomina edidisset eorum, quos adhuc a se alios in errore, occultarat: & viam quoque commonstrasset, qua & indagari singuli, & ad veritatis lucem adduci possent. Hactenus de huius historiae catastrophe cognitum erat. sequitur altera eo maioris periculi, quo serpens latius perniciei manabat. Est Suspaguara regio Mexico non longe dissita. in eam se effuderat fumus ille, quem modo e tartari caumo exhalasse memoraumus; notis scilicet antiquae idololatriae mystae. eis in eam gentem se insinuauerant; & antiquae religionis commemoratione, & depraedicatione fictae pietatis ita imperitorum animos occupauerant; vt, cum Christiana sacra foris frequentarent, domi tamen

sua idola, & commenticia numina venerarentur; minuta quædam simulacra, rudesq. lapides, quos aut in mercium sarcinis, aut in borreis maioq; abditos vernulabant, diuinis honoribus afficerent: ab iis diuitias, opes, bonores valetudinem, bonos eventus postularent. adorabant præterea celebres montes, more eorum fortasse, quibus Peruuio Huacas nominantur: sed vnum præter ceteros, quem Ninantum vocant, ab vrbe ciuitate Mexico lancis distantem: hunc reuus superioribus annis fumum exhalare solitum esse: vt suspecto non longe absit, tanquam olim Tonantium, & Trophonij antrum, locum infernis dicatum esse deibus. In eo deum frugum dearum habitare, quem sua lingua Chicomecoatlum nominant. Ignem deorum maximum esse existimant: hunc ex. & alijs odoribus honorant. deum, patrem, repetita antiquorum memoria, appellant. & vt facilius fallerent, superstitiones hasce sanctorum nominum & Christiana religione petitorum vocabulorum obiegebant. Nam præter Dei patris nomen, quoniam specie ignis Diuinum Spiritum super Apostolos descendisse dicebant, ignem eundem Spiritum Sanctum nominabant. & quia a maioribus acceperant, eundem deum senem esse, eum & S. Iosephum, & Simeonem multiplici nomenclatura significabant. Sic sæpe

impo-

impostura, ac vanis hisce integumentis obducebant vt, cum de Christiana pietate loqui viderentur, suas maxime spargerent fallacias. Pueros, antequam baptismo lustrarentur, profana aqua ad ignis regum ablucbant: vt homini, quod acceptari essent ab Ecclesia, superstitiosum ipsi nomen effingebant. ita sedae similes, quantum poterant, monstrosa imitatione Christiana sacra corrumpebant, sed, quod erat omnium pernitiosissimum, extrema vitae tempora captabant, medendi artem tunc se mentiebantur: ac per speciam opis ferendae, exitium aegrorum afferebant. adorti animi morbundos suae impietatis inculcabant; ne, ad veram religionis auxilia spectantes, daemonum vinculis animas eximerent, ea, eorum fallacias detegerentur, sue haec stygia nefaria pueris puellisq. concredere non audebant: sed ijs, quos nacti essent exsecrandi dogmatis capaces, in hos nefarium suae impietatis effundebant: noctem, ac tenebras vesanas ad conatus adhibebant: deorum nomine morientes minabantur, si quid quis eorum è superstitiosa religione, horrendisq. cerimonijs enunciasset. ita miro silentio, perversoq. secreti fide Sathanica impietas circumuallata tegebatur. Rem olfecit tandem parochus, & magistros acquisiuit domui, sed eò mucu-

lam

lam delendam à Societate opem imploranit. Profecti è Tepozotlano collegio linguae peritis sacerdotes duo, lenitate, & humanitate deceptorum animos initio demerendos esse censuerunt. ita, Deo bene iuuante, breui factum est vt omnes intelligerent, nostros nihil aliud, nisi ipsorum salutem, suis quaerere laboribus. Concionibus igitur, hortationibus, monitionibus illorum animos vera obiecta religione ita permouerunt, vt se ipsi prodirent omnes, qui nefaria idololatriae se polluerant. Et quoniam parochus Ecclesiastica iudicis potestate armatus erat, consultius visum est in praesens ipsum confessionibus audiendis abstinere. Excitatis hac ratione popularium studijs, Pontificia Iubilei expiatio Missionibus concessa ingentem paenitentium numerum ex locis etiam remotis excitauit. omnes fere totius vitae culpas retexuerant. totumq. id onus in duos nostros incubuit Sacerdotes. ingens q. omnium, qui deliquerant, animos sensus moeroris paenitudinis. Trina igitur ex de re in triduum instituta supplicatio. primo die ad Virginis conceptae dicatum sacellum. quo die delinquentes multo gemitu, & lacrymis à vero numine veniam expoposcerunt. Altero die in supplicatione flagellatio adhibita: tantusq. ex vniuersa topachia numerus confluxit, vt vniuersa

transf.

transmigratio, & sedium commutatio fieri videretur. Mirabatur parochus tantos ad flagellationem fieri concursus, quantos ne ipsis quidem extremae Quadragesimae diebus fieri putasset. Et quamuis initio delinquentes ad fugam paullo segniores se praeberent, quod non tantum haberent linteorum numerum, ad vendas saltem capita, quae omnibus sufficerent; vehementi tamen Patrum cohortatione, ut qui in divina iniuria pudorem nullum habuissent, in poena nullam habere eos oportuerit: magno animi fervore confessionem omnem abiecerunt. Qui aut per valitudinem, aut per aetatem exemendi nudicati sunt, eos, qui se caedebant, altera manu facem, altera rosarium tenentes, in agmine comitabantur. Tertio die circum templum agmen ductum est, & sacrosanctum Christi corpus digna reverentia sub umbella circumlatum: favore hymnorum concentu, & puerorum stipudio gratiae Deo, caelitibusque actae, quorum opem tanta felicitate tam gravis impietas penitus revulsa esset. Rebus iam Deo Domino bene nutantibus, cum strata patia, compositis nostris dictis, ad vos postremum salutandos ante discessum, & sacras manus osculandas è tota regione concursus ingentes facti sunt, lacrymis illorum profectionem prosequentium, & revocatis locis abeuntes prosecutum, ita

felix

felicissimale satae segetis expurgatio. Suscepta est altera profectio in regionem Mexicanis, & bonis usq; frequentem. Quam Xilapam nominant, non plus leucis octo vltra Mexicum. Superauerant adhuc impietatis veteris reliquiae; & qui Christiana sacra fuscepperant, aut nondum plane idolorum memoriam ex animis eiecerant, aut non illud, quod pie esset, in religione studiū ponebant. Praui insolarum mores, & insuper vitiis gentium vitijs praegranati, crapula, ebrietate, & effusa in Venerem libidine. Profectus eo P. Franciscus Carvaiel, tam strenue, tanteq. animi ardore syluescentem vineam perpurgandam, excolēdamq. suscepit, vt minarum parochus, tantam tam breui mensis vnius spatio mutationem rerum esse factam, sublatas superstitiones, idolorum abolita memoria, correctos mores, ebrietas & vanus exterminata, verus Dei cultus constitutus, temperantia & sobrietas inducta, & voluntariae flagellationis frequens usus susceptus, nec dubitabat Parochus Sacerdotem illum, qui tantum fecit aquae motum, cum primis euangelij praeconibus Apostolis conferre. Non minarem, quam in vrbe eius in agro, agrestiumq. cura diligentiam adhibuit, ad eorum se contulit mapalia; confluebantq. ex locis omnibus agrestes ad animi quaerendam medicinam. Inter hos labores, dum aliorum

salutī

salutis intentus, sui oblitus, diuinam causam studes promouere, homo imbecillus, & proclivis ad morbos, nimia operis contentione coepit grauiter habere, neque idcirco contentionem remisit; sed magis contra vim morbi conitens, eius in se magis violentiam exasperauit. Supervenere Pentecostes feriae corpore iam multa affectus, & praeteritis fractus laboribus, toto antecedente triduo continenti audiendarum confessionum opera valetudinem penitus attriuit; ipso die festo ter de diuinis rebus ad concionem verba fecit. Vacuum eo die ad aegroti confessionem audiendam, qui in opido alio degebat, nulla interposita mora, eo se contulit. Sanciebantur aliquandiu morbi grauioris pruncij, & cum ijs, tum ardore solis & labore fractus, aegre viam illam confecit. Postero die nobemeni febre oppressus, statuerat ibi manere; & in summa rerum omnium inopia pauperratis amantissimus, vel exitum expectare. Erat non ita longe nobilis Hispani eius familiaris latifundium, missis, qui inde, quam sibi substerneret, culcitam peteret. Suspicatus fundi dominus id quod erat, eo se contulit, perspectaq. Patris solitudine, & rerum omnium inopia, magnis obtestationibus ab ipso impetrauit, vt inde se in suum latifundium transferri

de tota re Rectorem Me-

.ce.

gionum conuersionem fecit, Missi è Mexicano collegio Sacerdos cum fatre aegrotum pestifera febre aestuantem, grauiq. totius pectoris anhelitu laborantem inueniunt; illorum aduentu mirifice recreatus, sibi gratulatus est, quòd in gemitum conuersione laborantem letalis morbus oppressisset: adhibita ad eius curationem ea diligentia est hospitis nobilis liberalitate, quae potuit esse maxima. perpetuo hominez vltrò, citrò; commeabant, Mexicam de aegroti valetudine nuncios afferentes, & inde medicorum praecepta referentes. sed superante morbi vi humanum diligentiam, adhibenda vltima animi remedia fuere. Viatico animae adhibito, extrema sacra inunctio è longinquo aderscenda erat. Verimus Pater, qui Mexico veneral, ne non visa tantisper aegroto supplicteres, cum admonuit, Deum precaretur, ne carcere paterentur animam exire antequam sacrum oleum adiatam esset: vt ille futurum omnino affirmaret, quin etiam post sacram vnctionem, biduo praeterea superuixit. Petijt a Parocho sibi vt ignosceret quod minus diligenter in ipsius vinea colenda laborasset: & vt locum sibi in ipsius Ecclesia suo condendo cadaueri concederet: Ad haec officiose, & cum lacrimis Parochus respondit: esse cur sibi magis gratuletur, aeterna praemia suis laboribus debiri; quod ad sepul-

pulturam: beatam fore terram illam, sanctam religiosi viri corpore ditetur; idq. & ipse, & nobilis Hispanus antea à Patribus commenderare. Sed non potuit illorum pia postulatio satisfieri. Rectoris enim Mexicani litteris Mexicum corpus fuit deportandum. Obijt igitur magno suorum desiderio prid. non. Iulias anno aetatis suae quarto & vicesimo, sexdecim annos egerat in Societate, & Theologici studij quartum annum iam explenerat. Mexici mater erat magna nobilium cognatione, quorum ita memoriam exuerat, vt cum eius auunculi cum in morbo iacuissent, aegre tulerit: laetaretur se Mexico procul aegrotasse, quo liberior à supervacuis illis, & inanibus officijs è vita excederet. Maris vero ad morbi leuamen mutuensis transmissa eo nullum accepit, quo si ad ignotum hominem mitteretur. Morte sibi praesensisse suam, idq. antea & Patacho, & antequam Quitensi lapam peruenisset, Mexico cum peruenisset, praedixisse. Magno animi ardore de negotio huius gentis excolendae loquebatur, sibique quod ad id vocatus, destinatusq. esset, admodum gratulabatur: affirmabatq. omnibus, qui in eo munere perfererentur, longe maiora esse praemia parata, quam in quolibet alio religiosae vitae ministerio. Hactenus de viri rari admodum exempli inclyta memoria. Susceptae sunt eius in-

vicina

vicina oppida minus clarae peregrinationes, quae operis fructu cum Tepozotlana commutatione comparari possunt.

SEDES VERAE CRVCIS & Zacatecana.

IN Sede Verae crucis quatuor morati sunt Sacerdotes cum coadiutoribus quinque, quorum perpetuus labor in iuuandis ijs, qui vel ex Hispania appellunt, vel hinc cum classe soluunt in Hispaniam, aliisq. morbidis, & nauticis, qui è diuersis nationibus huc confluunt, ex superiorum annorum litteris est cognitus. à quibus diuersum nihil. quod ad nos pertineat, huius anni continent litterae. De Zacatecis nullae litterae venerunt.

SEDES CINALOENSIS.

PERGVNT Socij quinque Cinaloensem syluam, non enim dicam vineam, quantum per barbaricos licet tumultus, perpurgare. Tumultuum causa est ipsa multarum gentium colluuies, non minus animis, quam moribus inter se dissidentium. quae licet vno imperio, & vna quasi resp. coniunctione teneantur o-

Digitized by Google

mnes, longe tamen inter se diuersae, praesertim inter humanas, ac mites asperis, ac feris intersacentibus, continentibus seditionibus omnia miscent, atque iter interrumpunt Euangelio. ita plus ad scribendum argumenti dant seditiones, quam fructus operae laetitiae. Sed in ipsa vrbe Cinaloa, vt hinc initium ducamus, aedificium exstructum est commodae satis nostrorum habitationi. Sacra aedes, octo cubicula, cum ad domesticos vsus officinis, parietibus craticijs, regionis more, constructis: opus tantae amplitudine, ac firmitate, quanta circa centum intra leucas nullum: octingentiorum impensa, ac septuaginta aureorum. quos omnes è corrogatis circa Topiae, & S. Andreae aurifodinis, eleemosinis, nostri collegerunt. Huc Sacerdotes quinque cum fratre vno adiutore se recipiunt, & hinc profecti in varias harum gentium excurrunt regiones. Hic, praeter Tarascos & Mexicanos, instituuntur etiam Hispani tum ciues, tum milites praesidio collocati, quorum tanta apparet morum emendatio, vt nulla in eorum sermone vox contra pietatem emissa audiatur. Sed praecipue in Cinaloensibus excolendis cura suscipitur. neque omnino haec sterilis cultura est. Nam post superioris anni secessionem, cum ex vniuersa illa fuga miseri in patrias sedes remigrassent, non defiere Socij illo-

Digitized by Google

illorum pagos obire, sementem Euangelij circumferentes. & iam trecenti de nouo sacro baptismate lustrati sunt, centum decem matrimonia Christiano ritu copulata. Cognitum est praeterea secessionis eius non religionem, aut idolum violatum, vt tum scriptum est, caussam fuisse; sed perfidiam, & fallaciam nequissimorum senum: qui turpissimis flagitijs, & superstitionibus assueti, cum illa vecordia obdurati, sanctas Christianorum leges, & castam vitae rationem, stygio pleni veneno, ferre non possent; falsis rumoribus, calumnijsq. Hispanos in suas terras aduenisse, vt suas coniuges, ac liberos in seruitutem abducerent: tantam credulae gentis animis iniecere formidinem, vt vna omnes conspirarint. Nunquam tamen in illa fuga, peregrinationeq. vnius Dei veneratione omisisse; saepe illi supplicasse: dies etiam diligenter numerasse; ne per imprudentiam sexta feria vetito vescerentur: crapulam, superstitiosasq. choreas deuitasse. quae omnia Christianae legis praecepta firmiter eorum animis insedisse non obscure indicant. In his nunc excolendis Sotij serio incumbunt: ijs praesertim, qui circa primum flumen sedes habent. bi nouem opidis distributi, ceteris ingenio sunt mitiore, & ad doctrinam percipiendam habiliore. bi iam immanes mores, & feritatem exuerunt;

runt; & ciuili societate delectantur: vestitu vtuntur omnes viri, feminaeq. probeq. tenent quae sint Christiani hominis officia. Ad catechesim, ad quam antea aegre cogebantur, nunc, audito signo, bis quolibet die sponte confluunt. Sub noctem post vespertinam solennem ad Virginem comprecationem, hymnos Deo, eiusq. genitrici decantant. Diebus festis à duabus, tribusue leucis in locum vnum ad Missae sacrificium conueniunt. ac primum adulti Christianae legis capita decantant; quorum cantum pueri excipiunt. Ad confessionem, qui capaciores visi sunt, eorum plurimi admissi. Est inter eos notae probitatis homo. huius opera multum in ijs iuuandis Patres vtuntur. Est tum alia ad pietatis vsum, tum praecipue declarationem confessionis rite obeundae. momenta omnia grauioris ponderis expendenda, & enumeranda, & quo doloris sensu, quaue mente cuncta exponenda. Et sane peritia, dexteritate, & sensu paenitudinis posse videntur cum veteribus Christianis comparari. Accolae vero secundi fluminis, quem Petatlanem vocant, paullo sunt asperiores. eorum paene nullus fuit, qui in vniuersa gentis secessione superiore anno solum non verteret. In his, & paucis Ocoronensibus, & Camonitarum apidis duobus diuina lege informandis desudat vnius Sacerdotis

indu-

industria. Sed neque hic annus vacuus à seditionibus, tumultibusq. popularibus praeterijt. Comonitae metu Teuecorum, quorum amicos violarant, & occiderant, relictis sedibus, per auia, & confragosa ad Zuaquem flumen penetrarunt. Ibi à Zuaquensibus accepti, coniunctis viribus, in vniuersum Hispanorum nomen coniurarunt. Iam ad Cinaloam oppidum infesto venire agmine nunciabantur: eratq. illorum aduentus formidini non mediocri cum, orto inter eos dissidio, Zuaquenses, in Comonitas impetu facto, magnum eorum numerum, sed non sine suo damno conciderunt. Irritatis igitur vtrinque animis, de tota re in diem posterum decernere constituunt. Comonitae, suis viribus diffisi, per noctis tenebras discrimini se subduxerunt: & partim patrias sedes repetierunt, partim ad Teuecos transiere à quibus multis iniurijs affecti, vxoribus, & filiabus spoliati, & ipsi in suas sedes rediere. eorum coniuges, filiae, aliaeq. mulieres captiuae, & ipsae, communicato consilio, viriliter susceptia fuga, suos insequutae sunt. Quincto demum quam excesserè, mense, omnes in suas sedes restituti, suoq. malo docti, multisq. calamitatibus attriti, Hispanorum imperium suarum gentium crudelitati, & ciuilem socialemq. vitam vagae & fortuitae anteponendam cen-

fuerunt. Et nunc magnas maicij sementes faciunt, & studium religionis libentes iam resumunt. Dominicis, festisq. diebus vna cum aliis è septem pagis, qui circa flumen sunt, ad Cinaloam opidum contendunt. & cum per suos quique tramites in locum eundem, vbi se mutuo exspectant, conuenerunt; composito agmine, sub suis quisque vexillis, corollis floreis redimiti, seminudi plerique, diuersis portis opidum ineuntes, omnes ad templum conueniunt; in quo Christianam doctrinam patrio sermone docentur: habitoq. ad eos de diuinis rebus sermone, dimittuntur. Cum feminis, quas vna cum Comonitis è seruitute Teuecorum profugisse memorauimus, rediit mulier Christiana, quam Teuecus quidam nobilis abreptam secum asportarat, & pro pellice aliquandiu habuerat. Egerat hic primae aetatis annos cum Hispanis: baptismum susceperat. vir impiger, ac strenuus, multaeq. solertiae, magnam rei bellicae consuetudinem habuerat. is postea fidei Hispanorumq. desertor, cum rediisset in patriã, suis ad praelia ducem se praebens, claras de hostibus victorias retulerat. ac non ita multis annis ante, captos à Teuecis, hoc duce, dicunt plus mille Zuaquenses. Hic igitur iniquo ferens animo, pellicem à se inuito recessisse, misit confestim, qui illam retraherent. sed, cum illa

illa iam se in tutum recepisset; venit ipse in opidum mulieris, non plus viginti stadijs à Cinaloa dissitum. plenusq. irarum per summam arrogantiam mulierem reposcit: ni reddatur, minatur horribilia. Interim, re cognita, Hispani aliquot facto impetu ventosum hominem, ac minacem comprehendunt; ad Praefectumq. adducunt. & qui mulierem repetitum venerat, vinctus nunc inuenta Hispanorum militum, quae Teuecifurto abegerant, reposcitur, interim dum illa reddenda curat, in carcerem compingitur. sed negligenter custoditus, observato tempore, dum die Dominico Hispani sacris interessent, effracto carcere elabitur. Missi confestim qui illum insequerentur cum Hispanis fistulatoribus Occoronenses aliquot, qui in itinere intercepium, cum reuocare non possent, interfecerũt. obscissumq. illius & caput, & brachium, cum tripudio illorum more reportarunt. Teueci sui ducis caede irritati eam iniuriam in Occoronenses vlcisci statuerunt. instructaq. acie, ipso S. Iacobi praeuigilio ad opidum ueuerunt. fuit eorum consilium, parua manu praemissa hostes è menibus ad praelium elicere; illisq. in pugnam intentis, parte alia satis viribus in opidum propugnatoribus vacuum inuadere, ferroq. ac flammis omnia delere, forte Hispani milites tres in opidum dici se-

ſti celebrandi cauſſa venerant. ij, ſumptis armis, vna cum alijs obuiam hoſtibus factis, diſplo-ſis fiſtulis, tanto terrore barbaros affecerunt, vt, duobus è ſuis deſideratis in effuſam fugam ſe coniecerint. Ita mulier illa in libertatem vindicata, & confeſſione expiata, ſuae pietatis fructus percipit in patria. Hi fuere Teuecorum gentis diriſſimae ridiculi conatus. Tales tamen, vt à teterrimo hoſte animarum, ad impediendum curſum Euangelij, excitatos eſſe dixeris. Nam non Teueci tantum, aut Zuaquenſes, ſed aliae etiam coniunctae nationes, amicitiae tuendae cauſſa cum illis arma capere coguntur; bellaq. ex bellis ſerendo, diuini verbi ſementem, quaſi immiſſae calamitates, remorantur. Nam & remotiores quidam Cinaloenſes populi, omnium frequentiſſimi ſaepius per internuncios, ac legatos à Patribus conſenderunt, vt tandem aliquando ad ſe docendos, & Euangelij lucem inferendam illuc eant. quod ſi fieret; immenſa ſpatia diuini verbi curſui aperirentur. ſed propter infeſtas interiacentes nationes, ad eos tuto penetrare praecones Euangelij non poſſunt. Sunt alij populi Comonitarum finitimi; qui & ipſi magna contentione petunt Euangelium: ſed in tanta rerũ perturbatione nondum illorum expetere vota Patres potuere. Et vt intelligatur, quam viliter in

hac

hac gente ad mansuetudinem, & pietatem adducenda, opera ponatur: non erit alienum, neque otiosum, si, vt in femina neophyta, documentum proponatur veræ pietatis, rem paullo subtilius exponam: pertinet enim ad nostræ fructus operæ. Femina fuit Occoxome, quæ iam grandi natu vna cum alijs Christiana sacra susceperat, tam serio, tantoq. animi ardore; vt non modo veteris superstitionis umbram omnem ex animo penitus ejecerit; sed verum etiam pietatis studium altissime in animum infixerit. Agnes illi in baptismo nomen inditum. Hæc post baptismum susceptum ea fuit vitæ innocentia, nihil vt in eius actionibus deprehenderetur, quod emendari deberet: ac persæpe in confessionibus, quod absolutioni subijceretur, non esset. sacra omnia, sacrorumq. ministros summa semper veneratione prosequuta, dedit operam, vt domum non longe a templo haberet, quo commodius illud frequentare, quotidieq. Missæ sacro posset interesse. multam quotidie operam precationi dabat, & assidua erat pietatis omnibus officijs. à quibus rebus nunquam, quamuis afflicta valetudine patiebatur se abduci. atque ad eandem normam tum maritus, tum liberi videbantur conformati. neque in communibus rerum motibus, suorumq. popularium secessione a fide Hispanorum

recess-

recessere. haec qualem vitam duxit, talem sor-
tita est hoc anno vitae finem. quae cum venis-
set ad extrema, vidisset q. adstantes feminas
frontem patria superstitione sibi pingere ador-
tas, indignabunda à se repulit: sororemq. pari
probitate feminam obsecrauit, ne, cum sensibus
destituta esset, permitteret vllam contra Chri-
stianam pietatem suo corpori maculam inferri:
neque manus, quae nox terrae infodiendae es-
sent, fertis vitreis, gentis more exornari. prae-
stare, impensam ad filiorum alimenta reseruare.
se in vnius Dei fide, quam toto animo complexa
esset, vita fungi: sperareq. breui illius aspectu
fruituram. vnum illud sibi esse iniucundum,
quod absente Patre (Patrem Sacerdotem no-
strum intelligebat) è vita emigraret. Et ad
maritum, eximiae pietatis virum, conuersa:
Tu vero, inquit, coniux, liberorum meorum
optime parens, memori mente Patris nostri
praecepta reminiscere: eaq. impressa visceri-
bus tuere. si ad alteras transire nuptias libue-
rit, eam tibi feminam delegeris, quae diuinam
legem serio custodiat. Deinde sodalem suam,
Mariam nomine, postremum alloquuta, extre-
mum vnum illud breue tempus superesse, quo
iucundissima vtrique frui deiur consuetudine:
se ad Deum profici. qui enim diuinis verbis
viuam fidem habuerint, eos, cum bene exacsse-

rint

sint, Deum visuros: se tantae felicitatis desiderium ferre non posse: proinde illuc properare: ipsam non ita multo post consequuturam. Stultumq. esse, tam graui iam aetate longiora vitae spatia sperare. Cui cum pari pietate se quoque ad tam felicem emigrationem paratam esse Maria respondisset, inter haec pietatis plenissima colloquia animam suo conditori reddidit. cum in ipsa extremae exhalationis articulo utriusque manus digitos in crucem complicasset. quod item P. Gundisaluum Tapiam morientem fecisse acceperat. Haec hominis Hispani litteris, qui toti rei interfuit, cognita sunt. vt conijcere possimus multo plura pietatis documenta esse praetermissa. Tanta in familia tota & cetu feminarum aliarum perspecta pietas exemplo sit, quid de gente vniuersa sperandum sit: cum, domita barbarie, diuinae legis praedicatio aditum sibi facilem ad vniuersas oras aperuerit. Nam & alij eximia commemorantur pietate: sed minutarum rerum, sanctitatis caussa vitandae, multae sunt omissae. Haec de Cinaloensium gente vniuersa.

Professos Sacerdotes duos ad vallem Culiacanensem superioris anni litterae docuerunt. Triginta opida sunt indigenarum, quos Tahues nominant, bellorum vsu quondam asperrimi, nunc vero, ad mansuetudinem traducti, pietate mul

multum delectantur. Christianam religionem à Franciscanis olim Patribus hausserunt. quam adhuc, quantum magistro, sacerdoteq. destituti potuerunt, contendunt retinere: apparentq. adhuc antiquae pietatis vestigia retenta. Nam aliqui preces horarias ex Romano Breuiario adhuc quotidie percurrunt; & lingua Mexicana plurimi vtuntur, cuius rei illa causa fuit. Nam cum eorum parochi ipsorum idioma percipere desperarent, consilio Martini Alzolae Guadalaxarensis Episcopi, in cuius dioeceſi sunt, vt ab ijs instituti, & corrigi possent, lingua Mexicana in eos tum inducta est. Nostri igitur cum eo venerunt, quam pronis omnium animis excepti sint superioris anni litterae docuerunt. Quocunque igitur veniebant, ijs indigenarum agmina, crucis vexilla praeferentium, & diuinas laudes concinentium obuiam prodibant. his omnium aetatum, atque ordinum agminibus stipati Sacerdotes templum ineibant: sui ad eos itineris consilium aperiebant; rationem confessionis obeundae edocebant; Pontificiam vniuersam expiationem indicebant; hominesq. ad eam obeundam excitabant. reliquis diebus audiendis confessionibus, & diuina lege concioni explicanda occupabantur. Quibus sermonibus ita indigenae alliciebantur, vt multi leucarum decem audi-

di

di causſa pedibus iter facerent. Qui Mexicanam linguam non intelligebant, ea sibi à peritis explicari postulabant. tantoq. rerum diuinarum studio incendebantur; vt aliqui diebus multis Patribus iter facientibus comitarentur: vt discendi sitim quam animo conceperant, explerent. Confessionem vero tantus ardor, vt Mexicanae linguae imperiti per interpretem parati se ad suas culpas detegendas profiterentur. cui vt occurrerent incommodo, Patres nocturna tempora de somno detrahentes, ad Tabuensem linguam addiscendam adhibuerunt. cuius rei fama emulgata, quocunque Socij venissent, ex omnibus circa locis ad eos concursus confessionis causſa fiebant. Ita non leui argumento conijcitur; nullum in his triginta opidis reliquum fuisse, qui non animum confessione expiarit. In subeunda porro flagellatione is fuit vbique ardor animorum; vt toto illius peregrinationis tempore, vix quatuor dies à flagellis vacui transierint. Rosariorum, aliarumq. precum vsus quanto studio receptus, quantaq. assiduitate continuatus, docent litterae superiores. Reuocatis demum Socijs, mobiles quatuor vniuersae gẽtis nomine venerunt, qui Patribus gratias agerent; peterentq. vt tam strenuae operae saepius ad se mittantur:

eaq.

eaq. de re cum Senatu, & P. Provinciali Mexicum profecturi agerent.

SEDES GVADIAnensis.

QVAE de Guadianensi sede scribuntur boc anno, ea non communibus, sed priuatorum litteris Mexici cognita sunt. Actum est cum ethnicis adhuc aspero victu vtentibus: vt, quod saepe polliciti sunt, in societatem vitae se conferrent, & multi iam in plana sese dimiserent & terram colere, & fermentes facere coepere. E sacerdotibus vnus festos dies Christi nece, cruciatibusq. dicatos in Valle Atotonilci, quae quinque constat opidis Tepeguanorum, & aliquibus Hispanorum latifundijs, celebrauit. Traducta flagellantium supplicatio est, adhibita symphonia. tota res splendido peracta apparatu, & ornata cerimonia, suppeditantibus Hispanis ad sacram adornandam aedem peristromata, instrumentaq. alia, nimirum ad excitandos neophytorum animos, Ecclesiastici splendoris insolentium. Et quo magis tantarum rerum spectaculo afficerentur, explicata pro concione ratio est omnium rerum, quae in singulas actiones per eos dies sacra exequutione nobis Ecclesia proponit. Sacri

eri item Pascbae dies, sacraeq. cerimoniae, tubarum, tibiarumq. concentu, & multiplici symphonia, omnibusq. laetitiae argumentis transacti, & baptismo multorum tum parvulorum, tum adultorum cumulati. Neophytorum animi incredibili voluptate, admiratioque completi. Itum hinc est, ad Salicetu, quo propter cibariorum penuriam è suis asperis, & inaccessis rupibus diuersae gentes confluxerunt. Hic Pentecostes dies peractis, ac primum, ad continendos sobrietate incolas denunciauit Pater, se subito discessurum, si per eos dies vel vnus modo ebrius appareret. tantumq. fuit Patris retinendi studium, vt vel ipsi ethnici, superato consuetudinis, & naturae impetu, crapulu prorsus abstinuerint. Habitae sunt vario sermone conciones, vt ad peregrinos, fuaque quoque manaret vtilitas. magnus fuit paenitentium numerus. Tracta ibi in festum vsque corporis Christi diem Hispanorum maxime, ac neophytorum precibus commoratio est. Sacer dies vniuersa omnium laetitia celebratus. atque in eius laetiae partem etiam Ethnici venire voluerunt, ludis more suo actitandis; variasq. induti personas, herba quadam, quae lanae instar emollita corpori adhaeret, contecti varias formas referebant, syluanorum, aliarumq. naturarum. & vt intelligas, eos ingenio

nio non curere: neque fidei vitae futurae expertes esse, daemones etiam horrenda forma imitabantur, hominum facta in libros adnotantes. Inde in neophytorum pagum ventum est; quo nunquam Sacerdos noster penetrarat: ibi perniciosus tollendus fuit error. nullus eorum templum ingressus erat: quod persuasum esset omnibus, eo moriendum esse, qui domum intraret mortuorum; sic enim templum appellabant. sed errorem dedocti posuere. Puerillis è Patris comitatu datus, qui quotidie certum coactum Christianae legis capita doceret. Inde ad populum alterum, seu latibula potius ferarum venit. praeruptae rupes, asperi montes, & inuij: in eorum antris, ac scissuris incolae sua collocarant receptacula. fuere igitur loca inaccessa adeunda. diuq. per ea vagatus pater, in vnum incidit è monticolis, nullo prorsus munitum tegumento, manu altera arcum, altera virgam pisvibus infestam ferens, quam Patri obtulit, ea paene oris feritate, ac barbariae sermonis, qua olim in Aegypti solitudine magno Antonio visus ille satyrus. opis aliud ab ea latum nihil. Pater dura rependo patientia, & asperas cautes superando, ad ipsa cubilia venit incolarum. eisq. alter Amphion, diuini verbi chelyde, vt in subiectam planiciem descenderent, & vitam humano ritu sociabilem

Digitized by Google

lem capeſſerent, perſuaſit. Hſpani Dynaſtae liberalitate tantum illis agri datum, quantum ad condendum opidum, & ſementes amplas faciendas ſatis eſſet. acceptiſq. ſeminibus, Diuino numine propicio, terram colere coeperunt. Altero a deſcenſu die ara cruci excitata, & circa raptim ſacello adornato, grates de tam felici initio Deo, caelitibuſq. actae; Miſſaeq. celebratum ſacrificium. Dum haec colonia inſtituenda, & diuina praecepta docendis catechumenis Pater immoratur, indigena puella veſtitu Mexicano, magno propinquorum comitatu, opido ſex leucis diſtante baptiſma petitum venit. Monita a Patre, rem non eſſe feſtinandam, ſed inter catechumenos verſandum; & ſacras preces, ſacramq. catecheſim addiſcendas: reſpondit, iſtaec nihil ſe morari: iamdudum enim didiciſſe omnia. nolleq. inde abire, niſi expetito baptiſmate luſtratam. facto periculo, cum ita eſſe Pater comperiſſet, eam illo ipſo die cum catechumenis, qui iam parati erant, baptizauit. Ipſa poſtmodum cum ſuis laeta in patriam rediit. Excitauit multum ea res nouorum colonorum ſtudia: cum mulierem peregrinam tam ſine vlla aberratione expedite reddere viderent, quae cunctanter ipſi, pedetentimq. perciperent. Haud ita multo poſt venit Sacerdos in puellae opidum: exceptus eſt

Digitized by Google

sãta tamẽ aetatis omnis lacrimis; vt obmutescere nũquã discederent, auidissimi semper doctrinae aliquid hauriendi. Alia gens adhuc supererat; quae, vel quod grauis odio esset in Hispanos; vel quod macessos montium vertices incoleret, ad eas Pater nondum penetrarat. Hi fame adacti, quaerentes sibi victum in plana descenderunt, mercedeq. suam Hispanis operam locarunt. Ad hos cum Pater proficisceretur, obuiam ei magnis laetitiae significationibus prodeuntes, gratias egerunt, quod tam humaniter ab Hispanis, a quibus ante obhorrebant, excepti essent; quod tanta rerum copia, illorum beneficio, tantaq. tranquillitate fruerentur, non in speculis haerere, hostium aduentum obseruantes, non latrones verere, magna securitate somnum capere: uxores, liberosq. suos lignatum, aquatumq. tuto proficisci. Gauisus Pater tantam barbariem ad humanitatem tantam redactam esse; & qui nullis ante nostrorum precibus, nullis Hispanorum promissis ad amicitiam pellici potuerint, nunc tanta beneuolentia amicitiam fouere. loco figendis sedibus designato, eos Christianae fidei rudimentis imbuere instituit. magistratuq. & legibus rep. fundata, ciuilem societatem colere, et humano more vitam agere coeperunt. Iisdem in montibus non procul ab eo loco, vnde hi discesserant, alii

popu-

populi, vagam vitam agebant. hi nostrorum adspectum monstri instar exhorrebant: aegerrimeq. ferebant, nostros ad se adire; & de religione se interpellare. Ad hos cum sagittariorum manu, ob barbarorum feritatem, profectus Pater, cum in concionem coactos ad syluestrem, feramq. vitam deserendam; ciuilemq. atque humanam gentilium suorum exemplo amplectendam leni, blandaq. oratione hortaretur; anus e media existens concione Patris sermonem excepit: & nequaquam cum agrestibus ingenijs lenitate agendum clamans, suos graui increpatione coepit perurgere: duro ingenio, pernicaces, rebelles appellare. Patris monitis quod aduersentur, qua id defendant ratione? quam excusationem suae obiendant feritati? vltro quaeri, & rogari ab eo, quem ipsi absentem conuenire, & multis precibus orare debuerunt? per asperas saxis rupes, & montium crepidines venatu cibum quaerere; ad animi quaerenda alimenta per summam segnitiem torpere? Ego licet sexu imbecilla, aetate iã detrita vix ingrediar; non me pigebit tamen Patris iustum imperium capessere, & ad quaerendam animi salutem ducem confestim me praebere. Tanta mulieris sermone animorum commotio facta est, vt illo ipso die in mitiora loca deductis, duobus vicis designatis, colonia constituerentur. Duo

Digitized by Google

solennes in his vicis parvulorum baptismi celebrati sunt : dictusq. dies baptismo adultorum catechumenorum, qui iam parati erant, S. Iacobo sacer. scribuntq. inde socij, intra biennium vniuersos illorum montium incolas Christo nomina daturos. Vbi S. Iacobi dies venit, conuenere catechumeni, & inter eos e vicinis montibus alterius gentis adolescens, vt in tanta barbarie honesto loco natus, liberali corporis dignitate, & indole ceteris praestantiore. Hic superiore anno, cum eius gentiles in plana descendissent, ac sese in consortium dedissent, religionis hauriendae caussa ad hunc eundem Patrem venerat. Pater, qui ex adolescentis indole magnum aliquod bonum Christianae rei praesagibat, magna cura nostris mysterijs suscepit imbuendum. ille vero vicissim Patrem summa prosequebatur veneratione. Sed ab insita leuitate subito barbaris ijsdem rebellantibus, & ad suas rupes redeuntibus, magno cum vtriusque dolore adolescens a Patre se diuellit. Is cum postea Patrem in his locis cõmorari accepisset, huc se contulit; & vna cum alijs catechumenis baptismum postulauit. celebratus est baptismus magno apparatu, & summa cerimoniarum dignitate, laeto sacrorum hymnorum cantu, & iucunda vocum, organorumq. harmonia. Nobili adolescenti, Hieronymi nomen

men est inditum. Baptismum eodem die sequuta est aliquod sponsalium legitima comparatio. Hieronymo e suis popularibus puella nobilis desponsa. Postero die celebratae nuptiae ea modestia, & conuiuij sobrietate, quae & recens in Christo regeneratos deceret, & a diei hilaritate non discederet. Venere quoque ethnici Hieronimi gentiles, ipsi susceptam religionem gratulatum; & Patri actum gratias; quod e sua gente adolescentem tanto honore affecisset. se quoque iam nostrae religionis dignitatem agnouisse: proinde illius iam studio teneri: paratosq. esse domicilia quocunque iusserit loco collocare, & id vitae genus instituere, quod veteribus Christianis admirationi sit. Pater honorifica satisfactione illorum studijs collaudatis, duobus datis catechistis, eos inaurata cruce maioris formae donatos ab se dimisit. Ita vnius anni spatio ex diuersis barbarorum, ac syluestrium gentium tres a Sacerdote vno coloniae constitutae, & quarta iam ad deducendam comparata.

SANCTVS LVDOVICVS a pace oppidum.

IN opido S. Ludouico a pace Cicimecas gentem ferocem, ac belli studijs asperam in-

stitui proximorum annorum litteris docuimus. Progreditur nunc Dei beneficio institutio feliciter: & pergunt Cicimecae nostros summa prosequi veneratione. abstinent ebrietate: ac, si quando hominum vitio in eam incidunt, turpe sibi ducunt; studioseq. curant, ne id Patribus enuncietur. Et cum adhuc vitam desidem, & omni opere vacuam egerint; sensim iam assuescunt operis laborem non detrectare. Quo tempore P. Prouincialis hac iter faceret, gratum ei operae spectaculum dederunt. nam hortante Ioanne quodam inter eos viro nobili, & suo illis exemplo praeeunte, certatim se ad cementa, lignaq. in aedificationem nostrae domus, templiq. conuehenda contulerunt. operam etiam ad onera portanda locare, & terram colere coeperunt: capientur lucello; & cogendae pecuniae animum adiiciunt. praecipue feminae parandarum opum curam suscipiunt. corporis cultui studere, & Mexicanum ornatum adamare iam incipiunt. Net dubium, quin si habendi studium, quod sensim in eorum moribus irrepit, corroboretur, magnum stabiliendae inter eos reip. firmamentum constitutum sit. Eius rei caussa impetratum est a Prorege, vt hoc opidum ab omni vectigali pensitando, & seruili munere praestando immune sit, quae res & ad veteres colonos retinendos, & ad nouos

e suis

e suis rupibus eliciendos erit in primis efficax & iam inde familias centum prodire, & huc ad domicilia ponenda contendere nunciabatur. Quod ad religionem attinet, res semper melius procedit. nam, praeter ea, quae superioribus annis scripta sunt; multi quotidie rei diuinae interfunt: altaria priuata adornant domi; confessionem per annum saepius vsurpant. si quando incidunt in morbum, prima cura est adhibere confessarium. Nihil neque magnum, neque parum non de nostrorum gerunt consilio. Hispanorum Praefectus, qui hic summae rerum praeest, Ioanni illi, quem commemoraui, persuaserat, vt ipsius Praefecti, & gentis nomine Mexicum ad Prorogem officiosam legationem obiret; ipse qui id vehementer expetebat: nihil tamen ante ausus est statuere, quam Patrum sententiam exquireret. Patres expedire iudicarunt, ipsum ab opido; & suae gentis statione non abesse multum enim illius opera, quod magnae apud eos sit auctoritatis, ad gentem continendam, & in quancunque velint partem impellendam, vtuntur. is consilio Patrum acceptus, & si vehementer in eam partem incumbebat, totum tamen profectionis consilium abiecit. Idem cum vno maledicus die quodam prouisset, populariumque conuicijs, iurgijs, contumelijsq; domum esset, quod qui alijs ad omnem honestis-

tem praeire soleret, tam fedo scelere omnium animos offenderit, sed mox edormita crapula, vt cognosceret si qua id ad Patres permanasset, domum nostram se contulit. vnde exclusus, grauius id tulit, quam popularium suorum contumelias. Condonata ijs igitur iniuria, ascitisq. ex ijs secum aliquot, Praefectum adit Hispanorum; eoq. adhibito deprecatore, cum Patribus reconciliatus est, cumq. non sibi videretur adhuc in pristinum gratiae locum restitutus, Iudicem exercendae quaestionis causa Mexico missum ad opidum alterum decem leucas dissitum adijt; ab eoq. commendaticias litteras impetrauit, quibus Patres rogarentur, vt ipsum in veterem benevolentiam reciperent. nec quicuit, donec magna submissione venia petita, quod optabat, impetrauit. Per idem fere tempus eius filius, qui in puerorum seminario educabatur, clam, inscijs magistris, aufugit. suspicatus parens post tot satisfactiones; nondum praeteriti sceleris culpam omnem esse deletam, indigne tulit, puerum nullius affinem culpae ob patris commerita tanta, tamq. discriminosa multa puniri. sed postmodum, re cognita, conquisitum a se puerum, ac disciplinae restitutum, contumaciae poenas subire coegit. quae res a Cicimecarum moribus multum abhorret; qui nulla liberos continere solent disci-

plina;

plina; neque filij parentum imperio obtemperare. Porro ipsi pueri ita nostra proficiunt institutione, vt in media quauis politissima natione nati videantur. Placidi mores, consuetudo delectabilis, sermo cum inter ipsos, tum nobiscum sedatus, & modestus. Hispanicam linguam omnes probe norunt. Quibus exercitationibus, studijsq. teneantur superiores litterae docuerunt. Diurna tempora stata illa distributione. Mane, vbi primum cubitu surrexere, in templo per horae quadrantem precationi operam dant. inde scopis purgata domo, aptisq. rebus domesticis compositis, Missae intersunt sacrificio, quod ob sacerdotum paucitatem, observata populi opportunitate, celebratur. illorum pars sacrificati sacerdoti administrat: para in adeo interim sacrae preces, diuinaq. laudes decantant. Peracto Missae sacrificio, Ecclesiastico cantu, & puramica symphonia exercentur. Succedit his rebus exercitatio legendi, & scribendi: sub scholae finem Christianae disciplinae summam patrio, & Hispanico sermone decantant. Cum cibum capturi eorum vnus e peritioribus, more familiarium aliarum, & collegiorum legit ad mensam. Eadem pomeridiano tempore scholae repetuntur: & ad harmonicam symphoniam cantu vocum exercentur. in fine preces completorias persoluunt. noctu vero,

repe-

repetita iterum catechesi, Dei genitricis rosarium percurrunt. Post cænam, dum laxandis animis cessatur, vnus aliquis narrationem aliquam e sanctis horis interponit Hispanico sermone. His atque alijs exercitationibus, tenellis alpestris olim syluæ plantulis ad humanitatem, & mansuetudinem emollitis, Diuini aspirantis aura numinis, spes est, gentem vniuersam, exuta feritate, in ciuilem, stabilemq. humanitatem coalescere. Ceterum sita hæc colonia, & Residentia est loco nostris exercendis ministerijs peropportuno. est enim finitima multis opidis bene frequentibus, & argentifodinis, & bubulcorum prædijs, beatis ad quæ subinde Socij excurrunt: & vndique ingentia lucra referuntur animarum. Domus nostræ idonea cubiculorũ, officinarumq. aliarum opportunitate, cum domicilio alumnorum Seminarij ad fastigium iam perducta est. Regis impensa.

De Philippinis insulis noui nihil est allatum illa tantum quæ superioris anni litteris continentur, totidem pæne verbis scripta sunt.

PRO-

PROVINCIA LVSITANIA.

VIGENTA octoginta Sociorum capita in Lusitania hoc anno cæsa sunt: in domo professa Olyssipponensi quinquaginta quinque, è quibus viginti quinque Sacerdotes sunt, coadiutores triginta: in collegio eiusdem urbis quatuor & viginti Sacerdotes, sex scholastici, triginta coadiutores; omnes omnino sexaginta: in Collegio Conimbricensi Sacerdotes quinquaginta, scholastici sex & octoginta, quadraginta quatuor coadiutores; omnium summa centum octoginta: in collegio Eborensi Sacerdotes quadraginta, scholastici sex & septuaginta, coadiutores viginti: omnes sex & trigintà supra centum: in Brachatensi Sacerdotes septendecim, cum scholasticis octo, septem coadiutoribus: in Brigantino Sacerdotes octo, undecim scholastici, cum coadiutoribus quinque.

que: in Portuensi duodeuiginti, quorum vndecim sunt Sacerdotes, reliqui coadiutores: in Funchalensi cum scholasticis duobus octo Sacerdotes, adiutores quinque: in Angrensi Sacerdotes sex cum totidem scholasticis, & quinque adiutoribus: in insula S. Michaelis Sacerdotes quinque, tres coadiutores; in Residentia Angolana quinque Sacerdotes totidem coadiutores. E quibus summa colligitur Sacedotum centum nonaginta nouem, scholasticorum centum nonaginta quinque, vnius & sexaginta supra centum coadiutorum. Quibus si quinque addantur & viginti, qui in noua probationis domo Olisipponensi sunt, quorum vnus, & viginti sunt nouicij, scholastici plerique, efficiatur is, quem initio numerum proposui. Ex iis decessere quindecim, triginta octo in societatem sunt admissi.

DOMVS PROFESsa Olisipponensis.

OLISIPPONE in professorum domo abijt ad superos e fratrum numero Cosmus Gundisaluus, formatus coadiutor. qui multarum exemplo virtutum tres, & quadraginta annos egerat in Societate: seruus diuinis maxi-

maximeq, precationi, corporisque attritioni apprime deditus. Extitit nostrorum cura, assiduitasq. hoc anno in proximis iuuandis egregia. Morbi quidam paene pestilentes Lusitaniam omnem peruagati, Olisippone tantam stragem fecerunt, vt praeter eos, qui in nosocomio regio occumbebant, plus quadrageni quotidie cines existinguerentur. Nusquam Societatis opera desiderata. tamq. multa a nostris in aegrotorum tum animi, tum corporis auxilia collata, vt plura fere nunquam antea. Et quoniam vrbs perampla, & florens, omnium paene gentium varietate celebratur, ab omnibus diu noctuq. ad confessiones euocabamur; vt nullus esses cessationi locus; nec vecuum tempus vllum ab occasione de alijs bene merendi praeteriret. Secundum haec vniuersa indicta Iobelea a Pontifice expiatione, tanti ad nos sacramentorum caussa concursus facti sunt: vt cõmunicantium numerus in templo nostro nouem millia excesserit, ita per ea tempora multae peccandi occasiones praecisae; multi à praua viuendi consuetudine reducti; multorum discordiae sedatae, vitia multa, incommodaq. sublata; in primis vero feminarum integritati consultum. Quatuor, nequam pudicitiae maculam inferent, prouisum est; & ipsae in sinu vitae statu collocatae. Vna praeterea diu

oppu-

oppugnata, sed optimis monitis munita, cum amatoris insidijs in domum feminae sceleris cõsciae per fallaciã inductae, esset sibi blandicijs minisq. vexata, firmissima in suo cõsilio victricem feminae euasit. Pellicatus tres in legitima communitati matrimonia. Aliqui insuper a caede, quam sibi quisque destinerat animo, revocati. Inopes corrogatis eleemosinis adiuti multi; cibarijs vinctis recreati, & confessione expiati, pecuniaq. ex eleemosinis repraesentata, carcere exempti quadraginta. Externi adolescentes viginti quinque, qui catholici ne essent, an haeretici, non satis ipsi scire videbantur, fidei praeceptis imbuti, & magna ipsorum voluntate confirmati. totidem ad catholicam religionem revocati. Homo Iudaeus ab avita pertinacia ad veram agnoscendam, & fatendam religionem adductus. Catechismus non Dominicis tantum, sed reliquis quoque hebdomadae diebus hoc anno explicari coeptus est. eius rei caussa ab vnoe Praesidibus Regni, qui pro Rege rem Lusitanam administrant, virgineum signum Doctrinae Christianae nomine solenni cerimonia, & magno populi concursu in nostro templo dedicatum est. Ipsum templi aedificium iam paene absolutum est. opus augustum, & Hispania tota inter praecipua visendum. Accessere ad illius ornatum argentea crux, & lychnus

clypeus pensilis item ex argento, opere elegantis & magni pretij. Ad reliquiarum ornatum trecenti aurei nobis vnius testamento relicti. Summa omnium quae a ciuibus ad templum, eiusq. sacrum instrumentum collata sunt, trium aureorum millia excedit.

COLLEGIVM Olisipponense, & Domus Probationis.

IN Collegio Olisipponensi subito, paene, & acuto exstinctus dolore est P. Gaspar Baguarda, spiritualis formatus coadiutor: triginta circiter in societatem annos egerat, in procuranda hominum salute, & eorum tractandis animis mira solertia. Viget in nostris auditoribus vtrumque studium, & pietatis, & doctrinae, praecipue vero in sodalibus B. Virginis. Quorum Praefectus nobilis Sacerdos cum circa vnum e B. Virgini diebus sacris vehementi tertiana laboraret, certa spe Virgineae sibi opis affulsurae, iussit ipso die festo se ad templum nostrum deportari: rei diuinae interfuit: factisq. precibus, sensit se penitus molesto morbo releuatum. Postero die ipse suis pedibus templum repetiit, ad debitas Diuinae Matri grates agendas, diuinumq. ab ipsa acceptum be-

neficium enunciandum. Collegij fabrica vrgetur strenue; triclinio percommodo vltima manus accessit.

RECENS PROBATIONIS DOMVS hoc anno tandem ad Olisipponem proprium domicilium habere coepit. nam antea tirones hospitio Collegiorum vtebantur. fundatio Ferdinando Felles attributa. atque interim, dum noui domicilij fabrica exstruitur, nouiciorum familia in subvrbana villa instituitur, sed ob locorum angustias non plus vigintiquinque homines eo commigrarunt. Initium factum est. x. cal. Ianuarias: quo die ipse fundator, cum Patre Prouinciali, & e Patribus professae domus aliquot ibi prandium sumpserunt. Ad alendam familiam fundator millenos ac ducenos aureos in annos singulos attribuit. qui ad eos, quibus antea domus haec fundata erat, adiecti, bis mille, & quingentorum summam exaequabunt. Deus pro sua bonitate institutu feliciter promoueat.

CONIMBRICENSE Collegium.

CONIMBRICAE ab hominibus ad superos, quinque emigrarunt. Sacerdotes duo P. Rotericus, & P. Emmanuel Goesii, po-

sij, votorum quatuor vterque professus, quadragenos circiter annos vterque in Societate exegerat, vitae exemplo, & praestanti doctrina vterque insignis: prior multos annos sacrarum litterarum interpres insigni ardore caritatis enituit: posterior parendi summe studiosus, Conimbricensibus philosophicarum quaestionum commentarijs maximam partem lucem dedit. His adiuncti sunt coadiutores tres, sui semper muneris integri exsequutores. Horum iacturam duodetriginta optimae spei adolescentes cumulata, & superfluente, numero duntaxat, mensura compensarunt. Doctrinae Christianae explicatio magna hoc anno praecipue cepit incrementa, rem Episcopo nostrarum rerum fautore, promouente praesens enim ipse aliquoties interfuit, & ad rem illustrandam symphoniacos suos commodauit. Ad Societatis nomen, & doctrinae existimationem illustrandam accessit hoc anno illustre Philippi Regis iudicium. qui permissu Patris N. Praepositi Generalis P. Franciscum Soarium primarium Academiae Conimbricensi Theologiae professorem dedit. qui & Regis praestantissimi & Regij consilij iudicio, famaeq. iampridem de se excitatae, & doctrinae expectationi cumulate satisfecit. Accessit & ad collegij ornamenta bibliotecha copiosa, & ad commoda,

Digitized by Google

villa nō inamena: vtraque viri nobilis, ac de nobis, dum vixit, optime meriti testamento. Haec domi, foris nobile opidum intestinis ciuium odijs, inimicitijsq. totum quatiebatur: & erat res in caedes eruptura. Nobilissimi quique erant dissidiorum capita. qui in factiones duas opidanorum animos distraxerant. Eo missi Sacerdotes duo, Societatis ministerijs hominum animos ad pietatis studium, & vitae, morumq, commutationem traduxerunt. omissaq. contentione, sensim, positis odijs, in gratiam plerique rediere. confessione igitur cuncti expiati, magna omnium consensione, & publica quasi cerimonia sacram synaxim celebrarunt. Haesere nonnulli, quos odium acrius exulcerauerat, in sua pertinacia. Hos quoque adorti Patres Deo bene iuuante mitigarunt. qui, datis inter se dextris, vnum alium, in cuius perniciem paene cuncti conspirauerant, in gratiam recepere. Is, beneficij victus magnitudine, tanta suae proteruiae paenitudine affectus est, vt a Patre qui in opido dicebat concioni, consenderit, suo nomine vt palam e suggestu ab inimicis per Christi vulnera supplicter veniam peteret. se superbum, ac praecipitem in aliorum iniuria fuisse: sed nunc ea cuncta reuocare, quae falso in alios per iracundiam effuderat, nominatimq Praedicatorem exorauit; videret

accura-

Digitized by Google

curate, ne in certi hominis fama vlla vel minima labes ex ipsius maledictis resideret. quae res mirum quanta laetitia quamq. pia iucunditate concionem affecerit vniuersam. Itaque & hi in templo per Sacramenta reconciliati. Reliquus erat vnus genere praestans, & diuitijs. Hic, vel ipso Patre nostro audiente, seq. ad concordiam, & communem pacem per Christi merita adhortante, dicere non dubitauit: iracundiam suam non nisi inimici sanguine restinctum iri. res tum in templo, vniuersa praesente multitudine, agebatur. eo maiore animo Pater hominem aggreditur, quo rem ad pietatem promtiorem loci sanctitas facere videbatur. Sed cum frustra pia monita omnia adhiberentur; vniuersa multitudo vnanimi consensu, voce vna, misericordiam a Diuina Bonitate identidem coepit implorare. Qua omnium consensione, contentioneq. obstinatus ille victus inter clamantium voces, coepit vociferari, se iam iniuriam omnem Deo, & pietati condonare: inimicumq fibi ad pedes accidentem amice apprehensum, magna beneuolentiae significatione domum suam deduxit. ita, Diuino opitulante Numine, ingens, periculosaq. turba magna cum omnium laetia sedata. Ibidem praeter alia, vitae totiuti confessiones auditae plus quadringentae multas peccandi occasiones

Digitized by Google

praeciderunt, & magnam concordiae stabilitatem effecerunt. Restituta quoque in sacrarum Virginum coenobio concordia, quam varia dissidia distraxerant.

Morbi, quos initio Lusitaniam paene totam infestam habuisse diximus, Transtaganam praecipue oram afflixere. Sex e collegio Eborensi saeua lue absumpti sunt. P. Ferdinandus Pires spiritualis formatus coadiutor, de re litteraria optime meritus, quinque, & quadraginta magna cum laude in Societate traductis annis: coadiutores tres: è quibus formatus vnus; & magnae exspectationis nouicij duo. Decem in eorum locum sunt admissi. Concioni solito plures diuersis Ecclesijs dati sunt hoc anno. nam, praeter carcerem, & domum Conuersarum, tribus in coenobijs, vrbanis in parecijs quatuor, nouem subvrbanis nostri euocati frequenter concionati sunt. fructus ijdem, qui solent. ingentia vitia sublata, & paenitentiae sacramento multi expiati: pecunia dolo parta, restituta: offensiones non leues condonatae, discordes reconciliati. Praeterea virgines duae ab amittendae periculo pudicitiae vindicatae. Tertia scleratae matris eam prostituere cogitantis, insidijs subducta, & in tuto collocata. Sed e missionibus maxime fructus vberes collecti. Duodetriginta hinc emissi

emissi varia loca peragrarunt. Ex ijs quatuor Algarbiorum regnum toto semestri spatio perlustrarant. Conciones, hortationesq. tum publicas, tum priuitas quam creberrimas habuere: eas ingens confessionum numerus sequebatur. multaeq. viginti, triginta aliae, & quadraginta annorum fuere. Multi e vitiorum caeno emersere, praecisa peccandi occasione. Ingens eorum numerus, qui cum inimicis in gratiam rediere: & in ijs viri primarij plus triginta: breuesq. ijs, quibus instructi incedebant, fistulae e manibus excussae. Ciuitas quaedam vniuersa ob virorum primariorum dissidia in duas factiones discesserat; nec vetustate odia remitti, nec nobilissimorum virorum precibus, neque ipsius praesidis auctoritate ad concordiam inclinare vnquam potuerunt: Sed Diuina bonitate mentes temperante, vnius nostri Sacerdotis opera ad pacem tandem consensere. Similes discordiarum faebrae ex opidis duobus penitus euulsae. Duo à singulari certamine, cum gladios iam distrinxissent, vno e nostris ex itinere interuenente, reuocati; & pacis federe reconciliati. Virum praenobilem inimici ad fenestram suae domus insidiose pellectum, displosa fistula transuerberauerant. hunc nostri tandem expugnarunt, inimicis vt veniam concederet. Pastor quidam

casu ne, an dedita opera. fratres duos vna fistulae emissione interemerat. Parens necem iudicio persequebatur. erat omnino vitae percussoris in discrimine. Vnius e nostris persuasione ita laesus immutatus est; vt & iniuriam omnem cõdonarit, & acta omnia rescinderit. Tredecim homines a varia quiquenece inferẽda partim ferro partim veneno reuocati. litigia sublata; caedes praeterea aliae condonatae; e carcere aliqui exempti. Tertiam bonorum suorum partem, qua honesta femina in virginum coenobio aleretur, moriens quidam testamento legauit. Non exiguam alius frumenti copiam in pauperum vsus distribuendam donauit. Quo exemplo reliqui opidi illius incolae permoti, quantum quisque potuit de suis facultatibus in commune contulerunt. ita nullus fuit indigentium, qui non tanta benignitate leuaretur. Curatum item, vt publicis custodijs detenti, & in nosocomijs decumbentes subinde lautioribus epulis recrearentur, uiris primarijs per mediam plateas summa hominum admiratione, fercula in humeros ferentibus. Breue illud ad maiorem fructum pietatis in extremum coniectum est. Ex Eborensi collegio fuisse ad quadraginta, qui supplicibus codicillis Apostolatum ad Indos Sinas, Iaponios à P. Prouinciali omni contentione postularint. E quibus septem vna

cum

cum alijs decem Olisippone in Indiam soluerunt.

PORTVENSE ET RELIQUA COLLEGIA.

IN Portu vrbe annonae caritas hoc quoque anno continuauit. Extitit nostrorum opera in sublcuandis egentibus egregia. mille in id aurei, & eò plures conquisiti. Erat huius vrbis collegium ante sanctorum martyrum virginumq; reliquijs commode instructum. hoc anno P. Rectoris industria multis alijs auctum est. Sed quod omnem superat excellentiam, fructum accessit non exiguum e venerando Sanctissimae Crucis ligno, huic collegio, R. P. Nr Praepositi Generalis permissu, à R. P. eius Assistente Lusitano attributum. Hae quo primum die in templum sunt prolatae, & publicae venerationi in ara principe propositae, tanti ad nos concursus facti sunt, vt religio in triduum continuanda fuerit; diesq. singuli festa laetitia, solenni cultu, concioneq. celebrandi, celebritatem auxit per eos dies indicta lobelea expiatio. Et nunc piorum virorum liberalitas in ijs includendis, varijsq. thecis, signis, pro sua cuiusque pietate exornandis, se praebet egregiam. Nam praeter eas, quas priuatim

sibi quisque exornandas multi suscepere, octingenti in id aurei nummi communiter collati sunt.

BRACHARAM quoque, & circunjectas oras duplex malum afflixit, & morbi paene pestilentes, & fames. nostram tamen familiam aspera lues non attigit. vt idcirco a nostris abstinuisse videatur, quo commodius alijs opitulari possent. Et ad famis quidem malum alleuandum, cibaria saepe carcere detentis nostrorum opera comportata: mendicis ad collegij ianuam ventitantibus viritim distributa. omnino quadringenti circiter quotidie subleuabantur. Ad vtrumque vero malum leniendum, curatum est nequid inopibus, qui vel in nosocomio, vel priuatis in domibus decumbebant, deesset. ei rei praefectus est vnus e Patribus. omnes praeterea tum famelici, tum morbidi vtroque in homine adiuti; cum vna cum corporis alimentis, animae etiam subsidia subministrarentur. Data est opera, vt e carcere ij mitterentur, qui ob inopiam expedire sibi exitum nulla ratione poterant. In praecipua vrbis parecia nostrorum opera sodalitas est ad animas purgatorijs poenis alleuandas instituta, magna probatione ciuitatis. Animarum sodalicium illi nomen indium. Rem feliciter institutam speramus Diuina promo-

uente

uente Bonitate, maiora in dies incrementa habituram. Neque vrbe solum nostrorum se continuit industria. aditi quoque pagi circumiecti: ibiq. inopes, & annonae pressi difficultate opportunis subsidijs adiuti. quingenti aurei in eorum subsidium coacti.

IN BRIGANTINO COLLEGIO. P. Franciscus Soarius, Spiritualis coadiutor, decessit, magno nostrorum omnium dolore. Reliqui & in vrbe opera, & excursionibus ad lucra animarum fructus non contemnendos in horreum Dominicum congesserunt.

ANGRAE praesentem cum meliore vita commutauit Episcopus; vir, quamdiu vixit, Societatis amantissimus. is moriens collegium suae bibliothecae fecit haeredem. in vrbe, praeter vsitata, & communia, accessit noui nihil. Ad circumiectas insulas frugiferae aliquot factae sunt excursiones: quibus & insulae vniuersae, & vniuscuiusque insulae pareciae singulae nostris ministerijs lustratae sunt: tam multa vitia sublata, tam multa ad rectam pietatem reuocata; vt summa cum admiratione parochi ipsi, & sibi, & nostris Sacerdotibus gratularentur. Magna vbique gratia excepti sunt; vt cum ex vno populo ad alium proficiscerentur, eos toto itinere, ad nouos vsque hospites, veteres prosequerentur. ad fores templi

ante

ante lucem opperiebantur, qui primi ad confessionem admitti peroptabant. Tantus confitentium numerus, vt generalium tantum confessionum plus duo millia numerata sint. Tantum praeterea pecuniae corrogatum, vt virgines duae indotatae honesto matrimonio collocarentur. Tres totos menses in insula vna excolenda posuere; in quam viginti ipsis annis nemo nostrum venerat. Et sane occasione vsi insulani nostros homines tanquam coelo demissos exceperunt. neque opera tantae syluae expurgandae desiderata est: plurimiq. a damnato vitae genere, & culpanda ignorantia resipuere.

E FVNCHALENSI COLLEGIO, aliisq. circa residentijs, ob mare ab Anglis piratis infestum, publice nihil est allatum, priuatis tantum litteris est cognitum Angolae diem suum obijsse P. Ioannem Lopezium: reliquos torridum illud Africae latus caelestia imbribus doctrinae irrigare: pluresq. ad messem tantam quotidie adiutores flagitare.

IN INSVLA S. MICHAELIS paucos de nostris commorari. qui, praeter assiduam, vigilemq. in suo quisque munere operam, cum Anglorum numerosa classis mare vniuersum insulasq. excursionibus, direptionibus, populationibusq. infestassent:

non

non operam solum, laborem, & industriam; sed se, suaq. omnia, vitam denique ipsam ad communem ciuium salutem contulerunt. cuius rei testes publicas totius gentis litteras ad Regios Regni administros impetrarunt.

PRO-

Digitized by Google

PROVINCIA BRASILIA.

PROVINCIAM Brasiliam Socij quinquaginta quinque supra centum excoluere. Bayense collegium cum opidis adiunctis, tres & septuaginta aluere. ac collegium quidem ipsum sex, & quinquaginta, reliquos diuersa opida ac residentiae. Et residentiae quidem Ilheorum, portusq. securi singulae quaternos. opida tria S. Spiritus. S. Antonij, & S. Ioannis binos singula; quibus accedit insula Boipaba; in qua tres versati sunt, omnes numero septendecim. Quae loca omnia praeter residentias, opida sunt Brasiliorum, nostrae curae commissa. Collegium vero fluminis Ianuarij, cum adiunctis pagis quinquaginta sex. viginti nouem quidem collegium ipsum: reliquorum vero, quindecim residentia S. Spi-

Digitized by Google

Spiritus cum quatuor opidis ; duodecim vero S. Vincentij Praefectura , duobus tributos domicilijs , sanctorum Residentia , ac Piratininga , senos in singulis . Collegium Pernambucense , cum pagis duobus viginti sex . In Societatem admissus est vnus ; decessit item vnus .

COLLEGIVM Bayense .

AMPLA de hominibus bene merendi materia Bayensi Collegio suppeditauit , saeua lue , & vniuersorum ciuium strage percussa ciuitate . Visae per noctem faces binae , cometarum instar sereno caelo semel , & iterum discurrere , tanto fulgore , vt accensa lumina obscurarentur , magno pauore omnium animos perculerunt ; quid ira diuina portenderet attonitos . Morbi deinde grassari tota coepere ciuitate , breuiq. tempore tam multi prostrati ; vt singulae domus singula nosocomia viderentur . sed inopes praecipue , & omnium maxime mancipia contagio pestilens afflixit . erat omnino miseranda rerum facies . iacebant plerique pauperibus affixi grabatulis ; odore tetro , aspectu horribili , ipso oris halitu fugiendi ; cutis vlcerosa , & quasi colubri exsuuium

suuium sensim a corpore recedens. ipsa denique facies, totiusq. oris species ita immutata; vt, qui ante candido essent colore, in Aethiopicum nigrorem verterentur. omnia paene tetro morbo Lusitanorum seruitia deleta. Qui desiderati sunt, ad quindecim millia peruenere. Nusquam tam graui tempore nostrorum opera desiderata. neque animorum modo expiationi sacramentis, ac pijs monitis precibusq. sed corporum etiam salubritati varijs medicaminibus opem tulere. religioso etiam S. Nicolai oleo aegrotos perunxerunt: resq. successit plurimum ad votum. multi enim de quorum salute iam prope conclamatum esset, Sancti Antistitis meritis pristinam recepere valetudinem. Subsidia praeterea ad corporum sustentationem per nostros egentibus collata. quidquid in nostro paenu fuit, P. Rectoris iussu, quecunque opus fuit, prolatum. bina boum iuga, quae plaustris ea, quae sunt vsui, domum nostram conuehebant, aegrotorum vsui addicta, aquam, cuius magna erat penuria, variaq. pomorum genera, quibus pro caeli natura morbi leuabãtur, & opportuna suppeditabãtur alimenta, assiatim supportabant. Neque vrbi tantum nostri praestofuere, sed ad saccararias quoque officinas ingenti cum emolumento animarum excurrerunt.

Con

Conciones interim, & sacramentorum administratio in templo cursum suum tenuere magno cum fructu animarum. Christianae doctrinae explicatio in dies progreditur. Sodalium quoque vndecim millium virginum tutelae commissorum pietas feruet vt cum maxime. Haec & si superiorum annorum litteris nota sunt: fuit eorum tamen, ob loci longinquitatem, tam a nostro cultu remoti, memoria reuocanda. Ne illud quidem omittendum: Antistitem gymnasium nostrum inuisentem, a scholarum alumnis versibus, & dialogo eleganti exceptum esse.

Quatuor indigenarum seu opida, seu vici sunt huius collegij tutelae commissi. in iis excolendis versantur e nostris octo: bini in singulis, vti supra notatum est. Augetur in iis in dies Christianorum numerus. & qui semel Christianam fidem hauserunt, in ea, & retinenda & colenda sane sunt constantes. Confessiones (vt in paupere grege numerentur capita) auditae vicies & bis mille quadringentae quadraginta duae. admissi ad Sacram mensam octies mille sexcenti duo: salutari aqua tincti trecenti uiginti quatuor. Nec diuini est horum Christianorum pietas expers beneficij. Ex iis vnus, post longam aegritudinem, intercluso spiritu, diu exanimi similis iacuerat, cumq. iam maturum

turum sepulturae tempus aduenisset, recepto spiritu repente conualuit. territos, qui circa erant, confirmauit. narrauitq. sibi Diuinae Matris beneficio viuendi spatia prolata, quo sibi facultas benignius daretur vitae in melius mutandae. Excursiones praeterea aerumnarum, periculorumq. pleniſſimae ſuſceptae. Miſſi Sacerdotes ſex ad remotiores populos, nondum Eccleſiæ adiunctos. Itinera inuia, aſpera, praerupta. aſperi montes, ſolitudine, vaſtitateq. deſerti; omni vitae ſubſidio carentes, vt ne aqua quidem ſuppetat ad ſitim temperandam. Contigit, vt, dum per praeruptas rupes, dumetis obſitas, omniq. latice carentes, diebus aliquot iter haberent, deficiente, quam portauerant, aqua, ſiti defecturi fuerint, ni peropportuna pluuia, diuina miſericordia caelitus demiſſa, recrearentur, & facultas etiam in reliquum iter aquae colligendae ijs ſuppeditaretur. Et illa omnia incommoda tanto animi ardore adita; vt minus auidae expeditiones illae ſuſcipiantur, quae non fuerint huiuſmodi difficultatibus obſeptae. Ad tria tandem indigenarum opida peruenere, quorum incolae obuiam ijs, cum ſuis quique munuſculis prodiere. ipſorum rogatu cruces in ſingulis opidis defixae. Penetrarunt Sacerdotes quatuor ad Amoapyras; ad quos nunc primum

Digitized by Google

num nostris patuit accessus. Gens indomita, & inhumana, moribus a reliquis gentibus abhorrens: sagittarij exercitati, & collimandi peritissimi. sagittas porro imbuunt veneno: quo fit, vt finitimis populis terrori sint. Quid nouo his expeditionibus, tum ad Amoapyrae hosce, tum ad illa tria opida geſtum ſit, praeter crucium defixionem nihil cognitum erat adhuc. erunt siquidem, insequentis anni litterae expectandae.

ILHEORVM Sedes calamitoso admodum casu ad praesens duntaxat tempus penitus sublata est. opidum aduentu piratarum, fugientibus incolis, expugnatum, ac direptum: templa solo aequata: aera campana conuulsa: sacer templorum apparatus totus pedibus conculcatus: nullum in sacra, religiosaq. contumeliae genus praetermissum. tam acerbae calamitatis nostra aedes, resq. omnis tum sacra, tum domestica maximum sensit detrimentum. Nec plura his cognita. maxima damna minutissimis punctis adnotata.

COLLEGIVM Fluminis Ianuarij.

IN Collegio Fluminis Ianuarij vita functus est Antonius Gonsaluus, qui ex An-

Digitized by Google

gobis pauis ante annis huc traiecerat. Gymnasio discipulorum numerus accreuit. Quadragesima bis quaque hebdomade ad flagellationem conuenere. Sodalicium virginibus dicatum efflorescit. Baptismi sacramentum percepere quadraginta duo, matrimonij iunxere vndecim.

In duobus indigenarum pagis, huic collegio attributis, baptizati centum octoginta quatuor; coniuncti matrimonio quinquaginta quatuor. Magno hic neophyti religionem amore prosequuntur; magna pietate, cultuq. sacra colunt; aquam praesertim consecratam. quam in morbis; ea fiducia in Deum est, experiuntur salutarem. Puer nuper, vnica parentum proles, eo vi morbi deuenerat; vi frustra remedijs omnibus periclitatis, spes vitae nulla supereßet. hic, extremum agens spiritum, sacri ramusculi cineribus lustrali aquae infusis respersus, post tridui letargum, praeter spem omnem continuo conualuit.

IN SANCTORVM praefectura, & PIRATININGAE res felici cursu eunt. Magna indigenarum cum Lusitanis coniunctio: longe maxima in nostrum ordinem beneuolentia. & si nonnullorum iniuria aliqua in varietate Lusitana Res versata est. Sed duorum Sociorum opera ingens turbulentia sedata, & resarta con-

Digitized by Google

conspiratio. Baptismo expiati centum nonaginta tres: matrimonio coniuncti sexaginta.

IN SPIRITVS SANCTI Residentia Christianae res in dies augetur. Baptismo lustrati sunt ducenti quinque: matrimonio coniuncti quinquaginta nouem. Indigenae aliqui lustrationum metu, multis iam ante annis, longe in mediterranea secesserant. ad eos, commeatu impetrato, neophyti triginta ex ijs, qui nostrae ditionis sunt, ipsorum propinqui, profecti, eis persuasere, nostrae vt se fidei committerent; illorumq. statum miserati; vt, discussis tenebris impietatis, Christianae religionis lucem sequerentur. Illi, collectis vasis, postliminio in patriam omnes redierè. Erant omnino quadringenti. medium iam paene iter mensi erant, cum in hostium incidunt insidias. sed tanta fuit voto duntaxat conceptae fiducia religionis; tamq. propicia adfuit diuina manus; vt, commisso praelio, hostium ducenti interfecti sint, reliquis in fugam actis. Tam laetam victoriam Diuinae acceptam voluntati retulerunt. Nostri de re per celeres nuncios praegressos factis certiores; confestim expeditos ad quadraginta subsidio illis obuiam misere. Excepti tandem sunt communi omnium laetitia. Ipsorum Princeps ad nostri pedes Sacerdotis se abiecit. quem erectum Sacerdos ad templum qualiquali peristroma-

stromate ornatum, deduxit; cetera turba prae-sequente. Excepti in templo buccinarum na-via symphonia, & publicae aeterno numini gra-tes actae. Ad eos Dynasta se adiunxerat, opi-dorum quatuor dominus, eo consilio, vt fidem, institutaq. nostra pertentaret; indeq. ad suos testis oculatus eius, quam expertus esset, siue fidei, siue perfidiae rediret. Qui, dum hic ver-satur, incidit in morbum. cuius incolumitati ea diligentia, caritateq; à nostris inseruitum est, vt, reparata valetudine, admirationis plenus identidem exclamaret: Non egere parentibus, qui nostrae tutelae se committerent. Paucisq; diebus, vt se suosq; ad Christi gregem adiunge-ret, redijt ad suos. Diuina bonitas coepta adspiret.

COLLEGIVM
Pernambucense.

PERNAMBVCI, praeter rem Christia-nam, litteraria quoque feliciter progre-ditur. Illustriss. Praesul nostrarum rerum ad-prime studiosus, certam quotannis pecuniam impendit; qua praemia scholarum discipulis parentur. Et sane non minus pietatis, quam litterarum studio fuere commendandi. Maxi-ma

ma rerum inopia vincti premebantur; & fortasse inedia nonnulli defecissent, ni scholarum alumni eos munusculis, alimentisq. sustentassent: mirante in tenera aetate ciuitate, quod grandis aetas exemplo praecipere debuerat. In duobus indigenarum opidis, qui à nostris excoluntur, quadraginta duo sacro fonti sunt admoti: Christiano iugati matrimonio itē quadraginta duo.

PROVINCIA INDIA.

SOCIOS recensuit India Prouincia trecentos & quatuor. Sacerdotes centum quadraginta quatuor: è quibus decem docendi munere occupantur. Scholasticos quinquaginta duos: quorum magistri munere funguntur octo, coadiutores sexaginta octo; nouicios quadraginta. Ex omni numero octo è viuis excessere: adlecti ad Societatem viginti. In infidelium conuersione strenue ab omnibus inuigilatum: dataq. est opera, vt eorum querelae praecidantur, qui suis emolumentis intenti, simulato zelo, ei rei clam aduersabantur. Ita hoc anno, praeter infantes neophytorum filios, baptismo renatorum numerus ad tria millia peruenit, & quingentos.

GOANA PROFESSORVM Domus.

QVI Goae Professorum Domum incoluerunt, morbis grauibus vexati sunt: sed omnes Dei beneficio conualuere, vno excepto P. Valerio Parada familiae Praeposito, spectatae virtutis viro, & multis experimentis diu comprobatae. Malacense, Cocinense, & Goanum collegium multa cum laude Rector administrauerat. oppressus est obitu prope repentino. Nam cum de more flato die priuatam ad domesticos haberet concionem, inter dicendum, repente hominem vox, & loquendi facultas defecit. delatus ad cubiculum spatium quidem habuit ad se sacramentis muniendum, extremo tempore adhiberi solitis, quae rite omnia integris sensibus percepit: vocem vero longius trahendi non habuit: sed ex hac vita in aeternam commigrauit. Sacerdotes duo, vnus ad quatuor, alter ad trium votorum professionem sunt admissi. Decem praeterea Sacerdotes, totidemq. fratres, coadiutores, hi ad domestica, illi ad spiritalia munia formati sunt: edidit q. vterque ordo singulare in suo è suis non vulgaris specimen virtutis. Nam P. Antonius Vaz quo die sua palam emisit vo-

ta, homo octogenarius & quinquaginta annos egerat in Societate, quorum quadraginta in hac, aliisq. Indiae ciuitatibus inseruierat, magno animi ardore se promptum ad omne genus missionum Praesidibus exhibuit. & nunc, tanquam aquilae recepta iuuentute, nullum quantumuis grauem subterfugit laborem. Lazarus item Riberius, octo & viginti natus annos, cum in Societatem iam pridem ad studia admissus esset; postea, quod chirurgiae esset insigniter peritus, à studijs ad Marganensis nosocomij curam translatus erat. qui, cum de statu in Societate amplectendo admoneretur; fieretq. ei potestas studia doctrinarum repetendi, humiliorem Marthae sortem splendidiori ordini praeoptauit. nunc magna cum humilitate in tam pleno caritatis munere magno cum animarum emolumento perseuerat. multos enim ethnicorum, qui ad hospitium illud confugiunt, non corporis solum curationibus sanat, sed fidei quoque praeceptis ad Christi Ecclesiam adiungit.

Ceterum quae alijs Europae, huic quoque Indicae familiae solennia fuere. Ingens concionum, sacramentorumq. frequentia; & ex frequentia utilitas. Restitutiones non pecuniae solum, sed etiam mancipiorum: qua occasione turpis etiam consuetudo praecisa est.

Caedes

Caedes iniustae prohibitae: matrimoniorum diuortia impedita; indigni concubitus fublatii difficiles admodum pacificationes compositae, ac, ne cursim magno labore confecta praeterea mus, seligam è multis vnum, aut alterum. Nex inanes ob suspiciones vni è nostris discipulis parabatur innocenti. iam sicarij ad caedem conducti hominem ad templi nostri valuas ipso die caenae Domini, cum condito Christi corpore prodiret, opperiebantur. Sed fauit innocentiae Diuina Bonitas. Vnum è facinorosis permouit temporis religio ad confessionem obeundam, qui exterritus à Sacerdote, iussusq. ab eo, cui assuenerat, vitae genere se abducere, mature vt sibi caueret admonitum seruauit, quem perdere decreuerat adolescentem. Alius nulla iusta causa violarat alterum. crus ei debilitauerat. foeda praeterea faciem cicatrice deformauerat, insuper etiam multis vulneribus affecerat. Quare dolore actus iniuriae laesus iniuriosum hominem, quocunque se conferret, ad necem perquirebat. nullus ei effugio locus tutus erat; ac ne in Maurorum quidem finibus, nisi in mediterranea longe recessisset. Et iam de sua desperans incolumitate Maurorum superstitionem sogitabat. Verum antequam consilium maturaret. Goae vnum è nostris consuluit. Erant per id tempus quadragenaria ieiunia.

nia hominem noster fieria vj. concione absoluta, quo tempore Christi suffixi signum, processione magna pietate prosequentium praeferetur. Secum in nostro templo se sistere iussit; atque ante Crucifixi imaginem ad pedes se inimici abijcere; demissaq. prece humiliter ab eo, per illius meritu, quem tantis contumelijs nostra caussa affectum ante se videret, veniam petere, permouit ea res agmen vniuersum; viciq. iratum animum tanta animi demissio, loci, dieiq. sanctitas, & vniuersae multitudinis consensio. oblitaq. iniuriarum memoria optatam inimico pacem dedit. Eadem ratione, eodemq. pietatis genere grauis rlia composita simultas. Ob grauem vero nobili illatam contumeliam duae factiones arma sumpserant; seq. ad certamen comparabant. erant magni rerum motus; eratq. omnino futura magna perturbatio, certumq. periculum à multorum caede; sed inimicitiarum incendium maius immineba. id resciuit vnus è nostris; iniurioso. persuasit, vt eodem in templo, dum simili die, praelato signo crucis agmen duceretur, applicitus in genua, ab eo, quem laesisset pacem peteret. ita non modo illi, sed vtraque etiam factio reconciliata ciuitatem magna sollicitudine leuauit. Turbae aliae graues, ac periculosae, cum multorum pernicie coniunctae, ne modum excedamus, omitt.

mittuntur. Mulierbris pudicitia ab iniuria defensa. matronae, puellaeq. procorum impor tunis sollicitudinibus in periculo integritatis amittendae versabantur: sed nostrorum opera in tuto collocatae, à iactura vitae, famaeq. vindicatae. Virgini, ne certo coniugio potiretur, falsum obiectum erat crimen; & ad id probandum falsi testes comparati. Dei tandem beneficio vnius è nostris opera totum periculum discussum, & coniugium transactum. Allatum item nobilibus matronis auxilium extrema inopia laborantibus, ad easq. sustentandas, praeter Archiepiscopi copiosam benignitatem, à pijs amicis eleemosinae corrogatae. Orphanae aliquot, omni ope destitutae opportunis auxilijs adiutae. E carcere aliqui exempti; vel aere alieno alienа benignitate soluto, vel delictorum venia impetrata. E triremibus etiam P. Patroni Christianorum opera amissi, qui, praescripto sibi à lege, tempore expleto, adhuc attinebantur. Catechismus in nostro templo, non pueris modo, scholarum omnium, quae sunt in ciuitate, sed adultis quoque explicatur. Sacramenta in nostro templo frequentantium ingens numerus non Lusitanorum modo, sed etiam Indorum. Quod ad fidei propagationem attinet, magnus fuit eorum numerus, qui in catechumenorum domos ad baptismum comparatum. Nosti be-

mium

rium Regium, in quo multi (ducenti interdũ) decumbunt aegroti; in vsq. nobiles non pauci, praesertim quo tempore Regia appellit classis, nostri iam antea administrauerant. eam procurationem, ad multorum vitandas offensiones, his paucis annis abiecerant. hoc anno, postulante Rege, qui de re ad nostros accurate scriptas litteras dederat, R. P. N. Generali permittente, agente Comite Almirante, qui pro Rege Indicam administrat, P. Visitator communi totius consilij sui consensu, vt nostrorum curae denuo redderetur, permisit: re pecuniaria, quae seminarium dissidioruiam erat, multarum redimendarum causa molestiarum in alios translata. Magna laetitia ea res omnium ordinum homines affecit. Nam & aegroti benignius tractantur, curantur diligentius; & res familiaris melior fit. aiunt enim biennio, quo nostri se inde subduxerunt, quinis millenis pardais, annis singulis, aliorum annorum, quibus nostri praeerant, impensas superasse. Degunt ibi e nostris, vt ante Sacerdos vnus cum fratre. ad aegrotos leuandos, & alia caritatis exhibenda ministeria, tum Sacerdotes tertiani, tum nouicij reliqui quotidie viciſſim eunt: aegrotos quoque cum naues adueniunt, perquirunt: in nosocomia deportant: abluunt, purgant, fouent, refocillant: quo fit,

vt

& multi, quorum salus paene deplorata esset, reuiuiscant; multi maris iactatione male habiti, maligneq. à vehiculis instructi, conquisitis elecmosinis adiuti. Nostri quo primum die eo pedes intulerunt, missi Prorex ex Regio Fisco extra ordinem mille pardaos, ad resarciendam multa, quae interim damnum passa erant. ipseq. hebdomadis singulis nosocomium inuisit: humaniter cum Patre, fratreq. qui praesunt, collaquitur; serioq. de spiritali bono atque aegrotorum commodis cognoscit, agitq. cum illis.

COLLEGIVM S. Paulli Goanum.

IN Goano collegio ex hac in vitam alteram excessere Sacerdotes duo, cum fratribus duobus. P. Melchior à Figueredo, antiquus in Societate, aerumnis, laboribusq. confectus, afflicta iam multis annis valetudine, è Iapone in Indiam remissus, patrij caeli experiundi causa. Vitam ille quidem in annos aliquot, sed inter varios morbi cruciatus vtcunque perduxit; quos admirabili exemplo patientiae, & summa animi alacritate pertulit. morborum demum diuturnitas deficiente natura, hominem exstinxit. Hunc, paucis intersectis diebus

Digitized by Google

bus, sequutus est P. Franciscus Enriques, diuturno morbo, quo se ad suae caritatis praemium consequendum comparauit, consumptus. plus triginta annis in Societate vixerat: quibus variis se muneribus cum laude exercuerat. Et quoniam Persicae linguae, Persicorumq. morum, institutorumq. bene peritus erat, ad Mogorem cum clarissimo martyre Rodolfo Aquauiua profectus erat. His duo fratres successere Georgius Barrada, & Ioannes Franciscus: ille septimum, octauumue annum agebat in Societate. ad quam tenerae admodum aetatis venerat: hic magna pietate, magnaq. animi demissione in domesticis ministerijs adiutor. Ceteri suas & valetudinem, & vires in suo quisque munere, ad proximorum salutem impenderunt. Et scholastici quidem Dominicis diebus pomeridiano tempore ad rudes de more Christiana doctrina imbuendos, tum in Ecclesijs, & vrbis compitis, tum in triremibus, & carcere exinerunt. Statis etiam temporibus pareciae extra vrbem, adiacentesq. insulas adierunt, conquirendis ijs, quos intra Ecclesiae sagenam cogerent: quo tempore magnum animarum numerũ, persaepe etiam familias totas ad Christi legem amplectendam adduxerunt. Etsi hoc conquirendarum ad baptismum animarum, & catechismo instruendarum onere multum leuati

sunt,

Digitized by Google

sunt, magna parte in professae domus Sacerdotes, & tirones deuoluta.

Quod iam pridem institutum est in templo S. Pauli, vt per Quadragesimam, concione absoluta, supplicatio flagellantium traducatur, maiora quotannis capit incrementa. nam, praeter illa, quae in domo professorũ dicta sunt, processio maiore in dies frequentia celebratur; tum Lusitanorum, tum Indorum sese verberantium, & magno aliorum ciuium concursu. itaut vel ipsi Mauri, ethniciq. stupore defixi, Christianorum pietatem admirentur. Scholae frequentia florent, & ingenijs: Theologiae, & quaestionum conscentiae tanto numero, & studio vt Europeae, non Indicae videri possint. vbi nobilium studia non ad artes ingenuj, sed ad bellicam laudem, bellicasq. artes, quasi natura impellente, feruntur. E nostris fratribus magno cum fructu, vt experimenta declararunt, quindecim artium cursum confecerunt; iniuerunt vndecim bonae expectationis adolescentes.

SEMINARIVM S. Fidei Goanum.

IAM inde à primis rei Christianae in hac vrbe constituendae initijs, Lusitaniae Re-

ge

ge excellentis memoriae Ioanne, Stephano Gamma Indiam pro Rege administrante, anno antequam eximiae sanctitatis Xauerius in Indiam trajiceret, Goae collegium institutum erat alendis e diuersis Indicarum nationum pueris; qui Christiani imbuti praeceptis, doctrinaq. aucti Ecclesiastica, cum adoleuissent, sacris initiarentur; & sacerdotio ornati in suam quique patriam remissi, inter suos aut rem Christianam erigerent, proueberentq. aut, vbi illata nondum esset, lucem inferrent Euangelij. Et, quod ad Christianam fidem propagandam alumni instituerentur, Collegio à S. Fide nomen inditum. Adiuncta deinde collegio aedicula Conuersioni S. Paulli dicata, nomenclatura duplex collegio accessit; & collegij S. Pauli & collegij S. Fidei. Aduentu deinde Xauerij, & Sociorum in Indiam, & constituta iam Societate, Lusitani Regis iussu S. Paulli collegium in Societatis vsum concessit; prolatoq. Regia impensa aedificio, Seminarium Societatis institutum est; quo adhuc in vsum totius Orientis vtitur Societas, Indicis alumnis in domum aliam translatis. Mansit S. Paulli nomen paenes collegium Societatis; nouo nomine tum orphanorum, tum catechumenorum priori Seminario illato. nam in eo & catechumeni ad baptismum, tantisper alebantur, quoad, lustrati sacro fonte idonei

indica-

indicarentur, qui ad suos remitti tuto possent: & orphani multi, Indiciq. pueri in Indicarum Ecclesiarum vsum erudiebantur. Hoc anno P. Visitatori, Proregi, ac ceteris officijs placuit vetus & institutum, & nomen Seminarij S. Fidei reuocare. Primum maior adhiberi coepta cura est in deligendis alumnis: statutumq. est, vt debinc non quicunque, & fortuito: sed è remotissimis quibusque regionibus pueri accersantur; eaq. indole deligantur, de quibus spes haberi possit, eos ad propositum collegio finem idoneos futuros. Prouinciam porro alumnos Indicarum quidem nationum conquirendi Prorex ipse suscepit: Archiepiscopus sibi sumpsit Abassinos, idq. eo maxime consilio; quod Patres è Societate penetrare in Aethiopiam non possint; vnusq. & senex, qui catholicorum reliquijs regendis supererat, iam decesserit, & nulla adhuc via supersit ad opem indigentibus ferendam, nisi eiusdem gentis Sacerdotes in patriam ad suos remittuntur. Placuit tamen iustas ob causas etiam Lusitanorum aliquot cum Indis educari. Lusitani duo & viginti numerantur; Indi quinquaginta. Ita ad septuaginta duorum numerus, quem & sanctae memoriae P. Gaspar instituit, & B. P. N. Ignatius probauit, peruenit. Hi in vsum suae quisque gentis educan-

Digitized by Google

tur: litteris, & sacra doctrina imbuuntur; musica etiam Ecclesiastica tum vnisona, tum symphoniaca, & voce, & organis ad armoniam exercentur. vt cum idonei fuerint, patria repetita, vel nostros vna proficiscentes adiuuent; vel ipsi suo marte gentiles suos salutari instituant doctrina. Conuictus & disciplina eadem, quae prius, & quae in Europeis seminarijs seruatur.

Tres è Societate illorum regimini, vt ante, praesunt. duo Sacerdotes, quorum alter Rectoris, alter Praefecti studiorum, tertius frater Ministri munere funguntur. omnes Rectori collegij Societatis obediunt. Scholas adeunt publicas per vrbis vias agmine compositio; more eorum qui Romae in suae quique gentis collegijs degunt. Initium nouae huic institutioni, seu restitutioni potius solenni cerimonia, apparatuq. celebri ipso Assumptionis Virginis die factum est. quem diem Seminario tutelarem delegerunt. Celebrata actio est publica laetitia, concione à P. Visitatore habita de ea re, & supplicatione à templo S. Pauli ad Seminarium traducta, multiplici adhibita symphonia: rem totam sua praesentia Prorege, ac Regni proceribus, & concursu ciuitatis, cohonestantibus. Viri principes praeterea cum Prorege interiores ingressi aedes, loca omnia magna bene.

Digitized by Google

beneuolentiae significatione collustrarunt. Prandio eo die in Seminario excepti sunt P. Visitator, Prouincialisq. cum Patribus aliquot è primoribus. alumni inter mensam suo quisque idiomate de Virginis laudibus perorarunt. idiomata varia audita, Latinum, Lusitanicum, Persicum, Arabicum, Daquenicum, Guzaratanum, Canarinum, Malabaricum, Malacense, Cafricum. nec tamen omnibus, qui parati erant, locus fuit: multiq. temporum angustijs excluſi. Hac noua reformatione spes est, multo in dies maiores, & vbiciores ex hoc seminario fructus profecturos. Alumni ipsi, tum Lusitani, tum Indi sunt disciplinae valde studioſi; legibus obtemperantes, praesidibus obsequentes: stata quotidianae precationis spatia obseruant. decimo quinto omnes, capaciores octauo quoque die confessionis, & Eucharistiae Sacramenta obeunt. corporis atterendi miro flagrant studio, Quadrageſima praeſertim. quo tempore bis quaque hebdomade ad flagellationem vnum in locum conueniunt omnes. tandiuq. tenet flagellorum percuſſio, quoad quinquageſimus psalmus ad hydraulam armonice cantatur. Domi, foriſq. ea sunt modeſtia; ea corporis, totiusq. oris compoſitione, vt ſpectantes incitent ad pietatem. E Lusitanis multi ad alias familias, ſex

Digitized by Google

contulere sese ad Societatem. Ex Indis duo ad Sacerdotium promoti, Ecclesijs regendis ob specimen virtutis ab Archiepiscopo addicti. Artium cursum alij magna ingenij laude peregerunt, suis egregie thesibus propugnatis; aliisq. strenue experimentis superatis, idonei ad Theologiae studia iudicati sunt. Alij in studio eius moralis Theologiae versantur, quae cuiusque conscientiae regit actiones. Vigent inter eos & studia Latinitatis, ac rhetoricae; suntq. omnium diligentissimi; in eoq. studio ceteris excellunt. sed ardor fidei, & studium infideles ad Christum adducendi cum in omnibus, tum maxime feruet in adolescentulis. vt in ijs illud eluceat Apostoli: Infirma mundi eligit, vt confundat fortia. ita pro modulo feruent in opere, vt nulla re laetentur magis, quam constantia in fide, & suorum gentilium conuersione. cum ijs saepe sermonem miscent; multisq. rationibus, & exemplis eos ita obruunt, vt veritatem intuendam vel connuentibus subijciant. Eorum aliqui in puerum inciderunt, qui è proximis terris Goam venerat eleemosinas quaesitum ad Pagodum cultum. erat hic ethnicis natus parentibus, patre idolorum Sacerdote: cui in exsecrandis cerimonijs peritissime administrabat. eratq. in ijs tam exercitatus, vt Goam, saepe ad eas exsequendas, tanquam

quam bonus magister, mitteretur; praesertim in ortu liberorum ethnicorum. Hunc pueri adorti ita suae religionis vanitatem docuerunt; vt è vestigio, inani abiecta superstitione, se velle fieri Christianum professus, eos ad Seminarium sequeretur. Vbi, dum instituitur, tertio, quartoue mense mater eo se confert, filij conueniendi caussa. Puer, cognito eius aduentu, dici non potest, quanto studio exarserit eam ad Christum traducendi: neque ante destitit, quam illi persuasit, vt Christiana esse vellet. ita in catechumenorum numerum relata, sacro Pentecostes die cum filiola baptizata est, patre in suis tenebris, & inani sacerdotio haerente. Alij per vrbem ambulantes in puerum alterum inciderunt; quem orphanum esse suspicati, rogant, an Christianus esse velit. se orphanum negauit esse puer: Christianum tamen esse velle affirmauit: eosq. ad Seminarium euntes sequi coepit. Pater, qui non longe aberat, rem conspicatus, confestim accurrit fremebundus; puerisq. increpitis; filium abducere conatur. tum illi circunfusi, amplexu puerum pertinacirer defendunt, donec Lusitanorum concursu iniuria prohibiti, domum salua praeda reuerterunt. Pater, filij perspecta voluntate, postero die cum coniuge pueri matre venere ad collegium petitum, vt se

quoque in catechumenorum numerum referrent: stataq. die vna cum filio baptizati sunt. Ethnicus in famulatu erat Regij supremi Auditoris. hic duos paruos natos ex insula in continentem traijcere anxie contendebat; metu ne ad Christianam religionem adigerentur. cumq. ea de re saepius herum compellasset, iussus est, securo esse animo: scire Patres ipsum supremo Auditori famulari; nec licere iniuriam facere cuiquam ex eius familia. Quo responso barbarus quieuit. Duo interim ex his pueris, impetrata venia parocho cuidam indicarunt; certa eius pareciae in domo orphanos duos custodiri. missi ad eos extrahendos pueri cum apparitore, ab domo aberrarunt: domumq. eius, qui famulabatur Auditori, intrarunt. petiere orphanos sibi exhiberi. perculsus ille rei subitae nouitate, negauit esse domi suae orphanos. suspicatus apparitor ipsum eos nolleprodere, perscrutatus domum, duos eius liberos deprehendit, puerisq. ad Seminarium deducendos tradit. Ethnici pueri subito exhilarati, magna animi alacritate se duci passi sunt; professi Christianos esse velle. Pater demum, re cognita, suasu praesertim Auditoris, & ipse vna cum coniuge Christo nomen dedit. vnaq. omnes baptizati sunt: & ab ipso Auditore è

sacro

Digitized by Google

sacro fonte susceperit. Multa id genus alia modij vitandi causſa praetereuntur.

DOMVS PROBATIONIS Goana.

IN Goana Probationis Domo quadraginta numerati sunt: nouem Sacerdotes, è quibus quinque tertium probationis annum peragunt, vnus in residentia Assolonana degit; quatuor coadiutores veterani, reliqui nouicij. quorum biennio exacto, nuncupatis votis, quinque ad studia, duo ad domestica exercenda munia emissi. Duo è viuis excessere. Prior Didacus Cardosus coadiutor, tertio, quam ad probationem admissus est, die, magna suae simplicitatis, ac pietatis opinione relicta, decessit: posterior Antonius Soarius scholasticus designatus. qui tenera adhuc aetate, nimia contentione pietatis, dum se anxie nimium ad verae studium virtutis incitat, lentum incidit in morbum; qui sensim excedens vitae radicem, phthisim adduxit. qua tandem, probationis biennio expleto, votisq. è strato nuncupatis, hinc in Societatem caelestium excessit. Alij morbis grauibus vexati, ad suae vocationis exercenda munia, diuina beneficentia, rese

reseruati, strenue in vetere consuetudine abij cienda, nouisq. pietatis sensibus imbibendis, abiectione sui, caritate in proximos, arctissima cum Deo familiaritate ineunda, tertianis maxime ad omnem humilitatem suo exemplo incitantibus, se exercent.

RESIDENTIA
S. Virginis à gratia Choranensis.

CHORANVS parua est insula, Goa non longe dissita. in ea praedia sunt Societatis; è quibus S. Paulli collegij, aut omnino, aut magna ex parte pendent vectigalia, In eam saepe transeunt Goani reparandae valetudinis, & animi a contentione remittendi caussa, cum per anni tempus indicitur cessatio a studijs. Incolae duas sunt in parecias diuisi, quarum altera in nostra ditione est. ea est Christianorum inopum perfugium. nulli in ea sunt ethnici admisti. omnes Christiani veteres, & verae cultores pietatis. diuinis rebus multum sunt addicti: sacramenta frequentant studiose; & sua etiam habent, quae magna colunt pietate, sodalicia. His instruendis, & horum animis regendis praefuit adhuc Sacerdos vnus è Societate. Placuit autem

tem P. Visitatori, vt nostri cura animarum leuarentur, toto onere omnino in Archiepiscopum translato. Datus est igitur & his parochus alter, ex alumnis Seminarij S. Fidei, sacerdos spectatae probitatis, & doctrina idonea instructus. qui ea aequitate animi à nostris colonis est exceptus; vt tamen nostri desiderium, illorum praesentia, qui Goa huc subinde commeant consolentur. Ac dum proprium aedificatur, ad sacra, sacramentaq. nostro interim templo vtuntur. Nunc ibi frater vnus residet, qui rem rusticam procurat; & vectigalia à colonis, qui nostros conduxerunt agros, exigit, tum huius, tum Dinarae insulae alterius quae ad Cocinense pertinet collegium.

COLLEGIVM S. Spiritus Marganense in Salsethide.

SALSETHIS Indorum lingua sonat: Pagi, seu vici sexaginta sex. De ea, deq. Spiritus Sancti collegio, in opido Marganо, multa satis proximorum annorum litteris scripta sunt. Tredecim in ea peninsula Ecclesiae, pareciaeue sunt: triginta quinque Christianorum millia: ad quos excolendos è Marganensi

gamensi collegio operae excurrunt. Degunt in eo collegio Socij nunc viginti septem, sacerdotes quindecim, cum fratribus duodecim. Patris enim Visitatoris praescripto casuum conscientiae studia in eo collegio sunt instituta. E fratribus, qui in eo degunt, nouem ijs sunt addicti, ac cum studia ibi vigeant alia nulla grauiora, hoc vno accurate multum exercentur, magistro praesertim docto, & exercitato, longe plus hic, quam in Goano collegio hoc breui tempore profecere. Binas praeterea quaque hebdomada Indicae linguae scholas habent.

E Raccionola sede, vbi adhuc asseruata erant, sanctorum quinque martyrum corpora, Goam ad templum S. Pauli translata; in sacello ad id ornato, suis quodque loculamentis, seorsim condita sunt, inscriptione adiecta singulorum, ad memoriam. Aucta collegij aedificatio, & auctum sacrum instrumentum. E tredecim quas in hac peninsula esse diximus Ecclesias, tres hoc anno locis valde opportunis exstructae sunt, ad multos infidelium ad Christi gregem compellendum. Earumq. vna in ipso meditullio nationis Brachmanarum, vbi paullo ante sine praesidio nobis infida erat commoratio. & nunc ingenti concursu Christianorum ab Archiepiscopo dedicationis cerimonia peracta est, & Missarum oblata sacrificia. Catechismus

smus etiam, quid iam pridem à multis annis erat in optatis, gentis lingua conscriptus, magna cum ipsorum vtilitate à pueris condiscitur. quem cum diebus Dominicis in conuentu percurrunt, Christianorum adulti multa, quae ante ignorabant, percipiunt. ita nunc & studiosiores pietatis sunt, & in obeundis confessionibus cordatiores. Tota denique Salsetbide, diuino Dei beneficio Christiana res proueitur in dies, nec clara desiderantur constantiae documenta in neophitis. Multi enim cum grauiter aegrotarent, à propinquis sollicitati vt hariolos adducerent, qui superstitiosis remediis morbo medicinam facerent, constanti animo obstiterunt. Alij eiusmodi hariolos, Christianorum fines oberrantes, vt imperitos, ac simplices suis fucis in fraudem illicerent, adorti, ita illorum inconstantiam redarguerunt; mendacia, & impostura detexerunt; vt ab omnibus irrisi, a magistratibus postremo triremibus addicerentur. Non cessat interim nostrae salutis hostis ijs, quibus potest, modis Ecclesiae hanc teneram sobolem vexare. Multos iniquus insedit, multosq. aliquandiu vexauit; vt pro mortuis nonnulli interdum haberentur. qui omnes pijs Ecclesiae precibus, aut pia suscepta ad templa varia peregrinatione; aut aqua asperſi benedicta, liberati sunt. E multis

exem

exemplum vnum, aut alterum proponam; è quibus similia concipiantur. Christianus vir honestus iter per fundum sub noctem faciebat, qui antea Pagodibus dicatus erat: rumorq. dissiparat, daemones ea loca obtinere: cum ecce tibi subito magna ictus plaga, a praegrandi tetroq. homine inflicta, corruit ad terram, mortuoq. similis domesticorum manibus deportatus, cum multa adhiberentur, nunquam rediit ad se. aduocatus tandem Sacerdos cum aqua eum benedicta aspersisset, continuo magna omnium admiratione resipuit: receptisq. omnino sensibus, magno animi fructu, antequam discederet Sacerdos, confessionis obiuit sacramentum. Femina primaria cum coniuge inambulabat, cum coepit grauibus intimis, extimisq. cruciatibus vrgeri. aduocato Sacerdote, indicia non obscura insidentis daemonis apparuere. Iubet illam Sacerdos precibus Deo commendari: ipse interim exorcismis coepit daemonem lacessere, horrendum in modum femina vociferante, se tribus à daemonibus cruciari, Ramaè, Porfyo, & Santerio. nomina eatrium sunt Pagodum, qui in illa ora ab ethnicis coluntur. eo magis Sacerdos opus vrgere exorcismi, donec signa dedit malus hospes inde abscessisse. Paire inde profecto, infestus rursus rediit insessor: sed breuis il-

li

li fuit commoratio. palam nequam dicere coactus est; se, nisi metu Sacerdotis terreretur, nunquam inde discessurum. Reuocatus Pater, cum, precibus adhibitis, domum omnem aqua sanctificata aqsperssisset, nequissimus feminam omnino liberam reliquit. Haec ad fidem in hac gente roborandam. Laboratum est omni circa regione, atque etiam in finibus Maurorum victus inopia, fameq;. Data est opera per nostros; vt & de ijs, quae collegio parata erant, & quae in suae quisque Ecclesiae vsum Sacerdotes, qui ijs praesunt, sibi comparauerant, inopibus subueniretur: conquisitae etiam in id eleemosinae. fuitq. per id tempus Archiepiscopi factum illustre. qui cum forte in locis ijs versaretur, cum obiecta quadam indigentia, pecunia illi in praesens non suppeteret, è duobus annulis quos haberet, alterum sibi detractum largius est, affirmans alterum sibi satis esse. nostrorum denique industria inopes tandiu sustentati, donec nouarum frugum superuentu laxata est annonae difficultas. Multa praeterea dissidia sublata: & non modo priuati homines: sed etiam pagi integri, qui se mutuis odijs, inimicitijsq. consumebant, firma pace reconciliati.

DO-

DOMVS SANCTORVM Petri & Paulli, Ciaulana.

CIAVLI in domo Sanctorum Petri & Paulli residunt Sacerdotes tres, cum duobus coadiutoribus & tertio fatre Latinarum literarum magistro. Discipulos habent non plus quadraginta, sed valde probatos adolescentes: quorum ad vnam Dominicanorum familiam transiere quinque; ad alias familias alij. perguntreliqui in susceptopietatis studio; retinentq. constantes superiore anno pie instituta: vt diebus sabbathis ad matrem misericordiae salutandam publice conueniant; Dominicis ad catechismum. Augetur in dies in vrbe Societatis existimatio. nihil maiorum, minorumue rerum, recte, tutoue gestum creditur, nisi nostrorum consilio geratur. Ipsis sacri iudicij Quaesitoribus nil nostris placet agere inconsultis. Archiepiscopus cum superiora dioecesis ad septentrionem obiuisset; nonnullaq. post discessum facienda praescripsisset, earum rerum procurationem nostris delegauit. Reconciliationes magni momenti nonnullae factae sunt: quae ij; quorum intererat, nostrorum tantum opera posse confici asseuerabant. si quidem conciliandorum animorum facultatem

pe

peculiarem Societati datam diuinitus fatentur. Conciones multis locis habitae tum Quadragesima, tum reliquo anni tempore in primario templo ad sodales Misericordiae, etiam in aliarum Religionum Ecclesijs, praesertim earum Ecclesiarum titularibus, illorum inuitatu, quorum sunt Ecclesiae. Neque nostra desideratur opera ad conuersionem infidelium. nam licet alteri familiae ea prouincia sit demandata: in cogendis tamen ad Christum infidelibus, ijsq. ad eos, quorum cura est, dirigendis, nostri strenue laborarunt.

COLLEGIVM Bazainense.

IN collegio Bazainensi vndeuiginti degunt de Societate. Sacerdotes septem, fratres duodecim quorum quatuor Latinae linguae studiosi, quinctus ijs magister, sextus magistri seu Vicarius, seu hypodidascalus. Pertinent ad collegium hoc residentiae duae Ianua Salsetbidi finitima, & Bandora, ad Septentrionem sitae: in quibus socij occupantur vndecim, sacerdotes sex, coadiutores quinque. Sunt praeterea huic collegio adiunctae catechumenorum domus duae, duaeq. aliae Ecclesiae:

Digitized by Google

siae: quae antea disiectae, hoc anno restitutae sunt, secus vrbis murum. ad quarum vtranque ingens Christianorum constuit numerus. His omnibus excolendis, alijsq. Societatis ministerijs exercendis multum Socij distinentur. Ingens praeterea est ad nos concursus eorum, qui in suis rebus dubijs consilium exquirunt. est enim haec ciuitas paullo liberior, & nouis rerum motibus obnoxia. ita nullus relinquitur cessationi locus. Tribus celebribus baptismis trecenti hoc anno Christo D. renati sunt. Ethnica mulier Lusitani hominis amore baptismum suscepit. quo suscepto, nostri Sacerdotis opera tuto in loco collocata est. Eam nihilominus diabolus acribus illius vesaniae stimulis coepit agitare, vt mentis aestum tenere abditum non posset; neque animo, neque corpore vllo tempore, locoue consistere. id cum resciisset Pater reliquias B.P.N. Ignatij ad eam misit. quae, statim atque illi admotae sunt, magna cum omnium, qui domi erant, quique illam norant, admiratione, vesanus ardor deferbuit, & mentis aestus resedit; breuiq. tempore sanata, ad templum gratijs agendis venit. Scholae benemoratam habent iuuentutem, & magistris, disciplinaeq. obsequentem, magna modestia, magnoq. sensu pietatis rei diuinae, sacrisq. cerimonijs ministrant praeci-

pueq. in

pueq. in eo studio elucent, qui ceteris honestiore loco nati sunt. Ecclesiae nonnullae circa vrbem, quae incendium absumpserat, piorum eleemosinis sunt restitutae. Auctum quoque collegij domicilium, auctumq; multis rebus sacrum instrumentum.

COLLEGIVM Damanense.

DAMANI quoque magna omnium gratia Societas est: nemoq. fere est, qui in suis dubitationibus alia, quam nostrorum sententia acquiescat. Socij quinque in ea sede versantur, Sacerdotes tres, cum duobus adiutoribus. Ex ijs Sacerdos vnus votorum quatuor professionem emisit. nulla ab ijs Christianae rei promouendae occasio praetermittitur. Baptismo lustrati sunt hoc anno quinquaginta. in ijs puer quinque, sexue annorum, Mauro patre natus, cum infantem Lusitani filium sacra baptismi cerimonia expiari vidisset, parochum enixe rogauit, vt se quoque eodem beneficio afficeret. rogatus, an catechismum didicisset: nullo alio responso dato, signum crucis rite manu duxit, confestimq. orationem Dominicam integre pronunciauit. Ea re qui ade-

Digitized by Google

rant, permoti, sacerdotem precabantur puero vt satisfaceret. Itaque baptizatus in domum catechumenorum ad erudiendum est admissus. Venerunt ex interiore India fones duo Mauri, bi Lusitanorum pagos ibeuntes, nefanda Mahometbis dogmata disseminabant, vt suae sectae homines in sua superstitione retinerent. & quia legere nescibant, puerum secum trahebant legendi, ac scribendi bene peritum. hic Alcoranum legebat, illi bestia digna praecepta explicabant. sensit fraudem nobilis Christianus, puerumq. cum Alcorano comprehendit. senes ad Pagi Praefectum deferunt querelam: Praefectus iubet puerum sisti ad Tribunal. productus puer, atque à Praefecto, praesentibus Mauris interrogatus, intrepide respondit, magno Maurorum dolore, velle se fieri Christianum. admissus inter catechumenos, vt est ingenio perspicax, precationum formulae scripto excepit suis characteribus: in illisq. ita brevi profecit, vt docendis aliis praeficeretur. Et hic natione Guzarates: sed magnam Indiae partem, quamuis puer, peragrarat, Indacae (videtur urbis nomen) aliquandiu subsiterat, ibiq. litteras didicerat Arabicas: nunc in catechumenorum domo instituitur. Catechumenorum domui, quae alioqui eleemosinis sustentatur, centum annui

par-

pardui suam attribuit. Sunt in hac Ecclesia tres sodalitates, quae magna pietate suum quaque religiosum diem magna frequentia sacramentorum celebrant. eandemq. religionem adhibent sexta quaq. feria per Quadragesimam. Est ad memoriam insigne quod in pacificatione quadam contigit. Homo innocens dum Misericordiae Sodalitatis agmen pie duceretur, ab inimicis oppressus, multisq. vulneribus affectus, aegre seruatus est, nulla facta prae cuiusquam agminis religione, quae res & iniuriam facit grauiorem, & maioris adeo indicem omnem offensionis. quippe intelligebam omnes, iniuriosos non contumeliae, sed modo inferendae causa ad tantam impudentiam deuenisse. Et cum res difficillimo cuique videretur: multis tamen a nostris operis res transacta est, iniuria condonata, & gratia inter ipsos reconciliata; cum prosus esset laesus, seque omnem in Dei manibus ex animo relinquere. Suscepit iniuriae causam Diuina Prouidentia; omnibus, qui manus in hominem iniecerant, male multatis; aliis (illa ne, an alia herba?) vulneribus fedata facie, aliis corpore toto saucijs. Qui rei caput fuerat, omnium minime inclementer punitus est; paucis enim diebus vehementi afflictus febre, errore cognito, Iesum ad se accitum: eumq. venia multis

Digitized by Google

cum lacrymis petita, cum ipsaq. iterum, & cum Deo reconciliatus excessit è vita, multis, qui aderunt, extremam illius pietatem comprobantibus.

COLLEGIVM Coccinense.

IN Coccinensi collegio soci numerantur quinque & viginti, Sacerdotes duodecim, reliqui fratres partim scholastici, partim coadiutores. E sacerdotibus duo quatuor vota professi sunt: vnus coadiutor formatus est. omnes vero strenue in hominum salute promouenda laborarunt. neque animis solum, sed etiam corporibus opem tulere, multis largas eleemosynas, ad inopiam leuandam egenorum, suppeditantibus. Sed in re Christiana promouenda haud infecundi labores exstitere. Domum habemus catechumenorum, quae licet nullis prouentibus dotata, tota eleemosynis sustentetur; in ea tamen anno toto, decem minimum, saepe etiam viginti catechumeni ad baptismum dum instruerentur, sustentati sunt. ducenti triginta hoc anno baptizati; quorum plerique Christiano matrimonio rite copulati sunt. Et cum ad conciones, & sacramenta fre-

Digitized by Google

frequentes admodum concursus fuere, cum doctrinae Christianae fuit in primis explicatio frugifera. Disputabat aliquando catechistes de malis, quae ab alea proueniunt: cum pernotasset, vnus ex ijs qui audierant, hominem à turba seduxit: rogauit, ecquid se ante nouisset abnuenti subiecit: Vnde igitur omnia peccata mea, quae in concione explicasti, tibi nota sunt? cumq; quae res, & tempus postularet, Pater respondisset: abiectus ille in genua multis cum lacrymis factulum tesserarum aleatoriarum proferens: cape, inquit, Pater, nequissimos istos illusores: precatusq. remedium aduersus malum, peracta confessione, vitam aliam, in qua perseuerabat adhuc, studiose frequentans catechismum, inijt. Eadem catechistae opera, dicendiq. contentione clausa domus est aleatoria, ad quam homines ingenti concursu ventitabant, & simul publica offensio sublata. nam quod contra templi fores esset, altare contra altare esse videbatur. Multi praeterea è magnis erepti gurgitibus peccatorum. vno breuitatis caussa contenti exemplo. Angebatur quidam spretae blasphemiae; fedisq. cogitationibus agitabatur aduersus Matris purissimae integritatem. neque fedas imagines poterat ratione vlla ex animo ejicere. cumq. in dies maiore cruciaretur ani-

mi angore, vt se dira illa molestia eximeret, suspendium iam serio cogitabat. Sed placuit ante rem omnem vni è nostris Sacerdotibus declarare. à quo longa, efficaci, oratione recreatus, obiecta praesertim sanctae Matris imagine, ab exemplari S. Lucae expressa; multisq; de illius patrocinio disputatis, ab ea mente penitus est auocatus, inq; optimo consilio confirmatus, non desistit felicitatem loci illius, et tempora praedicare, quo, mente tranquillata, se sano malo sensu liberatum.

ECCLESIA S. Iacobi.

PERTINET ad Goccinense collegium Ecclesia S. Iacobi, quae est Paluntè. Est Paluntae opidum, seu populus Christianorum, qui ab Apostolo Thoma Christi fidem acceperunt. In ea, vt in aliis terrae tractibus, Christianis eiusdem admixti sunt, quibus ad Christi fidem traducendis, traductisq. Christianae vitae praeceptis excolendis è Societate vnus praesidet Sacerdos, qui ita diligenter ei muneri incubuit, vt pauci ad modum infideles iam reliqui sint. Ex ijs familiae nonnullae ex hoc Christianis iam baptismi agitant consilia. cuius rei illud argumento est, quod paruos natos, nobis

in

in disciplinam tradunt: Baptizariq. permittunt. Septuagima hoc anno hic baptizati sunt. Princeps Regis Filius, vt etiam superiore anno scriptum est, rei Christianae multum faciet; multaq; huic Ecclesiae, nostri Sacerdotis gratia concedit. Nuper Christianos aliquot adolescentes ex ethnici hominis familia Pater detraxerat. eam rem ad principem ethnici detulere. Princeps, Patris causa cognita totius rei indicium Regni Magistratibus commisit. Ethnici rem, contra quam Pater, multo aliter, quam vt erat, exposuere, falsis multis criminationibus admissis. Sed adfuit Deus innocentiae. nam inter mentiendum integri, validiq. accusatores repente ad terram collapsi omnes loquendi facultate destituti sunt. Hac satisfactione contenti Regij iudices rem totam reiecerunt. Omnes fere huius tractus incolae, tum Christiani, tum barbari magna veneratione sanctam Crucem prosequuntur; virtutem ipsius admirati. Piscabatur homo ethnicus circa litus, vbi Crux defixa erat: sibiq. tratus, quod nihil caperet, monitus ab ethnico altero, aliquid vt offerat Cruci illi: vix votum concepetat, cum summa cum admiratione incredibilem cepit piscium multitudinem.

Altera Ecclesia est nuper S. Andreae inter ethnicos exstructa, & Coccinensi item collegio

adiuncta. quinquaginta hoc anno in ea Christo renati sunt. & tum hi, tum veteres Christiani, postquam Ecclesiam habere coeperunt, tantum progrediuntur ad religionem; vt qui ante Christiano nomini erant inimicissimi, nunc in Pagodes exardescant odio infensissimo: eos demoliantur, signa comminuant; è ruderibus, lapidumq. fragminibus domorum extruant parietes. ac, si quando huc illuc commeando, vt fit, in aliquod eorum incidunt vestigium: mixtum, quam ijs ridicule illudant. Honestus forte adolescentulus, nuper baptismo expiatus, propinqui hominis ethnici domum ingressus, magno ausu Pagodum signa, ac superstitionum symbola omnia, quotquot inuenit, comminuit. res ad Praefectum delata, magnam habuit admirationem. vi Praefectus ipse obuiam factus nostro Sacerdoti, nostrae vim religionis depraedicaret, quae biduo ante, vt ille dicebat, in ijs terris fata, tantum robur tenero dederit adolescentulo, vt rem tantam aggredi non dubitarit. Ita suae sectae iam agnoscit leuitatem; parumq. honorifice de ea loquitur. Est barbarorum superstitio, ad aegrotorum reparandam valetudinem, hariolos adhibere; qui nefarijs quibusdam sacris, & pagodum inuocatione daemonem eliciunt. ille aegrotum insiliens horrendo tremore illius corpus totum

commo-

commouet: eam rem aegroto salutarem putant. Saepe accidit, vt illac transiens Sacerdos è nostris, pronunciata Dominicae precationis forma, licet magnis vociferationibus, tinnitibusq. prophetae Babalae se conficiant; illorum tamen consilia omnia euanescant. ita sensim intelligunt; quanta Christianae religionis sit potestas. Nuper contigit, vt, cum barioli diabolum in aegrotum iniecissent, illeq. totus tremore quateretur; qui aderant, nostrorum Patrum pueros adesse nunciarent. tum barioli: modo ne sint ipsi Patres, pueros, inquiunt, non timemus. tum pueri Dominicam tantum pronunciant orationem, cum simbolo Apostolorum: repente, excusso daemone, aeger conquiescit. rati ethnici, pueros, si egroti prohibeantur adspectu, vim nullam in eum habituros, & diabolum vna cum tremore redituru, grabatum in orbem circumsistunt; ne pueri aspiciant aegrotum; maioreq. contentione innocant pagodes; faciem sibi victimae, quam sacrificarant, sanguine illinunt, aegrotoq. faciem respergunt; nec tamen aegrotus motum vllum facit. tum sacrificuli diaboli moram demirati, ad extremum auxilium confugiunt: gallinam, quam in sacrificium parauerant, dissecant viuentem: ferinumq. in morem tanta auiditate mordicus arripiunt, vt cruor ijs effluere et ex ore. sed frustra

ſura remedia omnia adhibita. plus valuit ſuppliciũ puerorum intenta ſupplicatio, quam omnes eximio exercebo exercitatae daemonum cateruae. barioli irriſi, irritiq. diſceſſerunt.

PORCAE quoque Eccleſiae ad Coccinenſe pertinet collegium. in eâ quoque Chriſtianos à S. Apoſtolo Thoma degere ſuperiorum annorum literis eſt cognitum. quibus excolendis, ijſq. à multis erroribus, ritibusq. grauiſsimis abducendis sacerdos vnus elaborat. ad eum parentes paruos natos baptizandos deferunt, atque in rebus omnibus, quae ad pietatem pertinent, ſe praebent obſequentes. ipſi Caſſanires, aequo animo ſe & doceri, & redargui patiuntur. ſua Euangelia, quae Chaldaice ſcripta habent, cum Latinis conferunt, corrigunt q. ſeq. valde praebent verae doctrinae ſtudioſos. Cum diceret Chriſtianus ex ijs, Caſſanaires praeſentibus Patribus, fateri eandem eſſe legem, quam à S. Thoma ipſi acceperunt, & eam, quam Romana tradit Eccleſia: Patribus vero abſentibus, aliter docere. Caſſanair vir grauis, multa cum modeſtia reſpondit, id ſe aliquando feciſſe ex inſcitia: ſed nunc edoctum veritatem, nihil aliud, quam, quod ſanctae Romana docet Eccleſia, alijs explicaturum. Veniunt è remotis partibus ad noſtros tantum, vt ſcriptum ipſorum lingua Euangelium, ad

ſuos

fuos referant. quod thecis pensilibus inclusum è collo aegrotantium suspendant. quod experiantur persaepe esse salutare. Magistros item, qui se instruant à multis partibus summa contentione exposcunt multi: quibus omnibus satisfacere operarum inopia est arduum, datur tamen opera, vt quatenque iis ratione satisfiat.

VAIPICOTANA Sedes.

IN Vaipicotae montibus, inter Christianos S. Thomae Sedem habent Socij septem. Sacerdotes quinque cum fratribus duobus. Sacerdotes partim lingua Chaldaica, Malabaricaq. addiscenda, partim excursionibus loca varia obeundo exercentur. quorum peregrinationes non à Christianis Thomaeis, neophytisq. tantum, sed ab ipsis etiam ethnicis magna vbique gratia excipiuntur. Magno studio vtraque natio ad nostrorum conciones, colloquiaq. conuenunt: magna pietate vtrique prosequuntur Euangelium. descriptum sibi dari petunt ad curationem aegrotorum. Sed Christiani in primis incredibili sunt in Romanam Ecclesiam pietate. sacra eius symbola veneruntur, aquam benedictam, quam ad ma-

la

la omnia pellenda adhibent: maxime vero sacros Dei agnos, indulgentiae, ceteraq. quae à summo Pontifice proficiscuntur. cuius in suis precibus studiose memoriam conseruant. Iam vero de alumnorum, qui in huius gentis Seminario educantur, probitate, pietate plura dicere, quam quae superioribus annis scripta sunt, non est necesse. Illud tamen dignum quod hoc anno supplicatur; eos magis, ac magis & numero, & studio ad pietatem in dies augeri. sacramenta quindecimo quoque die obeunt: saepius etiam prouectiores. ad corporis afflictationes flagella, cilicia, ieiunia maxime, ita incenso studio ferumur, vt sint freno cohercendi. Chaldaica, Latinaq. lingua exercentur. neque tamen interim suae vsum vernaculae omittunt. qui aetate praestant ceteris intima cum Deo oratione statis horis quotidie tenentur, cum externis de diuinis rebus tanto animi ardore colloquuntur; vt multum sit, cur Deo gratiae agantur; è gente nuper ab inueterata inscitia, erroneisq. ritibus ad rectum, & Romanum Christi cultum reuocata, tam lectos prodire diuini verbi, sinceraeq. pietatis propagatores. Nostris Sacerdotibus in suis excursionibus comitantur; & ipsi quoque missu praesidum suas obeunt excursiones. Ciuitas est bene frequens in his montibus Thomacorum, quae

iam

tam dudum aliquem è nostris sibi dari Sacerdotibus multis precibus contendit. Missi in omnes eius terrae tractus Sacerdotes nouem, partim è Societate, partim ex alumnis, cum ad vrbes alias, opidaq. tum illam praecipue adiere. Magnus confessionum numerus, praesertim multorum annorum, ac vitae totius multa dissidia conciliata; vt miraretur ciuitatis Praefes, tam multa, quae antea nunquam potuerint, nunc tam facile esse composita. aegroti multi pristinae integritati restituti, applicato ipsis tantum Euangelio, & aqua Ecclesiastica aspersa. Contagiosa quaedam lues mortales multos afflixerat: Sacra supplicatione reiecta, qua Christiani magna pietate processerunt, sedata est: vt vel ipsi ethnici, admiratione victi, calamitatem illam à malo daemone inuectam esse faterentur. In vrbe alia infernus hostis aegrotum adolescentem ita opprimebat crudeliter, vt animam videretur in momenta singula exbalaturus. Maesti parentes à nostro Sacerdote opem petunt; qui adhibito exorcismo aegrotum & morbo, & daemonis vexatione liberauit. Dissipata harum Missionum fama, magna contentione populi petebant, ad se nostri vt adirent, diuq. apud ipsos morarentur. Cassanaires qui sunt eorum presbyteri, & Xamores id est Clerici,

cuiusmodi

cuiusmodi sunt Diaconi, Subdiaconi, & quatuor minoribus ordinibus initiati (nam ipsi quoque hos gradus retinent) confessionem vbere: quibus nostri Sacerdotes eam vitae, victusq. praescripsere rationem, quantum cuiusque conditio pateretur, quae in Seminario seruatur: & cum hi, tum Christiani reliqui, libentibus admodum animis ad sermones, qui ad eos habebantur, accurrebant. Institutum quoque inter ipsos est pia Sodalitas, Virginis Matris inuocatione, cuius religionem magna animi sensu, pietateq. lecti Sodales susceperè. Omnino magnum vbique sui reliquere desiderium: eniteq. omnes contendebant, vt quam saepissime ad se redirent. Sed tam multis ciuitatibus, populisq. tanta operarum parcitate satisfieri omnino nullo modo potest. Sacerdos vnus è Seminario missus in patriam fuit colloquutionibus, publicisq. hortationibus tantos fecit motus animorum, vt apud eum plurimi peccata confessione expiarent: cum tamen ille eos ad Sacerdotes alios remitteret. Hominem ad eum adduxerunt, quem daemon triginta circiter vexarat annos. eum Romanae Ecclesiae exorcismis Chaldaico idiomate translatis sanauit. Vocatus ad aegrotum, cum ei confessionis, aliisq. Ecclesiae sacramentis suasisset, praefracte contendebat, qui illi erat à curationibus,

ipsum,

ipsum nequaquam Ecclesiae sacramentis sanatum iri, quin etiam, nisi certa pro ea daemonibus sacrificia offerrentur, ipsum intra octiduum moriturum. Succensus hic diuini honoris zelo Sacerdos, certa diuinae opis spe concepta, asseueranit, omnino intra illud tempus aegrotum ipsum sanum futurum. magnaq. cum Christianae rei gloria, & loquacis impostoris dedecore Sacerdotis verum praedictionem comprobauit exitus. nam, confessione obita, Christianis pro illo preces fundentibus, cum re ipsa de eius salute spes amissa esset, conualuit ad dictam diem. Ex eodem Seminario Sacerdos alius iisdem exorcismis à tribus corporibus iam diu obsessis daemonas exegit. Quibus rebus fit, vt hi quoque Sacerdotes vbique in his montibus magno in honore habeantur, à multisq. expetantur. ipsi porro exemplo vitae, & doctrina omnibus admirationi sint. Diuina bonitas illorum augeat virtutem.

COVLANVM & Trauancoris ora.

COVLANI cum fratre vno quatuor residunt Sacerdotes, tribus praesunt Ecclesijs: in quibus sermones habent ad populum

lum, & Christiana doctrina pueros quotidie, mulieres, bis hebdomade instituunt: confessione expiant tum Lusitanos, Indosq. tum classiarios, qui toto verno tempore oram omnem Coulano ad vsque Comorini promontorium exurrunt. Quindecim, sexdecimue pueri in seminario litteris, & grammatica Latina instituuntur. Ducenti quinquaginta hic baptismo sunt initiati: quorum è secta Maurorum fuere sexaginta.

IN TRAVANCORIS ORA duabus constat Residentijs Coleccio & Retera. in vtraque bini degunt Sacerdotes. hi statis temporibus ad solennes conuentus habendos Coulanum conueniunt. & quidem Coleccis Sacerdotes duo viginti regũt Ecclesias, in quibus bis in die doctrina Christiana explicatur. Vici duo hoc anno ad sacrum baptisma conuenere: qui antea valde rei Christianae, & Patrum constibus aduersabantur. eratq. spes, breui reliquos circa populos ad Christi Ecclesiam venturos.

RETERAE duo item Sacerdotes octo praesident Eccclesijs. Quadraginta hic venerunt ad baptismum. & cum Ecclesiarũ omnium haec recentissima sit: in euellendis tamen antiquis ritibus & vera colenda pietate sunt valde accurati: Aegrotabat homo neophytus: propinqui de illius valetudine solliciti, remedia

ei morbo

ci morbo conuenientia parabant. eos aeger se curos esse iussit: primum sibi remedium velle confessionem adhiberi. qua peracta confestim melius habere coepit. Alius à Rege ethnico ad iusiurandum ethnicorum ritu adigebatur. praecise se, quod Christianus esset, iuraturum negauit; vel se periculum capitis sibi propenatur. Alius, cum eleemosinam Cruci vouisset, grauissensit se morbo liberatum: cuius leuandi spem prorsus amiserat. Ethnici hominis filius aegrotabat graniter. pater, cognita multis experimentis virtute S. Crucis, ad eam veneram dam oleum detulit, & filij sanitatem impetrauit.

ORA PISCARIAE.

DVODEVIGINTI orae Piscariae Ecclesiam excolunt Socij. quorum duo tantum fratres sunt, reliqui Sacerdotes. Incolae ea probitate, pietateq. quae iampridem à primo P. Xauerij ad eos ingressu nota est, frequentes sacramenta obeunt; vt anno toto quadragenarij dies agi videantur. confessionem parro multi peragunt cum lacrymis; tamq. accurate; vt mirum sit, homines rudes, tanto animi sensu momenta quaelibet vel minima tam diligenter expendere. Ad sacram synaxim saepe vna in Ecclesia sexcenti conueniunt. Multae vanae

ter ipsos tantum, sed inter ethnicos etiam pacificationes conciliantur: ita non Christiani modo, sed etiam ethnici eam habent de Societatis hominibus opinionem, vt nihil sit, in quo non illorum sententia acquiescant. Mulieres aliquot, virgines q. inopes, vsque omni ope destitutae honesto matrimonio nostrorum opera traditae. Quam altas porro in eorum animis radices fides agat, multa saepe declarant experimenta. Homo Christianus leucis septem longe à nostrorum sede habitabat: is incidit in morbum, qui in grauescente, sensit se venisse ad extrema, supplex igitur petijt à Cruce, ne se sineret mori inconfessum. Ecce tibi, qui proxime aberat, Sacerdos adest. cuius vsus opportunitate, sua peccata integre confessus decessit. Aegrota mulier cum omnibus iam missis Sacramentis, à propinquis lugeretur tanquam mortua, ipsorum castigauit lacrymas, praecepitq. misser conquiescere: Sanctum Iacobum aduenisse, vt suam ipsius animam è corpore excepturn, in caelum ferat: & hac dicta expirauit.

Seminarium Tutucorinense fert iam insignes fructus proferre. tres hoc anno spectatae probitatis adolescentes ad sacrum ordinem promoti sunt, magnaq. sedulitate in sua gente excolendae nostrorum subleuant labores. reliqui sacris vsitatis studijs tenentur; magnaq. animi sub-

missio-

missione collegij legibus, disciplinaeq; se obtemperantes praebent. ac praeter cetera, canunt quoque Ecclesiastico se exercent. Domus etiam catechumenorum celebratur assidue multis, qui ad baptismum instituuntur. Nongenti quinquaginta hoc anno sacro baptismate lustrati, & à primaria nobilitate multi. In his puer duodecim annorum, cum in sua patria de Christiano homine audisset, vnam Christianorum legem veram esse, reliquas inanitatis, vanitatisq; plenissimas: cognoscendi studio incensus, veritatemq; edoctus magno feruore amplexus est. Cumq; à Manfagare (proprius est hic locus Dynastae) rogaretur, cur tam tenera adhuc aetate Christianus esse vellet? rogauit puer Dominum vicissim: cur, cum ipse tandiu inter Christianos sit versatus, eorum legem amplexus non sit? quo responso & si Manfagares offensus est in praesens: paullo post tamen puerum ipsum Patribus commendauit; rogauitq; recte vt eum instituerent. Et, cum intelligeret puer, idcirco sunum differri baptismum, vt spatium esset pretiosis illi indumentis comparandis, rogauit tolli moram omnem; quod pauper ad Christi diuitias perfruendas ire vellet. Baptismo renatus, Patres mediterranea petentes ad Christi fidem propagandam, siqui cupijn monturq; pericula à propinquis ne-

minere; se paratum etiam ad necem in Christianae fidei confessione professurum. Puella alia baptismum susceperat. Coniuncti propinqui ad Naicum, qui orae vniuersae late imperat, eiq. ceteri Dynastae parent, confugiunt: puellam per vim abreptam, inuitamq. Christianis sacris initiatam mentiuntur. Patres Societatis, duosq. populos alios Christianos falsis multis onerant criminibus. Adsunt Patres, confutatisq. mendacijs, ac veritate patefacta, magna Christianorum laetitia causam obtinent. Quae eo victoria laetior Christianis fuit, quod è coniuratorum cognatione viginti quinque Christiana sacra susceperè. spesq. magna suberat, reliquos omnes in eandem sententiam venturos. Christiana mulier nobilis in patriam ad propinquos ethnicos redierat: cumq. in media barbaria inter tot religionum monstra versari se animaduerteret, perosa impietatem, ac facti poenitens, iterum ad Christianos se recepit. Eius exemplo colloquijsq. propinquus eius, Christianae religionis amore succensus, huc se contulit. quem cum propinqui nobiles insequuti, à consilio auocare conarentur; ipsis nihilo minus spectantibus, baptismum suscepit. Cuius constantia permoti ipsi propinqui, cum multa interim de Christiana religione inaudissent, egere cum patribus; vt, si vera illa

esset, quae do diuina lege praedicarent, ad se docendos in suas terras proficisci ne grauarentur. cupere se, suos ciues tam sancti instituti percipere, patribusq. ad id viam commonstraturos. Profectis hinc, paucis diebus supervenere à Principibus ciuitatis litterae, quibus Patres vocabantur: se sua impensa Ecclesias illis aedificaturos, & in sumptum omnia suppeditaturos. His accessere etiam litterae Naici, in cuius ditione tota regio est: qui, quam propensus in Christianum nomen sit, tribus annorum litterae declararunt. & iam ad Naicum ipsum eius rei caussa Sacerdos amus proficiscebatur, spes messem ingentem polliceretur. Dominus messis coeptis annuat. Et, quoniam à muliere tam laeta rerum initia profecta sunt, subijciam alterum non leue. Ethnica mulier alia ex interiore terrae tractu in Christianae legis cognitionem venit, cuius amore capta, duobus paruis natis inter brachia susceptis, nocte per syluas iter arripuit: diuinoq. igne succensa, illud vnum à Deo precabatur, sibi sol daret in Christianorum aliquam Ecclesiam inuidere, velle se vna cum filijs perpetuo eius simulacri adiutrere. tantum viae nocte vna syluestri itinere testantur confeciisse, quantam vix diebus tribus posset confici. Tamq. certa in sua sententia huc peruenit, vt, cum eius

propinqui magna celeritate iam insaquesi-
uosare conarentur, eos tanquam vanos, &
ignotos repulerit à sese. Et nunc facta sui
compos magno vitae exemplo in fide perse-
uerat. Absolutum est templum Tusucorinen-
se: & in eo iam sacra magna Christianorum
laetitia celebrantur. Regis mandato Tusu-
corinensis Nasei quatuor inscripti lapides
in quatuor nostrarum aedium angulis posi-
ti sunt: quibus nobis, etiam bello temporibus
ab omni iniuria cauetur: multa irrogata
multorum suppliciorum, & diraru à suis pa-
godibus, (quod poenarum genus apud ethnicos
ad magnum terrorem proponitur) si quis secus
faxit.

COLLEGIVM
S. Thomae in Charamandelide.

EST Charamandelis in finibus Christia-
norum à S. Thoma in eo collegium est
hoc primum anno institutum, in quo socij ver
santur octo: quinque Sacerdotes cum fratribus
tribus. E Sacerdotibus vnus supra duo Christia-
norum millia ipsorum lingua instituit: concio
nes ad ipsos habet: eorum excipit confessiones:

& mul-

& multi iam ad Sacram Eucharistiam admittuntur, reliqui concionibus, & confessionibus Lusitanos excolunt, Indosq. Christianos: inuenit quoque ethnicas consilio, tanta vbique est (Deo laus) de Societatis hominibus existimatio. Ipse huius orae Praefectus, quanuis ethnicus, tanti tamen nostrorum facit probitatem, sapientiam, institutum, vt nihil ijs egat inconsultis, itaque nonnisi suis apparitoribus, ipsorum consilia nuncia vti agant. Et cum esset Taparebam de sua administratione adituru, nostros ante consulit de rebus singulis. idem à Taprebe pardaq. aureos trecentos collegia impetrauit: tum vt insumptum ad nostrorum inhumanitas, & ambea parandae ornatum templi suppeditaretur. Tanta est humanitate, & acquitate, vt si quando gratiae loco à nobis, vt fit, ad ipsum munuscula mittantur, nostrae humanitati remittat perbenigne, illa vsus ratione. Religioni dandum esse, non illius bona hauriendo. quae denique animis in nostrorum Patrum fide, consilio, pijsq. precibus sita sibi esse existimat.

Fecundi vero operis conuersionis animarum ita nullus praeterijt dies, quo non vnus, aut alter, saepe etiam plures baptizentur: neque solum è tenuioribus, sed etiam ex honestioribus, qui patria, cognationeq. relicta, huc se confe-

runs baptismi causſa. Homo ethnicus, & nobilis è remotis finibus sui negotij causſa huc venerat: is cum die festo nostrum templum ingressus, cultum, nitoremq. & ad religionem composita inspexisſet omnia, non poterat illo adspectu satiari: cum inde exiret, sentiebat se nescio quodam revocari. Cum in patriam rediisſet, intima, occultaq. vi adactus huc se retulit: vni è nostris, se velle fieri Christianum significauit. Cumq. noster illi generis nobilitatem, & inconstantiae pericula proponeret, moneretq. non esse momentaneam religionem assumendam; sed in ea ad finem vsque vitae perstiendum: respondit; se eo consilio sua omnia deseruisſe, vt in ea, quam assumere cogitabat, religione moreretur. rogauit rursus Pater expetendi causſa, an Goam, sita foret opus: profiscereturne: respondit, se non modo Goam, sed etiam in Lusitaniam, & quocunque se Patres mitterent, iturum. ita catechumenis adscriptus, & spatio anni vnius variis experimentis comprobatus, tandem baptizatus est. femina item honesta cum quatuor liberis ad Christianam suscipienda sacra huc se contulit, marito in infidelitate relicto.

Collegij aedificatio cubiculis aliquot, ambulatione, valetudinario, triclinio accreuit. templum argentea reliquiarum theca, rebusq.

alijs

alijs ad ornatum auctum est. Quidam moriens argenteam lampadem Ecclesiae, & pecuniam reliquit; qua multis inopibus subuentum est. Nostrorum industria magister alitur; qui Christianorum inopum filios tegere docet, & scribere ipsorum lingua. è qua re non tenuem fructus expectantur. Duae hic sacrae aedes Societati commissae sunt: altera collegio adiuncta est, altera Caluariae mons indigitatur. vtraque ornatior euadet. Et quidem Caluariae montem locum esse antiqua prodidit memoria, quo ad orandum se recipere Apostolus S. Thomas: & vnde ad praedicandum Euangelium ad populos prodiret: ibi demum vulneribus confossus martyrium adeptus est: hanc aedem vir pius suo sibi sumptu sumpsit exornandam: magnam mearum rem pecuniam insumpsit. locus est apertus ad recessum, & ad animi remissionem opportunus.

AETHIOPIA.

VISITANTVR qui in Aethiopia reliqui sunt, litteris cognitum est. Andronium Lopesium, qui vnicum in ea regione rei catholicae adminiculum superesset, hominem octogenarium, aetate grauissimum, mense Maio huius anni, incredibili

Chri-

Christianorum indigenarum, Lusitanorumq. uxorem ad parata sibi tam durae, diuturnaq. perseverantiae praemia ex hac vita abijsse. Qui antequam excederet, cum ex morbo sentiret, adesse sibi vitae finem, quinque è primoribus Lusitanorum, vt ijs mandata daret, ad se accersijt (sunt enim adhuc ibi è Lusitanorum gente ad mille capita) ex ijsq. natu maximum, legit, hominem sexagenarium, cui destitutam illam Ecclesiam, inopemq. eius apparatum commendauit: omnesq. ad retinendum Christi fidem cohortatus, spiritum Deo reddidit. Eo dolore sensu Lusitani, Christiani q. reliqui illius obitum excepere, quo parum homines mouebit, quod sibi relictum erat, solutio destituta. fumus illi, lachrymis, singultuq. magis, quam psalmodia, carminaq. quae ignorabant, prosequuntur. sepulchro eadem, quo Patriarcha, reliquiq. quatuor eius collegae conditus est. Iustis ita tenuiter persolutis, vt Pater ijs in mandatis dederat, omnes vnanimi consensu litteras in Indiam ad Societatis Patres, & ad Proregem dederunt. quibus & de obitu sui vnici patris eos certiores fecerunt, & summis precibus rogarunt, aliquem sibi subsidio mitterent: ne omnis illa, quae adhuc superabat messis animarum interiret, superiorum patrum labores, & merita commemorabant, qui iam annos aū relictum

incla-

inclamantes defecerunt. & sen suæ genti vulpis, seu vt præmium afficeretur, qui eo subiude missa partim in seruitutem abducti, partim a Turcis interfecti sunt; seu id cunctanti aliqua factum est, miseri nondum satis voci compotes, in tristissima sedent solitudine. Hoc facilius impetraturos quod peterent, eos Pater monuerat, quod, qui Indiam pro Rege administrat, è familia est à Gamma. cuius maiores rem Christianam in India, & in illa ora suo sudore & sanguine constituerunt. Hieronymus Prarex, archiepiscopo, Patribusq. primoribus adhibitis, de re suscipienda, deq. ratione, qua id totum transigi posset, egisset. Visitator hominum aptorum, qui ea expeditione illi desunt, magna liberalitate delectus. Sed consultius visum eben præsens, & ibi faciendum scripsere deinde, cum laude omnium. Turcis sentientibus, nullum ad eos Lusitanum hominem, aut Europæum, sed Indum quendam Sacerdotem profectum, in seminario Fidei educatum, hominem spectatæ probitatis, & in eiusmodi missionibus, in nostrorum casu, magna fide, ardentiq. zelo versatum, qui nauico ornatu in ora Arabiæ expositus, tanquam indigena, ad miserum illum gregem sublevandum ad eos penetret, cum illis agat, viamq. & rationem inquirat, qua qui à nauigante

mis

mittuntur, Turcas custodiae intentos fallant; Nam ab aduentu vlari Muniris P. Abrahami Munoziae multo inuenti, in excubias inuigilant, neque è Societate praeterpropter, ad ea loca possit aspirare.

CALECVTANA Missio.

CALECVTAM Zamorini Regiam esse, Malabaricique Regni caput Zamorinumque ipsum longe Indiae circa Regulis opibus, & potentia praestare notum est, quam ut explicatione opus sit. nota sunt bella, quae superiorum temporum historia, neque vnquam Lusitanis cum Malabaribus non aut bellum, aut pacem fuisse refert. Hanc ipso petente Zamorino superiore anno suscepta Missio est. Missendi causa illa fuit. Camalis vir impiger, magnaeque sollertiae, & nauigandi, terrestrisque belli gloria primis clarus, sed religione Brauus, Zamorini stipendijs aliquandiu militauerat, cuius auctus opibus, magnaq; parte nomine, succinctus praesertim magnis copijs, sensim à suo Regis imperio descisere, & nefaria in eum coepit consilia agitare, & iam magna sibi potentia comparata, maiorum sibi Regu-

lorum

lorum magnis muneribus, largitionibusq; adiunctis animis Malabaricam oram omnem, & reliqua circa maria insulasq; infestabat ita vt Zamorino ipsi iam esset formidabilis. cum igitur compescere peroptabat; nec satis confidebat suis viribus. forte per id tempus, vt proximis litteris est scriptum, Malabarica eius classis Lusitanorum triremi expugnata, Sacerdotem nostrum, qui Colecij praesidebat, supplicia laborantibus ferentem, in seruitutem abduxit. Hac occasione Zamorinus cum captiuo Sacerdote consilio communicato, vt suas vires, Lusitanorum adiunctis armis augeret, Patre libere dimisso, litteras de pace ad Proregem, Archiepiscopum, Patresq; Societatis dedit. quibus potestatem faciebat in suo regno praedicendi Euangelium: promittebatq. se suis sumptibus Ecclesias aedificaturum; Patresq. Societatis ad se venientes eo loco habiturum, quo tanta fide viri sunt habendi. Praerat adhuc Indiae pro Rege Matthias Albuquercius, qui iustum à P. Prouinciali Patreq. Visitatore impetrauit, vt ad Zamorinum P. Franciscus Rozius, qui inter Christianos S. Thomae versabatur, & cum eo P. Franciscus Acosta, is quem Zamorinus è seruitute emiserat, mitterentur. Eorum aduentu incredibiliter Zamorinus delectatus, misit ma-

gna

gna cum militum manu, qua ad terram ab ea ulteriorem ijs traijcerentur, deducerentq. è Regni proceribus duos; Urbem ingressis è Regia obuiam prodijt Zamorinus ipse cum omni Satraparum comitatu. Patremq. Ruzium amplexus, postquam apprehensa manu, in Regiam induxit: atque ubi sua sibi assidere iussis gratias egit, quod tam amico, bello adhuc tempore se alius fidei committere non dubitassent: inde in laudem Lusitanorum ingressus, tria maxima rerum ijs testimonium dedit. fidei primum, qua tunctis mortalibus praestarent: cum militaris virtutis, qua plurimum terra, marique pollerent: postremo magnarum opum, quas sua sibi virtute comparassent. Ille una cum Patribus ad Satrapas conuersus, cum leuiora quaedam negotia transegisset, tabulas sub chirographo subscriptas Patribus dedit: quibus omnibus suae ditionis hominibus liberum esset Christiana sacra sasoipere: qui ea susciperent, honores pristinos retinere, testari, haereditates adire, eodemq. iure esse, quo Christiani inter Christianos vbique sunt. quae res à Cocinensi Regulo impetrari nunquam potuit, quod tum Regni Proceribus, tum popularibus, tenuioribusq. ad Christi fidem amplectendam, maximum est impedimentum. postremo, vt Ecclesiae, domusq. Patrum tutum essent asylum omnibus,

qui

quicob primata maleficia, legum poenas metuentes, eo se receperent. neque quisquam pacis, belliue tempore ijs negotium facesseret. Saepe cum Patribus solus varijs de rebus egit admodum familiariter: decem legis mãdata, eorumq; explicationem ex ipsis cognouit, probauitq; vno tantum sexto se à nobis discrepare. Consobrinum suum omnium sibi intimum in Regia haec accuratius cognoscere praecepit, qui, quamuis adhuc tiruncus, tantopere tamen nostrorum arcanorum cognitione delectatus est, vt vnam tantam duxerit vnorem; & sexta quaque feria esu carnium abstineat. pagodes vero, ethnicasq; superstitiones risum, iocumq; facint. pollicitus est, se, prima quaque data occasione, baptismum petiturum. Agi demum coeptum est de pace. cuius rei caussa per Patres accitus est summus orae Malabaricae Praefectus Lusitanus Aluarus Branchejus; qui tum classem non longe in ancoris habebat. Vtrisque expedire visum est, Goam de conditionibus pacis legationem mittere. Duo è primis nobilitate Satrapae, cum tertio minoris quidem dignitatis, inter suos tamen honestissimo, & Lusitanarum rerum peritissimo, missi cum mandatis, vt in rebus quibuscunque P. Fruncisci Rozij, qui & ipse eius legationis partem sustineret, consilijs vterentur. adijt insuper

Regia

Regia dona per legatos ad Proregem. Quae publica laetitia, magnificentissimo apparatu, omniq. honoris significatione excepti, in arcem ad Proregem deducuntur. Legatione functi nihil prius habuerunt, quam ut Patrem magnum (sic enim illi nostrum Praesidem nominabant) conuenirent; eiq. Regis postulata ipsius chirographo subscripta; litterasq. gratiae, atque omni liberalitatis genere refertas offerrent. quibus magna contentione postulabat, plures vt ad se Patres mitterentur. in primis vero, vt P. Rectus apud se maneret. Excepti domore & in domo professa, & in Collegio omni humanitatis genere: pari & ipsi, more suo, humanitate responderunt. Templi maximi, specie, ornatuq tenebantur: optabantq. similia in suis terris extrui à Rege. sibiq. de pace gratulantes, barbara fiducia subinde in finitimos Reges voces iactabant: fore, vt duabus potentibus coniunctis nationibus, ceterae gentes cum suis Regibus, ni obtemperent, in potestatem veniant. Condicionibus pacis firmatis, ad Regem cum muneribus, affecti & ipsi singuli suis donarijs legati rediere. Pacis foedus iureiurando confirmandi negotium datum Aluaro, uci maritimae Praefecto. Patres, vt postulatis Regis de numero augendo Sacerdotum satisfacerent, praeter P. Franciscum Acostam,

qui

qui apud Regem subſtiterat, P. Antoninum Scipanum, virum eruditum, Malabaricarum rerum peritum, & zelo iuuandorum animorum ardentiſſimum; ex ora Piſcaria eo proficiſci iuſſere; qui totius Miſſionis caput eſſet. P. Rozio, quoniam ſine magno detrimento à mõtibus Thomaeorum, ipſorumq. Eccleſia abeſſe non poterat, mandatum, vt ſubinde ad Zamorini Regiam ſe conferat. Magna laetitiae ſignificatione legati federa pacis referentes à Zamorino excepti ſunt. qui ſtatim quotquot in ſuo Regno Luſitani, aliiq. Chriſtiani capti ſeruiebant, libertate donauit: praedas, & quidquid ablatarum rerum fuit, Luſitanis reſtituit: tormenta bello excepta, quae in veteri arce erant, reddidit. fuit ea dies Zamorino omnium laetiſſima: quippe quod in votis maxime habuerat, id nunc ſe tandem ſentiebat eſſe aſſequutum. Ventum tandem ad pacis conditiones iureiurando ſanciendas. Campus lectus extra vrbem ad litus maris. In eo praecelſam crucem ſpecioſe ornatam Patres defigẽdam curarunt. Huc dicta die Rex cum Principe filio, Regniq. Proceribus, & magna militum manu venit: Luſitanorum claſſis è regione aequato ordine locata erat. Hoc rerum articulo Princeps Satraparum, vt fucm, Regidrumq. laetitiam teſtaretur, votum con-

cepit, se lychnuchum pensilem cum lampadibus, quae perpetuo lumine arderent, futurae Calecutanae Patrum Ecclesiae oblaturum. Rebus omnibus paratis, post festam displosionem tormentorum, Lusitanorum Praefectus Aluarus Brãrbeius, cum Praefectis reliquis, nobilimq. toto comitatu, quam apparatissima specie in littus exscendere, perpetuo boatu machinarum, fistularumq.: quibus Malabarici pari fragore responderunt. Cum ad Regis congressum ventum est, perhumaniter Praefectus, Zamorinusq. in mutuos amplexus se dedere. tum Regius filius, ceteriq. Malubaricae nobilitatis proceres Lusitanorum Praefectos, nobilesq. amplexati salutarunt. Sancita iureiurando pace, quo firmior esset, ad Sanctissimae Crucis adorationem Zamorinus primus, Regiusq. filius; Lusitanusq. ac Praefecti: deinde vtriusque gentis reliqua nobilitas, vniuersaq. multitudo, communi omnium adoratione accidere. His transactis illo ipso die, in medio campo, qui deinde pacis campus dictus est, locus Ecclesiae condendae lectus est. Rex primus terram fodit, ad fundamenta iacienda. inde Patres, reliquiq. milites egestam humum magno fervore exportarunt. Locus etiam nostrae ponendae domui designatus. Indo negotium promulgandi Euangelij susceptum, multiq; Christianae

stianae militiae iam nomina dedere; qui ad baptismum de more instituebantur, rem Zamorino ipso, & primoribus omni studiorum genere promouentibus. vt ex ijs, quae subijciuntur ad P. Visitatorem Zamorini litteris apparet.

ZAMORINI EPISTOLA ad P. Visitatorem.

PATRES, qui mecum sunt, ad te perscribent, & quantopere à me diligantur; & quam ipse nihil rerum geram, ijs inconsultis; quod & summa fide homines sint, summaq. prudentia; & me vere, & ex animo diligant. Idem & Aluarus Brancheius coram testabitur. à qua petij, vt de meis postulatis tecum ageret. Spero enim, quemadmodum Patrum nostrum opera tam bona rebus initia se dant; ita, ijsdem auctoribus, laetos exitus consequuturos. Quae, ipso praesente Aluaro, promisi, ea rata erunt. cum praesertim & mihi magnae voluptati, & Lusitano nomini gloriae futura sint. Et, cum ad amicitiam tuendam magnum tua persona momentum allatura sit, peto à te, ne tuam operam desiderari patiaris. siquidem tantum apud Proreges, atque

Digitized by Google

adeo Regem ipsum auctoritate ex. Quod ad me tam vtiles Patres destinaris, est vero, vti debet, plurima gratia: ob multas, quas mihi afferunt, vtilitates; multamq. quas me prosequuntur, beneuolentiam. Speramus praeterea multos Sanctam Christi legem suscepturos. quae res vt mihi magnae erit voluptati, ita a me omni studiorum genere promouebitur. Zamorinus.

ALVARI BRANCHEI rei maritimae Praefecti Epistola ad eundem.

IN hac concilianda pace tanta virtute contendit P. Franciscus Rozius, vt merito fateri debeam huius conciliationis minimam partem mihi deberi. Quare mihi duxi faciendum, vt hoc illius studio, virtuti, industriae darem testimonium, ne debito laudis, & gratiae praemio fraudetur. Zamorinus, eiusq. populares; tantopere illius prudentia, comitate grauitate capti sunt; vt omni ope contendant, aliquam dari Patribus in vrbe regia sedem. Quae res in primis opportuna esse iudicatur, tum ad Christi fidem in his terris propagandam; tum ad Regis imperium tuendum. magni enim refert ad securitatem, hanc diutissime

pacem

porem conseruari, quod vestrae proprium munus est Societatis.

In hoc verum cardine hieme ineunte pacis fedus erat, cum vedenti Albuquercio Comes Almirantes in Indiae administratione successit. Is vbi cum Zamorino totis viribus in id incubuit, vt Cunialis exterminaretur, quod ni fieret, rebus tranquillitas esse nulla posset. Quapropter validam classem instruxit, cui Aloysium Gammam fratrem praefecit: duoq. nostri Sacerdotes cum illo proficiscebantur. Contractis igitur per hiemem maritimis copijs Goam, variae Zamorini animum suspiciones (vt parum inter barbaros tuta fides est) interim sollicitum habebant; ne Cunialy expugnato, victores Lusitani totum belli pondus in se verterent. quam ob rem saepius à P. Christophoro Castrio, Cocinensis collegij Rectore per litteras contendit, vt se ad sui Regni fines conferret. esse enim quae cum ipso agi magnopere expediret. Pater re cum Patribus, Praefecto Cocinensi, & ciuitate deliberata, communi omnium sententia eo contendit, comitibus Patribus ijs, qui in montibus Thomaeorum erant, & Cranganoris Praefecto cum bene firma militum manu. In itinere magna vbique comitate liberali hospitio excepti omnes, donec Palumtem Christianorum Thomaeorum opidum,

in ditione Zamorini venerunt. Ibi ab Zamorino & regni Satrapis prope templum Christianorum exspectabantur. quo cum Patres venissent; eosq. officiose Zamorinus salutasset, domum se recepit; quae mediam circiter lencam à templo distabat. Postero die, adeuentibus ad se Patribus medio fere miliaris spatio obuiam processit cum Principe filio, Regni praefectis, & magno militari apparatu, eosq. perhumaniter, atque omni bonoris significatione exceptos domum suam deduxit. statimq. de sua dubitatione cum Cocinensi Rebare agere coepit. Quaesiuit ex eo, an pro certo haberet, Lusitanos ea, in quae sibi cum Brancherio de Pace conuenisset, rata esse habituros. Affirmante Castrio, statim expeditum nuncium cum litteris ad Proregem & P. Visitatorem Goam misit. quibus enixe contendebat, vt rerum expediendarum causa, quae ex pacis lege debebantur, P. Visitator ad se veniret. cuius postulatis cum assensum esset, Castrius Cocino Goam venit; vt praesens acturatius quae sibi cum Zamorino conuenissent, exponeret. inde rursus Calecutum rediit; vt cum caeteris patribus de negotium de pace, & rem Christianam procuraret. Rebus cum Zamorino compositis, Patres cum redirent, ex itinere in Apido Thomaeorum subsiterunt. Et, quoniam die postero

erant

irent discessuri, omnes quotquot in opido fuerunt, nocte illa vitae totius confessionem explicarunt: postridieq; mane magno suo cum animi sensu, ad sacram synaxim accesserunt. magnum siquidem ex ea re nostri fructum perceperunt, cum tantum veræ pietatis amorem deprehenderant in hominibus nuper ad catholicam fidem reuocatis. inde magno Christianorum, ethnicorumq; comitatu, ad mare, vnde Cocinum traiicerent, venerunt. Hæc per Cocinensem Rectorem acta, ad Cocinensē pertinent collegium. sed ne temporis ordo peruerteretur, fuere in hunc locum differenda. Sed huius Cocinensis profectionis ad Ethnicos etiā vtilitas manauit. Siquidem Caimalem, qui Præfectus est illius oræ, Zamorinus in custodia habebat, popularibusq; palmetorum fructus interdixerat. P. Castrio deprecante & Caimalis custodia, & populi legis pœna liberati sunt. quæ res ad magnam pertinuit existimationem Christianorum.

MISSIO ad Mogorem.

DE Missione ad Mogorem firmi nihil est allatum, nisi quantum spei superiorum temporum litteræ fecerunt. Christiana res bene progreditur. Quam Christo nostro adiun-

nere, accurate excoluntur: nec desunt qui Christianae militiae nomina dent. sed non temere omnes, qui profitentur, admittuntur, praesertim qui è superstitiosa sunt Mahometana: quique admittuntur, magna cura diligentiaq. instituuntur: infantes praeterea, ac pueri permulti, in ipso montis limine baptismo expiati, spiritum confestim Deo reddidere. Vrbis Praefectus nobis fauet, nostramq. diuinam legem reuereatur. idem & alij primores faciunt. quin Praefectus ipse, vno è filijs graviter aegrotante, remedium expetijt à nostrae religionis Sanctitate. data sunt illi sacra ex Euangelio verba nonnulla, membrana papiracea descripta: quae cum puero è cervice appendisset, magna cum omnium admiratione statim convaluit. Rex ipse in sua procrastinatione, frustrationibusq. perseuerat. Diuinam legem neque amplectitur, neque totam reijcit. Consilium ceperat hinc se in Regnum Coximirae transferendi, statuit. P. Hieronimus Xauerius ab eo non recedere, sed Benedicto Goezio comite vna cum ipso proficisci, P. Emanuele Pinnerio Laore relicto, qui hanc neophytorum excolet Ecclesiam; & templi domusq. nostrae aedificationem persequatur. Sed in ipso medio profectionis apparatu Diuina Regum prouidentia humanae inconstantiae aduersis duobus, isdemq.

demq. grauissimis casibus admonuit. Nam cum Religiosi dies aduenissent, quos, sole ascendente in arietem, è Mahometana superstitione nouruz, id est nouus dies nominant, quosque publica laetitia, solenniq. tripudio celebrant quotannis: primo ipso die acerbi de ingenti in prouincia Decania accepta clade ad eum Nuncij venere. quo in praelio multi, ac fortissimi quique milites, praefectiq. occubuere. cuius rei maestitia festam dierum laetitiam interturbauit; spatiaq. laetitiae fecit breuiora. breuiora adhuc diuina fecit altera animaduersio. Nam cum sacro resurgentis Christi die in area, quae est ante Regiam, magna procerum manu stipatus inambularet, repentino incendio Principis filij tentorium, quod pretiosissima gaza instructum, iusta Regiam obtendebatur, correptum est; tantoq. impetu subito inflammata omnia, vt, omnium animis stupore defixis, omnis opis ferendae facultatem tam subita calamitas ademerit. Quidquid pretiosorum rerum fuit, quidquid regiae supellectilis, quidquid nestium, domesticiq. reliqui instrumenti, (& erant valde plurima) nullo opem ferente, momento absumptum est. thronus praeterea solidis aureis laminis contectus, (tanta fuit incendij vis) conflato auro, totus in fauillam abijt. huius vnius rei pretium ad centum millia per-

uenit.

uenire ferebatur. E tentorio sese incendium in Regiam iniecit. nullaq. prohibente hominum industria, recentem omnem, veterumq. quam, à maioribus relictam, totumq. Regum, Reginarumq. apparatum pertinax ignis vorauit. Pluvies decies centena millia nec incendio absumpta. &, quod porrecti auxit horrorem, locum lateritium aedificium igne corruptam: quod ex materia constabat flamma non attigit. Rex, quamuis subito casu perculsus, damni magnitudine moueretur; aegraq. illi esset, tot maiorum sacrum decoratam breui temporis momento interisse, excelsum tamen animum praeferens, postero die aedificia restituere praecepit. iter ad Coximiram suscepit. quo illum, vt supra dictum est, Xauerius cum comite prosequitur. Pomerius interim nostrae aedificationi, & Laurensi Ecclesiae praerat. Ea quidem aedificatio, & si adhuc inchoata; commodas tamen iam habet opportunitates. templum adhuc neque inconmodum habet, neque inconvenustum. In eo primum sacrum factum est iam ab anno nonagesimo tertio, vij. id. Septembr. quoniam quadriennio tota de eo nihil erat scriptum, non fuit alienum id reddere hoc tempore. Ad visendam autem, & communem laetitiam celebrandam, magni ex vicinorum concursus facti sunt. Quo specie, & rerum elegantia, se-

crarum

arum praecipue iconum delectati, fatebantur non posse inde se auellere; nostram diuinam legem laudare, eam veram praedicare, verum iter ad salutem nobis aperire; sese mutuo ad illam amplectendam adhortari. Ipse vrbis Praefectus cum apparitoribus, totoq. suae dignitatis comitatu eo se contulit. inaestimabiliterq. delectatus, demum ingressus, duas, tresue horas, quasi non posset à nobis seiungi, varia sermone traduxit. Patribus etiam magni momenti postulata concessit; in ijs, vt Chaldaeus Christianus, morti iudicatus, quod bonam occidisset (quod in his oris crimen habetur maiestatis) liberaretur. faueat optatis Diuina Bonitas, vt ad multorum salutem huius recens exstructa aedes vtilitates proferat quam plurimas. Sed quod est huius narrationis reliquum adsexamus. Grassante Laore tam saeua quadam lue, quae hominum ad ducenta millia exstinxit, vt Praefectus vrbis affirmauit, multi in morte baptizati sunt. In ijs, quos morbus afflixit, homo fuit Italus, domo Mediolanensis, vitae vt erraticae, ita etiam parum in religione constantis. faber erat aeneorum tormentorum; artis fusilis magister, ignis, aliarumq. ad bellicos vsus machinarum architectus non contemnendus, magnam vitae partem Germaniam, Daniam, Flandriam, Gal-

liam,

liam, Angliamq. peruerrauerat ex ijsq. gentibus, non nisi deterrima quaeque vitia, & religionis contemptionem delibauerat. eum sua huc traxerat fortuna. Christianum hic se profitebatur: sed nihil minus in eius vita, quam Christianae indicia pietatis eluceb ant: erat q. omnino magnae & Christianis, & barbaris offensioni. hunc tandem diuina miseratio compescuit. nam communi lue comprehensus, totum ad pristinam longo interuallo repetendum pietatem se conuertit. Nostrum igitur aduersijs Sacerdotem, saepiusq. confessionis sacramentum vsurpauit, Romanae Ecclesiae fidem professus, eos praecipue articulos in quibus antea claudicauerat; identidemq. eadem professionis verba iterans, mortem ab ea, quam vixerat, valde dissentaneam obiuit. Quae sibi parauerat opes, eas testamento, nostro Sacerdoti in pauperes distribuendas legauit: Libros aliquot, & commentarios reliquit, artis fusoriae praecepta, artemq. diuersorum operum ad bellicos vsus continentes. in quibus erat & illud: quibus artibus Mogori Dienses, Armuzianamq. arcem traderet. Sed Diuina Prouidentia eius consilia praeuertit. Hic erat Mogorēsis Missionis status anno millesimo quingentesimo nonagesimo septimo. quos fructus

conse-

conceptae spes parturient, anni subsequentes indicabunt.

Hactenus, Patres, fratresq. carissimi, vos huius anni persequutus sum, integra quidem fide, diligentia vero, quantum festinatio permisit. & licuisset, credo, opus trahere in diem longiorem: ita non est harum transmissio litterarum expedita. nolui tamen ad moras ceteras meam quoque accedere lentitudinem. quantumq. per me potui, inter ceteras occupationes conniti, vt mea opera ad diem non deesset. quod vtcunque, Deo bene iuuante, praestiti. Et cum haec scripsissem, trium superiorum annorum litterae adhuc censura Patrum premebantur. quae vtrum probentur, an non, nihil ad rem. certe quid posset expediri; & vtrum aliquando vestram ad notitiam venturae essent, an omnino abolendae, nondum apparebat. Haec quibus nota non sunt dominae fastidia Romae mira fortasse videbuntur. Non potui ob meam imbecillitatem omnibus abunde satisfacere: animus tamen obsequio non defuit. Sed siue ad fructum aliquem Societatis ista pertinebunt; siue omnis eorum infelix lucubratio peribit: ratum illud mihi tamen semper erit, meorum Praesidum imperio obtemperasse. Qui sequentur anni, vt noua inita ratio promittit,

Digitized by Google

mittat, expeditiorem puto cursum habebunt literarum. Veniam peterem meae tenuitatis, si naturae vitium cum culpa iunctum esset. Quae rudia sunt, & impolita, ea vt non reprehendantur non postulo. studio vero in communi caussa omnibus gratificandi, si me omnium precibus iuuari petam, videar id meo iure posse facere; si nulla alia de caussa, communi saltem omnium coniunctione. Data Romae cal. Decemb. Anno à D. V. cIↃIↃc III.

Indignus omnium in Christo ferus

Sebastianus Beretarius.

PROVINCIA ROMANA.

SEPTIMO demum anno, cum Prouincia reliquae confectae, Patrum iudicio probatae, ac tantum non typographo transmissae essent, Romanae Prouinciae litterae, quasi longo itinere venerunt. vt verum non sit, primae omnium prouinciarum non nisi in fine epistolae, aut potius vltra fines locum esse potuisse. Censa in eis inuenio sociorum capita sexcenta quinquaginta octo: quorum quadringenta nonaginta octo in vrbe nouem in domiciliis degebant. in domo professa octoginta quatuor, in collegio Romano cum eius residentijs ducenta quadraginta. in collegio Paenitentiariorum viginti: in collegio conuictorum, cum clericorum Seminario cõiuncto, vigintiquatuor: in collegio Germanico quindecim: in collegio Anglorum octo, totidem in collegio Graecorum,

rum, in Maronitarum quatuor, in domo Probationis ad S. Andreae cum beneficiis viginti, tertiani nouem, nouicij scholares vius & quinquaginta, coadiutores quindecim, omnes numero nonaginta quinque. Reliqui sunt Socij centum sexaginta alijs nouem domicilijs prouincia reliqua distributi. Lauretano collegio triginta tres, Florentino viginti vnus, vno minus Senensi, septendecim Perusino, Maceratensi, ac Recinetensi deni seni, duodecim Tiburtino, octoni Monte sanctensi, ac Setino. His nouem adduntur, qui missionibus varijs peregrinati sunt. Admissi sunt in Societatem quadraginta nouem; à nobis abiere ad vitam alterum vndeuiginti. Concioni dati sunt in vrbe in Quadragesimam praeter templum nostrum etiam Vaticanae, & Lateranensi Ecclesijs duo insignes Sacerdotes. extra vrbem, vbi tamen nostri degunt, dati item alij, Lauretanae, Maceratensi, Tusculanae, ac Setinae. Quinque praeterea nobiles Piceni ciuitates Fanum fortunae, Auximum, Anco, Firmum, & Assisium, tum loca alia obscurioris nominis decem circiter nostros per idem tempus expetierunt ad concionem. omnino viginti tribus in locis nostri concionem primariam tennere. vt interim minores in vrbe concliones, quas in foris & compitis, in carcere, & ad virginum clustra

solenne

solenne est haberi, omittantur. quibus locis omnibus est abunde satisfactum: & alibi iacta, alibi promota collegiorum fundamenta. vbique vero Christiana res vtiliter administrata. instituta alicubi pia sodalicia. Fani hospitalis domus ab Episcopo nostrorum suasu constituta ad orbas puellas tuto loco educandas. Assisij demonstrata Sacerdotibus ratio Christianae doctrinae pueris tradendae; scholisq. ac disputationibus docti iidem Sacerdotes rationem ritè administrandi Sacramenta. Dissidia multa sublata: reconciliati cum clero populares; alibi corrogatis eleemosinis sacrum auctum instrumentum: susceptae praeterea alicubi etiam ad circumiecta loca, accitu populariū vtiles excursiones. Porro in missionibus circa Romam aliqui versati, praeter opida multa, quae consuetis ministeriis lustrarunt, praecipuam operam in agrestibus, & qui nunquam aut raro admodum vrbes adeunt, circa eorum mapalia erudiendis posuerunt. Agricolae, opiliones, bubulci, etiam subulci, alijq. id genus homines rudes, & abiecti necessaria doctrina informati, sacramentis expiati. Inscitia tanta, vt non modo sanctissimae Trinitatis mysterium, aut rite signum crucis ducere, sed ne si vnus quidem, aut plures essent dij, satis scirent. quin etiam vanis superstitionibus imbuti, Solem, &

Lunam multi, vt diximus, aliquid venerabantur; caput orientibus aperiebant, genua pe-
tebant, Dominica oratione, & Angelica salu-
tatione adorabant. Superstitiosa etiam carmi-
na, bene sibi precantes adiungebant, rogati,
cur id facerent; quia id ab alijs didicerant, re-
spondebant. alij, vt se sapientiores haberent,
id illorum splendori, qs spreuere tribuendum exi-
stimare. alij praeterea simulacra adijciebant,
sed in hac rubigine detersenda non sane mul-
tum fuit operae. illud vero longe difficilius, &
quorundam animis, qui cordatiores esse credebantur, insitas opiniones reuellere; ne augu-
rijs, & ostinum vocibus fidem haberent. vsque
eo, vt saepe illorum cantu territi, rebus gerendis, & itineribus suscipiendis abstinerent, vbi-
que fere suae, alioranq. malo docti, quorum exem-
pla multa memorabant, quotidianaq. expe-
rientia comperisse saepius, asserere non dubita-
bant. quod si qui minus superstitiosi, neque
omnino depravato iudicio illi inanitati fidem
habendam non censerent; non tamen omnino
metu vacui, si quid in eo genere sinistri obij-
ceretur, quieto esse animo valebant. ad ex-
aminum tamen dociles se omnes praebuere.
Confessionum porro audiendarum, pacifica-
tionum fructus iidem qui solent; cum ingens
fuerit poenitentium numerus, & multae mul-

torum

torum annorum confessiones retexendae. Vbique verò magnâ rusticorum pietate excepti Sacerdotes: Et quidem initio cum omnes libenti animo ad docendum conuenirent, tum multo libentius postquam nihil ab ijs nequeexigi, neque exigi cognouissent. Nam primo quidem nostrorum aduentu, clericos inopes docendi labore sibi visum quaerentes, rusticani homines esse arbitrati, multa pro se quisque ex suo arbitratu cupidè detulerunt. At postquam, qui nunc essent, & cuius rei causa à summo Pontifice missi, cognouerunt; maiore animo se ad ablatam occasionem, & praesens commodum percipiendum excitarunt: & cum summa admiratione Dei, & Ro. Pontificis gratiam egerunt. Curatum praeterea aliquibus in locis, vt, qui destituti essent, idonei darentur Sacerdotes; vt & ad Ecclesiam diebus festis conuenire, & sacro interesse, & tum validi, tum aegroti paenitentiae obire Sacramentum; in more positis Ecclesiae praesidijs annumerabantur. Haec de tota provincia summatim: nunc ad familias singulas veniamus.

* * *

COLLEGIVM Romanum, Et cetera vrbana Domicilia.

E COLLEGII ROMANI scholis vndeuigintì in Societatem sunt admissi è Sodalitijs B. Virginis plerique, non nulli item è conuictorum collegijs, & Germanorum, vnus etiam è Monasterijs aliquot. Neque vllum quidquam fere, praeter vsitata, ad fruendum suppetit. Decet autem naturae suae conscios, siue imbecillitas inuenta eiusdem, siue numerosa lectorum capitum familia humanae conditionis necessitati ampla hoc quoque anno stipendia persoluere. Sacerdotes doctrinae & vitae sanctitate praestantes; egregiae indoles, magnaeq. expectationis adolescentes, multaeq. frugis conditores, plerique ante naturae diem, moriuntur: caelo totum paene annum sua morte funestarunt. Nicolaus Roncius ineunte anno funeribus iannam aperuit. Patria fuit Adrianus: annum agebat duodetricesimum, vndecimum in Societate. hac primum anno Theologicae doctrinae stadium ingressus; cum tres de more annos iuuentutem humanitatis studijs instituisset: quanto cum rei spiritalis fructu, inde percipitur; quod non pauci ex eius schola

So-

Societatis institutum suae amplexi. Morbum extremum, nuncianque de suo obitu ea animi praesentia excepit, qua virum illum decuit, qui suas curas omnes cogitationesque in aeterna bona defixisset. quinetiam paucis antequam in morbum diebus incidisset, familiaribus suis finem suae peregrinationis imminere praedixerat. mors eius pluribus placidissimo somno fuit similis, cum & in morbo, & in extremo spiritu patientiae, & aequanimitatis dignum societatis alumno exemplum reliquisset. Hunc sequutus est eodem mense admirandus alle, & per omnem vitae suae cursum mundus, praeclarisque laudibus ornatus P. Stephanus Tuccius: de quo cum multa mihi ad scribendum praeparantur, ne brevium narrationum seriem, rerum expositione aliquanto longiore interrumpam, commodius esse duxi, eo ultimo loco reponere. Non longo deinde intervallo v. idus Maias magna cum animi tranquillitate, quasi suae salutis piguore accepto, obiit Petrus Nicolaus Terrasinus Racinetensis, septem & pigmi natali annos; quorum agebat in societate decimum: Theologiae & ipse hoc primum anno studia aggressus. Ab Augusto mense funera deinde brevi intervallo repetita. Sebastianus Praetensis, coadiutor formatus temporalis Kal. Augustis quarto loco ad suos meritam stadij gerueni-

annum agebat quinquies & sexagesimum, sa-
cerdotii & tricesimum in Societate, firmis pra-
cordia adhuc viribus bene validus. Fabrilem
lignariam summa aequitate animi maximam
eius temporis partem exercuerat: sua apposite
bene parata, & semper impiger in opere. Unum
quod in id genus hominibus maxima laudan-
dum est, magna semper animi tranquillitate
vixit, vix nulla unquam querimonia non illi
exciderit; obedientiae exemplum integerri-
mum. Vad. XI. Kal. Octobres Calisii Finetum
magnae pietatis, purique candoris, & egregiae
exspectationis adolescens consumsit & ipse suam
consummavit. Sex hic fuit annos in Societate,
cum vicesimum quartum aetatis ageret. Patria
fuit Semenses, cultui Matris Virginis praecipue
addictus, quam etiam in morbo visam, mortem
sibi, & salutem certo praedixisse nuncia-
diem quaque pungantium poenarum in qua-
drennium finitam nunciasse, adiuisse insu-
per B. Mariam, & Stanislaum Kostkam,
adolescentem pigmi dignum amorem, quem
tantum in societate, quam ipse in Logica
studiis habuisset condiscipulum, & forte par
id tempus aegrotabat, non longo intervallo se-
quuturum: non tamen illis vitra biennium pur-
gatorij carceris finivam diem. Quod cuicumque
de accipiendum sit, adorandum tamen e

nostro

nostro pectore sacrandum, scribendum visum est: ne quid inani fiducia expectatum sibi fore transitum ex his acerumnis blandiatur: cum dubitet tanto gaudere animae, quae tanta sinceritate suae primitias aetatis Deo dedicassent; nec ad caelestē gaudium tanto poenarum vallo obsaeptum habuisse audiamus. Non inane autem, aut vmbratile fuisse visum multis iudicantibus cum insolita ex eo tempore laetitia ipsius animum perfrueretur; nec nisi de futura vita libenter iucundeq. sermones vel haberet, vel admitteret. Sed multo magis eius rei fidem confirmabit alterius pari probitate, pietateq. cōdiscipuli XV. id. Octob. consequuta mors. Patria fuit huic Maceratensis, magna animi alacritate, magno ardore ad virtutem, & magnae his quoque exspectationis. Illud certe firma spe teneri potest; laetissimum par adolescentium de sua iam salute tutas esse. Eodem die XV. item Id. Octobr. decessit Marcus Matthaeus Ramenta adolescens, domo Siculus, insigni probitate, & mansuetudine, modestia. mores illi compti, & amabiles; & digna aduersus omnes reuerentia. non vulgari hic quoque impetu fuit ad virtutem: obediendi amor tantus; vt si quando somnos, aliaue more domestica signa, dari tempora definientia, minus percepisset, tanto impetu admonitus, aut excitatus prosiliret, vt fuerit

non raro cohibendus. magna hic de se, deq. sua virtute, & ingenio pollicebatur. annum aetatis hic quoque tertium & vicesimum agebat: quinctu, sextumue in Societate: philosophiae studia decurrerat; eratq. ad humanitatis regendas scholas destinatus: sed illud magis ratum fuit, quod erat aeterna mente destinatum; vt tanta humanissimi adolescentis probitas iam caelo donaretur. Sed in tot egregijs adolescentibus spes magnarum rerum, quasi fegre herbescens adhuc succisa est: illud vero in viro admirandae virtutis, & plurimarum vtilitatum damnum maximum ita omnium animos obstupefecit, vt, quemadmodum Aegyptij, accepta vltima plaga ab exterminatore omnium praeteritarum calamitatum memoriam praesentis damni magnitudine obtriuerunt: sic extrema haec clausula omnium praeteritorum funerum curas, cogitationesq. abolueriit: & vt illic nullus vniuersae calamitatis fuit expers, sic in hoc funere nemo fere fuit, qui non proprio se doloris sensu percussus ingemisceret. P. Mucius de Angelis, Theologiae professor, in quem, tanquam in absolutum doctrinae, & religiosae vitae exempli omnium oculi conuecti erant, Nouembri mense repentino, vehementiq. quatridui morbo extinctus est. Erat hic maestorum omnium solamen, & communi consilio indigen-

tium

tum perfugium. Vndequadraginta natus annos erat: quorum viginti egerat in Societate. Semel, & iterum triennales philosophicae, octo annis Theologicae doctrinae scholas explicauerat. quo maior tam florentis, tamq. fragiferae aetatis, tam subita iactura visa est. Acre in eo fuit ingenium, & ad arguendum subtile, & vehemens; & ad probandum promptum, & dilucidum. porro eos habuit processus in doctrina, vt omnes profunditatem, firmitatem, perspicuitatem mirarentur. Pari probitate, pariq. vitae sanctimonia tantae, tamq. admirabilis laudes compensabantur. neque mirum: siquidem à prima aetate scholarum nostrarum disciplinae assuetus ante vitia vitare didicit, quam corrigere necesse fuerit. Accedebat ad egregiam illius pietatem vna cum summa lenitate comitas tanta, & tam grata humanitas, vt omnium animos, quibus cum ageret, tum domesticis, tum externis, artissimis sibi beneuolentiae vinculis adstringeret: neque fere, esset, qui non illum suo dignum nomine indicaret. Abundans, praeter excellentes animi dotes, hic vir omnium iudicio probatissimus dono consilij; vt ad eum non doctrinae caussa tantum auditores, magistriq. sed omnium etiã ordinum patres, fratresq. consilij caussa, & pietatis hauriendae confluerent. viget adhuc in

hominum memoria, quod illi frequens erat in ore; cum consultoribus respondebat: Liberales estote: ergo Deum. Deum haud dubiae futurum in ipsos liberalem. His, aliisq. animi ornamentis carus omnibus, communis omnium pater, frater, magister, amicus, patronus ab omnibus lugebitur. Tanto tandem hostimento huius collegij hoc anno funera acquata sunt. Venio nunc ad eum, qui secundum locum habuit in hoc agmine, quemq. in posterum locum commodae narrationis caussa dissimulaveram, virum, cuius conversationem in longa cruciatu, & multis partibus admiratione dignum, P. Stephanum Tucium; cuius & multae, eaq. peregregiae laudes memorandae sunt; & illius sive religiosae vitae, & forte exemplum patientiae proponendum. Natus est in Sicilia, patria semper magnorum ingeniorum feracissima, in dioecesi Mamertina, adolescens admodum venit ad Societatem: ingenij vivacitate tanta, ut, cum multa illi ad gratiam conciliandam adiuxerentur, aetas inconstans, genuvis humilitas, aspectus horridior, confabulando, moresq. paene fabruslici, sermo ab eo, qua natus est, loco non abhorrens; acris tamen indoles, multa obtusa duritia, tamquam ex fuvio lumen eximpens, naturae impedimenta superaverit. ita summae ipsius bonitas in Societatem paene puer admissus pra-

matura

nostra virente in infima aetate magnae de se exspectationi satisfecit. Floruit multis annis inter nobilia suae patriae ingenia, magna semper sinceraeque probitatis exempla, & multijs ingenij doctrinaeq. laudibus; solidis in primis virtutibus ornauit; patientia praecipue, & abnegatione sui; nulla vnquam suarum commodorum, suarumq. rationum habita ratione, totum se ad Societatis obsequia, & Praesidum praescriptum semper impendit. ita vt multis in ea animemus, maiore animo ad victoriam sui, & ad ea subeunda se erigerent, quae alioqui nutu nec communitia refugerent. Sed humanitatis studijs imitia, poëtis praesertim adolescens multum operis quamquam & in oratoria quoque facultate locum sibi comparauit inter primos. Sexterim, aut eo plures continentes annos iuuentutem hisce litteris instituit: quo tempore omnes philosophiae, Theologiaeq. locos propria studio, laboreq. cognouit; peritiam vero tam arcanarum antiquitatum sacrarum, tum profanarum sibi comparauit, vt diuinum illud doctrinae lumen, & nostrae Societatis ornamentum R. Alfonsus Salmeron, vnus è nouem R. P. N. Ignatij comitibus, eum per litteras de multis Ecclesiasticae antiquitatis locis ex vsque Neapoli consulerit. Scripsit interim illustria aliquot praemia; quae maxima ipsius nomini illus-

Digitized by Google

lustrarunt. Laudata multum est copiosa, & accurata, quam ab orbe condito chronologiam digesserat. quam omnium iudicio probatam consilium fuit typis edere: sed ne alteri à nobili auctore illo ipso tempore editae supervenienti, ambitiosa, & inutilis haberetur, cessatum est. Romam eo consilio venit, per causam quidem Theologiae discendae: sed vt ipse familiaribus suis indicauit, vt quam maximam iuris ad conscientiam pertinentis cognitionem acquireret: illo enim se studio maxime teneri: cathedrae vero, aliusq. scholarum plausus non magnopere admirari. Romae duobus annis Theologiae scholas frequentauit: &, cum ne vna quidem littera dictata excideret, ea attentione decentem audiebat, vt loca ipsa in scholis indicata ipse adiret; & suo studio ex ipsis fontibus doctrinae copiam haurires. hoc labore, industriaq. biennio transacto ideneus iudicatus est, qui in nostro Patauino gymnasio Theologiam explicaret: docuit ibi annis aliquot. inde Lauretum euocatus, qui in eo conscientiae tribunali & cathedram sustineret, scholasq. explicaret; & iuris difficultates, quae multae illuc afferuntur, enodaret. Laureto deinde Romam accersitus & studijs vniuersis in Romano collegio praefuit, & Theologiam docuit annis aliquot. Inde à R. P. N. ad alia adhibi-

tus,

lata, magnis in rebus, grauibusq. causſis Societatis dignitatem, quae nec lenibus, nec paucis certaminibus agitabatur, fortiter defendit. Neque Societati, relicta cathedra, solum profuit; sed multi etiam magnates, & Romanae Curiae Antistites, & Purpurati, ipse etiam Pontifex Clemens viij. illius & opera, & doctrina ad difficiles quaestiones multum utebantur. Paenitentiariorum etiam Vaticano collegio Rector fuit, quo in munere cum vigilantiam adhibuit, vt & domestica disciplina, & praeceptarum obseruantia ad iustam normam regerentur, cum à communi labore, primumq. cuique praescriptis ministerijs neminem, quem iusta ratio non excuſaret, eximium haberet. Commissa si quae essent, ne ofensiones dissimularentur, diligentissime cauebat. Rerum in homine cognitio tanta, tamq. recens eorum, quae didicerat, firmaq. memoria fuit, vt nihil esset, neque in sacrarum, neque in prophanarum rerum historia, nihil in omni antiquarum, recentiumue rerum memoria, de quo non ille, vel subita oblata occasione, apte ad tempus, sapiose, distributeq. differeret; cum accurata fideliq. nominatim locorum, temporum, personarumq. commemoratione. Non me pigebit hominis in perpendendis ingenijs perspicacissimi P. Maffeij de ipso testimonium proferre, qui sae-

pius

pus illius in familiari seruorum responsa vsurpatus: nemo est, inquit, quem nihil sit in omni litterarum genere, quod non bene discentem, reminiscatur, & promptè, cupientique disponere possit. Hactenus de doctrinæ ingenijq. dotibus: nunc de ijs, quæ in caeteris quoque virtutes eluxere, quarum humilitas, quam alter illesset infixam animo perpetuus illius vsus exhibuit testatur; qui tanto præcellens ingenio nequam vitæ partem sua conscientiæ humiliatæ, ad diuina nunquam animum adiecit; vt ne in studijs quidem bonestionem quamque locum requisiuit: tum exercendæ vitæ tempus vndique eam, cum tanta doctrina, tanto spiritalium rerum vsu, cuius mis adolescentulis quantumuis emptis consilia, præceptaq. vera animi admissione ad animum admitteret. multi enim è fratribus, studio sacrorum pietatis, cum decumbentem inuiserent in morbo, vt cum pijs alloquijs leuarent, officiosa imprudentia multos illi suadebant ad fructum ex eo morbo capiendum: quibus ille longo iam tempore spiritalium rerum magister & doctus, & exercitatus sibi debebatur, attente q. adolescentibus, ac strenuis auscultabat, vt si magistri, ac præsides à Deo sibi dati essent, nempe hunc mollem sentiendi q. pietatis sensum ex multa assidua q. cum Deo familiaritate consuetudine. Cognitum est ex eius

fa

familiaribus, quibus cum spirituales animi motiones communicaret, ipsum de se tam abiecte sensisse, vt se indignum iudicaret, quem diuina bonitas respiceret: sperare tamen firma fiducia diuina misericordia se salutem consequuturum. Neque illud leue argumentum est animi sese non magnifacientis; quod, cum multa vtraque oratione memoria digna conscripsisset, quae à studiosorum gregibus expeterentur, ea cum nihil ad animi dumtaxat oblectamentum, apud se retinuit. Porro ita sui edomandi corporis, animique rebellantes motiones comprimendi fuit studiosus; ita humanarum sensuum, humanarumq. appetitionum aduersarius, tum earum quae ad vitae commoda, tum earum quae necessariam ad sustentationem adhibentur; vt diceret non tibiarum modo amorem esse resecandum; sed commodorum etiam omnium, proprietatumq. rationum abdicationem esse adhibendam; nec plus proficere ad diuina percipienda qui sua ita quaererent, quam si aquam crebro hauirent. Vnie familiaribus iudicauit aliquando, multe se mori; quam similtri quidquam in consilio suarum rerum admiscere. Et cum Sacerdos alius asseruisset aliquando, vnicam ad perfectam virtutem acquirendam viam esse intentam ad Deum orationem; adiecit ille: non tantum, sed etiam mortificationem.

quod

quod ipsum in re alia scimus, B. P. N. Ignatium sensisse, duoq. illa ad spiritalem perfectae vitae rationem fundamenta ponere solebat, orationem, & mortificationem; non eam solam, quae ad perfectam sui victoriam, amorem sui, suaeq. existimationis comprimit; prauas cupiditates, propensioneq. animi castigat; sed illam etiam, quae corpus punit, asperitateq. attenuat, ieiunia, vigilias, cilicia, flagella, ceteraq. quae humana odit mollicies, & auersatur. Nec minus fortiter, quam loquebatur, viuebat. Multis annis indumenta nunquam exuit, nisi corporis verberandi caussa. quam etiam in morte à P. N. Generali impetrauit, ne sibi mortuo caduceris curandi caussa detrahe rentur: nudis asseribus vna obuolutus lodicecubauit ad quietem. Victus communis, mensura semper eadem, moderatus, & intra modum quotidiani prandij coarctatus: cum semel in die tantum cibum sumeret; noctu tenuem quandã sorbitiunculam potius, quam escam ex vili, & insscito olere decocto, cum vini haustu ad conciliandum somnum, acciperet. Noctibus singulis acriter se verberabat. neque leue est argumentum pij in illo ad Christi Domini cruciatus affectus; quod antequam corpori flagellum admoueret, ad sensum aliquem quinque vulnerum singulos ictus manibus, pedibus q. acpe-

ctori

ctori infligeret. inde ab humeris ad pedes descendendo, rursusq. à pedibus ad humeros descendendo, nouum semper toto corpore locum ictibus quaerebat; vt nulla pars à recenti plaga vacua relinqueretur. cilicinum thoracem, cum aliquando febri laboraret, ne in ipsa quidē morbi exuit contentione. quod, ipso imprudente, qui illi aderant familiariter, deprehenderunt. Somnum non plus horis quinis, noctibus singulis definiebat. horas omnino quinque quotidie diuinae precationi tribuebat. orabat vero in medio cubiculo, pauimento genibus applicitus, complicatis brachijs, nullo fulcro innixus. neque vlla vnquam animi, sensuumue sterilitate à proposito sibi orandi spatio defecit. docebatq. aduersus orandi difficultates, quod ipse in sua didicerat experientia; perseuerantiam primum, deinde humilitatem esse adhibendam. tum debere quemque se ipsum ad Deum cogitādum, etiam voce, reprehensionibusq. excitare: probra etiam in se ingerere, torporem accusare; ignauiae, molliciei, hebetudiniq. stimulos admouere: auersos sensus intra gyrum cogitationis cogere: indignum se diuina misericordia agnoscere; diuinam clementiam inclamare, sanctorum caelitum opem inuocare: neque frustra tempus illud teri, quod totum id genus certaminibus vigilanti cura transigitur. Quod à so-

mno, precationibus; & post cibum sumptum cessationis hora supercresset, id totum studijs scribens, aut legens tribuebat. scribebat enim proxime magnae exspectationis opus aduersus atheos nostrorum temporum. Validis fuit illi corporis viribus, nisi illud ipsum robur, quod saepe in id genus hominibus mentis exercitationi deditis solet accidere, sensus ad naturae quasi muta quadam lima deficientis detritionem obstupefaceret, continenti enim studiorum, & curarum laboribus exercitus, cum sine sensu corpus assidue attereretur, animiq. vigor par esset maximis asperitatibus, se non ad senectutem tantum, quae videbatur in illo fore diuturna: sed ad occasum etiam vergere, ac praecipitare non sentiebat. & quo maxime tempore fuit laborum cursus remittendus, eo maxime coepit contentione maiore augere. Et quidem ieiunia licet corporis vires eneruent, ad valetudinem autem sint augendam opportuna; vigiliae tamen, & perpetua animi contentio, nulla, aut modica laxatione interposita, attenuati corporis sensim robur exeduni, corrumpuntq. valetudinem. Neque tamen ille tam arctas sibi leges suo indixit arbitratu, quin integra saltem adhuc valetudine, praesidum permissu tam asperam virtutis viam tam strenue decurreret. Ingens praeterea animus, peculiari ductus lumine,

Digitized by Google

ne, eminentiore ratione regebatur, quam nos humi strati assequi possimus. Et sane maiore se duci lumine, quam qui communi via gradiuntur, declarauit; cum interrogatus, an in religiosa vita communes limites excedere, aliquid habeat singulare, quod tanquam ambitiosius reprehendatur. perite admodum respondit: Duo esse illius singularis ostentationis genera: vnum quo sibi quis plus quam ceteri, aut modo alio quam ceteri humanarum rerum; spiritualium vero minus sumit: alterum contra in his conitēdit abundare, in alteris deficere. hanc singularitatem laudari, illam vituperari: neque eximia sanctitate viros ad eum virtutis gradum sine hac posteriore singularitate peruenisse. Consentanea illius vitae, & digna tanto lumine sententia. neque enim ille se vulgari, sed singulari diuini amoris ardore flagrare demonstrauit, cum in maximis morbi cruciatibus rogatus aliquando, an eam acerbitatem propter Deum ferre illi graue esset; continuo nin faciens dolori: Latinis verbis respondit ingeminans: Libenter, libenter: immo vero & addat: quod bonum est in oculis suis faciat: Idem alio tempore rogatus ab alio respondit; se decuplo, ac centuplo graniora, quin etiam & aeterna purgatorij carceris supplicia, pro suo in Deum amore perlaturum. Quare mirum non fuit, amoris in Deum magni-

tudinem interdum effectui plus tribuisse, quam iudicio. quis enim modum diuino statuat arbitrio? Placuit nimirum incomprehensae Sapientiae viuum nobis magnarum rerum, & praesens proponere exemplum; quod si minus omnes imitari, suspicere tamen, ac vereri deberemus. neque enim ad libellã nostri moduli diuina sunt iudicia exigenda. Par fuit aliquandiu ferendis laboribus carnea compago: sed nec fortitudo lampidum fortitudo hominis: nec caro ad obsistendum diuitius aenea fuit. Continenti, diuturnaq. mentis contentione, distillationes à capite defluentes, circa ceruices se pernicioſum in tumorem coegerunt, (nattam Arabico vocabulo dicunt medici) nulla re initio nisi suo pondere moleſtum. cuti capitis totus tegebatur, è ceruice alterum in humerum incumbẽs. augebatur fluxu frigidi, viſcoſi, craſſiq. humoris; qui inter cervicum, dextriq. humeri muſculos inhaerens, ad vertebras vſque se fundebat. eoq. vſque senſim continenti auctu excreuit, vt minus quinquennio sua mole capitis magnitudini aequauerit. Puluillis, ligneisq. ac ferreis fulcillis, varie subinde excogitatis, aerumnularum instar, atque inter humerum insertis, enorme illud pondus sustinebatur: eratq. impedimento, praeter cetera, ad quietem; cum situs aptus nullus inueniretur acclinando corpori; quin eo pondere contracti

ner-

nerui fauces comprimerent, suffocarentq. & aut nixus genibus lecto incumbens; aut pronus è transuerso lecto in sellulae brachia ad id paratae porrectus vtcunque cõquiesceret. Auctu tandem inimicae fluxionis coacti humores verti coepti in putredinem, neruos, ac musculos, quibus inhaerebant, infecerunt. nerui cerebrum. quo malo irritatum cerebrum contrahebatur. ad cerebri contractionem nerui, qui circa collum tenduntur, & ipsi contrahebantur: ex quo aspasma cum intolerando cruciatu cietabatur: quod, gulam totam comprimens, respirandi difficultatem faciebat; cum pulmones neque animam attrahere, neque se libere ad cor refrigerandum dilatare possent. ad haec catarrus molesta pectoris, fauciumq. angorem in dies arctiorem faciebat. inde crebrae suffocationes, exanimationesq. aegrotum, miserandum in modum subinde cruciabant. Huc tandem acerbitatis, postquam aperte vis morbi saeuire visa est, vnius anni cursu per multos, & intolerandos cruciatus ventum est. Paullatim tandem coacta intus sanies imam tumoris partem vlcere, & acri doleris morsu coepit pertentare; donec tandem, corrupta cuti, ostium aperuit. Styli ferrei vlcus pertentantes quatuor intus digitis infixi, nullo aegroti sensu, penetrabant. caruncula spongiosa, & putrida apparebat. hac

veluti tunica adulterinae carnis massa altera, alba, callosae instar cutis, ambiebatur; quae maximam tumoris partem faciebat. in medio vena tendebatur, per quam, quasi ducta fistula, excrementa à cerebro defluentia, &, vt aliqui coniecerunt, ex toto fortasse corpore attracta, in reliquas circa natiae partes fundebantur. per eandemq. vicissim ad cerebrum tabificum venenum ascendendo, quasi reciprocatione morbum augebat: tum & crebrius, & acrius cerebrum irritaretur, conuelleretur q. & nerui eodem imbuti veneno, suapteq. natura ad contractionem proni arctius in dies fauces comprimerent, respirationem intercluderent, & oris diducendi, mandendiq. difficultatem augerent. Accessit ad cumulum malorum laryngi immineus epiglottis; quae & ipsa eadem conuulsione ab radice cum contraberetur, suo fungi munere, & laryngi incumbere, cibumq. à descensu in pectus auertere non poterat. nam cum iam ante neruorum contractione diduci, reduciq. ad mandendum dentes omnino non possent, consequens erat, vt sorbitiunculis tantum, & liquoribus in os infusis, aleretur. & id quoque ad vltimum ademptum. cum, hiante epiglottide, quidquid infunderetur, per laryngem in pulmones, cum acerbissimo tussis cruciatu, & certo suffocationis periculo defluceret. catarrho tan-

tantum tabifica diſtillatione, non ſine magno aegroti angore liberum erat per fauces commeare. itaque ad vltimum auxilium deuentum; vt, via omni alimentorum generi praecluſa, ad vitam quoad eius fieri poſſet retinendam, calidorum odore panum, & coctarum carnium ſpiritus tenuiter recrearentur. Ergo certus erat in oculis interitus: ſed imminentior illa ſe magis ſemper intendens neruorum contractio compreſſione faucium naturae deficientis finem attenuerit. Conſilium fuerat ante per oſtium illud vlceris naſtam ipſam exhaurire: ſed, vt pronum fuit aqueam putredinem emittere, ita non fuit facile concretam, & adhaerentem tabem, putridamq. carnem, niſi quantum per idem oſtium exſectum eſt, extrahere. Neruis igitur in dies pertinacius ſe coarctantibus, cum grauibus poſtremis diebus compreſſus angoribus prope exanimaretur, VI. tandem Kalend. Febr. omnibus indutus veſtibus, nec ſtans, vt Imperator, nec iacens, vt aegrotus, ſed ligneae ſellae incumbens, longa, lentaq. ſuffocatione, intercluſo ſpiritu aerumnarum finem inuenit. Annum agebat ſeptimum, & quinquageſimum: quadrageſimum in Societate: quatuor vota Romae profeſſus, P. Euerardo Praeposito Generali. Volumen eſſet, quae patientiae, fortitudinis, aequanimitatis, amoris in Deum, &

duriora in dies patiendi documenta dederit. Scribent alij ad priuatorum duntaxat, & familiarium solatium, & fructum. & haec ipsa vereor ne nimis multa videantur. Sed cum ad nostram omnium vtilitatem pertineat fructū capere ex ijs, qui inter nos cum laude vixerunt: nolui Societatem hoc spiritali fructu, & memoriam tam dignam suis laudibus fraudare. Nec dubito, quin aliorum multorum virtuti, magna cum omnium voluptate luculentiora dare testimonia potuissem; si, vt in ijs, quae noui, pie prodigus esse potui, ita copiose ad virtutem illorum, & sanctimoniae cognitionem venire potuissem. his etenim spatijs non minus libenter, quam rebus alijs calamum passus essem excurrere. Mortuo exsecta natta tota ecti appens. q. ad lateram librarum vndecim pondus impleuit: cum tamen inter ipsam exsectionem magna vis humoris putridi, & ante mortem ex ipso vlcere effluxisset. Hic finis esto iucundae de Romano collegio narrationis.

NE PROFESSORVM quidem domus suis caruit funeribus. insignes in ea Sacerdotes diem suum obiere. P. Ioannes Paullus Nauarola, Cremonae nobili loco natus, vir magna animi tranquillitate, insigni modestia, & grata humanitate praeditus: egregia insuper prudentia, & suo animo semper inuigilans: vt,

cum

cum praesto esset rebus omnibus, nunquam tamen à Dei cogitanda praesentia abduceretur; vt cum Helia dicere posset: Viuit Dominus, in cuius conspectu ego sto hodie. ex qua assidua cura, animi proficiscebatur aequitas tanta, vt nemo in eo vnquam commoti animi signum animaduerterit. eius opera ad regēdum multos annos perutilis fuit: & fuisset diutius, ni vitae illius tela praecisa esset paene immature. Obijt etiam P. Sebastianus Sabinus; vir admodum cordatus, quieti animi; & mansuetudinis, pietatisq. exemplum non vulgare. Cumulauit haec damna, si damna appellanda sunt lectarum animarum ad aeternam felicitatem emigratio, P. Iacobi Tirij interitus. natione fuit Scotus, vir, vt egregia corporis habitudine, ita alta indole, excelso animo, & ad omnia summa natus. ingenio & doctrina tanta, vt in principe illo doctrinarum omnium emporio, & nostri saeculi Athenis alteris, Lutetiae Parisiorum magna cum admiratione multos annos floruerit: eratq. proxime N. P. Generali assistens à consilijs. Haec de viris dignissimis priuatim mihi nota. Si eorum, qui tum Romae praesentes fuerunt, & id genus rerum notare debuerunt, litterae ad me venissent, haud passus essem tantarum laudum testimonium hac qualiquali memoria excidere. Sed Volscorum

vu-

rupibus affixo his plura ad cognitionem non venerunt. quin etiam ne diem quidem obitus cuiusque vsquam lego adnotatum.

IN DOMO PROBATIONIS ad S. Andreae obiere duo, alter nouicius, Hibernus natione, alter tertianus P. Edmundus Arenardus, natione Anglus. Multa hic cum vtilitate, & omnium probatione varia Societatis ministeria obierat, impiger Dominicae vineae colonus; & strenuus semper adiutor animarum. Videtur sibi mortem praesagisse: ita relatis in codicillum vitae suae rationibus, se ad eam comparauerat. Ceterum nouicij, tertianiq. piam de more, sedulamq. operam decumbentibus in nosocbijs, & carcere detentis praestiterunt; inuisendo, consolando, Christianae doctrinae, vitaeq. praeceptis imbuendo; pijs monitis ad afflictam fortunam aequo animo ferendam; spesq. suas omnes, curasq. & cogitationes in Deum conijciendas adhortando. Vinctis praecipue eleemosinas per vrbem quaeritarunt, magno miserorum leuamento. In compitis praeterea, & plateis ad inconditam, rusticorum praesertim, & operariorum multitudinem de diuinis rebus verba fecere. Spiritalibus meditationibus in hac domo exercitati multi, tum variorum collegiorum alumni, Germani, Angli, Graeci: tum extra nostram disciplinam alij.

EX

EX ANGLORVM collegio alumni septem Sacerdotes hoc anno in Angliam nauigarunt.

QVOD ad collegium MARONITARVM attinet, rediere hoc anno Sacerdotes illi, quos in Syriam, ad res Maronitarum cognoscendas, gentemq. in catholica fide confirmandam, à Ro. Pontifice missos superioris anni litterae docuerunt. Praeclarum testimonium sinceraе religionis, obedientiae, ac reuerentiae erga Romanam Ecclesiam genti vniuersae apud Ro. Pontificem, Romanaeq. curiae Antistites dederunt eorum antiquos libros sana doctrina integros, atque omni labè purgatos esse. tum alumnos, qui Roma profecti, ad suam gentem redierant, magno esse in honore; & ingentes afferre suis popularibus vtilitates. omnes porro vniuersè postulare, vt subinde ad se mittantur à Romana sede tales Sacerdotes, & doctores; quorum aduentu, praesentiaq. illorum animi Romanae religionis reuerentia recreentur. demum hoc vnum pusilli huius gregis oriente toto inter altissimas, & longo tempore obductas, & corroboratas haeresum, schismatum, aliarumq. impietatum tenebras catholicae religionis lumen collucere.

LAV-

Digitized by Google

LAVRETANVM, & reliqua Prouinciae collegia.

LAVRETANI collegij vtilitas cum Sanctissimae matris patrocinio coniuncta, de more in iuuandis ijs exstitit, qui religionis ergo ad hanc augustissimam aedem conueniunt. Sed praecipue hoc anno militibus vtilitas impensa. Obierat vertente anno, legitimo nullo successore, Alfonsus Atestinus, Ferrariae Dux. lege feudali ea ciuitas cum ditione vniuersa ad Ecclesiam reuoluebatur. erat in hac rerum mutatione suspicio non dubia tumultus alicuius. ergo eae parandae copiae fuerunt, quae vel tumultum comprimerent; vel, si opus esset, iustum bellum inferrent; vrbisq. mutitissimae expugnatione Ecclesiae ius suum vindicarent. Hae omnes iter fecere Laureto. Incredibile dictu est, quanto ardore milites vniuersi confessionis in hac sancta aede obeundae tenebantur. vt liquido appareret, B. Virginem è suis parietibus diuina beneficia in eorum animos infundere. neque fere fuit, qui non animum sub sanctae Matris patrocinio expiarit: nemo fere confessionem obiuit, qui non certa vota conceperit vitam in melius commutan-

Digitized by Google

tandi. tam multi è peccatorum abyſſo extracti, vt periti rerum aeſtimatores iudicauerint, operam nauatam eſſe, quod hoc bellum ſuſciperetur; vel ſi fructus alius nullus exſiſteret, quam vt tantus hominum numerus à perdita ad frugalem vitam, & cultum ſuſcipiendum pietatis reuocaretur. Nulli per eos dies Sacerdotum fuit otium: tanta militum fuit & multitudo, & contentio ſacramenta flagitantium. Quod ſi quando, vt in tanta multitudine, belliq. feſtinatione neceſſe fuit, itineris neceſſitas confeſſioni praeuerteret; dici non poteſt, quanta maeſtitia diuellerentur inconfeſſi; contraq. ſacramentorum facti compotes tanta alacritate diſcedebant, vt ad vitam pro Eccleſia fundendam egregie animati proficiſcerentur. Vnus ex eis nondum Lauretum peruenerat, cum in propinqua ciuitate pleuritide percuſſus grauiſſime coepit aegrotare. cum ei ſuaderent amici, vt curationis cauſſa ſubſiſteret, tanto confeſſionis in virgineo templo explicandae ſtudio ſuccenſus eſt; vt infeſtiſſimo grauatus morbo, gemebundus, & anhelans; humeris innixus adoleſcentis filij, pedes huc venerit. templum ingreſſus, corpus aegre ſuſtentans, ſemianimis Sacerdotem adit, (& commodum ſub ipſum tempus Sacerdotes deſcenderant ad opus) orat confeſtim ſibi aures dari: maturato opus eſſe: ſeſe

iam

iam iam animam exhalaturum. confitetur. confessione peracta, magna cum omnium admiratione omni prorsus morbo liberatus est. gratiae clementissimae matri persolutae.

Excursionibus nonnullis partim accitu Praelatorum, partim vltro susceptis, magni reuecti fructus animarum. Episcopus vnus vtilitatem ministeriorum admiratus, dolere se aiebat, non ante sibi notam hanc docendi populos industriā: non vtique se tandiu hoc fructu caituruum. Adiuta sacrarum virginum coenobia: puellae honeste collocatae: egentibus opportuna auxilia allata.

PERVSINI collegij aedificatio multum aucta est hoc anno: duae constructae aulae, nouem cubicula cum solario, impensam, maximam partem, piorum liberalitas sustentauit. Illustrissimorum praesertim Alexandri Centurionij, vrbis, & Vmbriae Praefecti, & Ascanij Cornei Marchionis nobilis Perusini. quorum hic quadringentos, ille trecentos quinquaginta numos aureos dedere. Accessere ad partem meritorum pia quaedam S. Francisco dicata Sodalitas, alijq. sed multum ad aliorum liberalitatem excitandam profuit Illustrissimi Centurionij studium & beneuolentia erga nos, qui non desistit negotium modis omnibus perurgere, nostra vero omnia ita suscipit, vt si

ad

ad se ipsum pertinerent: nostraq. opera in rebus arduis vtitur perlibenter: nec cessat eius in nos liberalitas noui aliquid semper addere. praeter cetera Quadrageſima tota per suum opsonatorem piſcatum abunde vniuersae nostrae familiae quotidie suppeditauit. Pari nos benevolentia Reuerendiſſimus Epiſcopus proſequitur; nostrosq. adhibet ad monialium praeſertim coenobia iuuanda. Pergit vtraque Congregatio in studio, & cultu pietatis suum tenere curſum, & è maiore quidem in religioſam familiam aliam vnus, è minori vero duo in Capuccinorum transiere: nostrae Societatis ſtudio tenentur quatuor. vnus factus voti compos, reliquis tribus in tempus opportunius dilatis.

FLORENTIAE ad sacrum inſtrumentum, aedificationemq. eleemoſinarum non nihil collatum.

SENIS diem ſuum obijt P. Georgius Vitusius Germanus, virenti adhuc aetate; ſed religioſa maturitate, ſingulari modeſtia, & comitate omnibus, quibus cum vixit apprime carus: mores ipſum & nobili loco natum, & inter nobiles educatum indicabant. Neapoli ſtudiorum ſuorum curſum, magno ſuarum virtutum odore relicto, tranſegerat: ibiq. contracto morbo, cum in Germaniam rediret caeli patrij ſalubri

Digitized by Google

lubritatem experiundi consilio, morbi pressus grauitate, ex itinere hic subsistit; vt hinc in veram Germanamq. animorum patriam euolaret. Operae fructus multis, magnisq. pacificationibus, quibus caedes aliquot prohibitae sunt, constitit. Factae item sunt multae & rei alienae, & famae violatae redintegrationes, praesertim religiosorum; qui id erga se officium à nobis magna gratia exceperunt. Scholae non infrequentes sunt; & probitate, ac iuuenum nobilitate florent. Sodalitas B. Virginis duos nostrae Societati dedit: alij eadē concepta aluni vota. Scholastici praeterea, qui publici gymnasij scholas frequentant, nostrorum ductu piā viuendi consuetudinem, & frequentem sacramentorum vsum susceperūt. eorum quatuor in Societatem sunt admissi. Auctum est sacrum instrumentū nonnulla supellectili, vestequestemplum nouo ornamento, quotidiana scilices per Quadragesimam concione. collegio insuper, praeter eleemosinas multas minoris aestimationis, frumenti non modicus numerus attributus.

MACERATENSE collegium discipulos duos in Societatem allegit; cum alij ad Capuccinos se contulerint. E publici gymnasij scholis multi in Sodalitatem B. Virginis sunt adscripti. Meretrices nonnullae à turpi vita abductae honesto in vitae statu perseuerant.

E iudicum

Digitized by Google

Eiudicum collegio, qui Piceni totius maioribus causſis cognoſcendis praeſunt, (vulgo Rotam nominant) graues inter duos exarſerant inimicitiae; neque multarum, & grauium perſonarum interuentu ſedari potuerant. erat ea res Prolegato, ciuitatiq. vniuerſae magnae perturbationi. Adortus eſt eorum alterum noſter Sacerdos, qui illi erat à confeſſionibus; eoq. hominem communis boni cauſſa facile adduxit; vt, cum & grauius laeſus eſſet, & ſaluo poſſet officio ius ſuum perſequi: tamen diceret; ſe, ſuaq. iura omnia, omnemq. exiſtimationis ſuae rationem ſui confeſſarii arbitrio permittere: nunquam ſe illius auctoritati refragatum, nolle in re tanta à ſe ipſo diſſidere. ita omnium magna laetitia, & bono ciuitatis ad arbitrium noſtri Sacerdotis compoſita pax eſt.

IN RECINETENSE collegium multi è Lauretano collegio labores redundarunt. multis videlicet, quibus in Sancta Virginis aede locus non eſſet, huc ſe vicinitate loci confeſſionis cauſſa reuoluentibus. Remedia praeterea incommodis aliquibus adhibita. Puella per vim abrepta, periculo noſtrorum opera ſubducta, atque in tuto collocata: curatumq. vt raptores ſponderent, ſe illi in dotem curaturos. Noſtrorum item opera alteri idonea dos curata eſt. Deſciuerat à Sodalitate B. Virginis, &

à nostra simul disciplina miser adolescens, bic lesaliter sauciatus, malum sua sibi accidisse culpa dolens protestatus est; quod contumacem se nostrorum consilijs praebuerit. pro miraculo est habitum, vt tamdiu vitam retinuerit, quoad magna cum diligentia vniuersae vitae confessione animam purgauerit. Adiuta praeterea & hic, & in vicinis opidis, quo nostri subinde accersuntur, monialium coenobia.

TIBVRE Ioannes Sappinus decessit, frater multa vitae innocentia, & singularis amator paupertatis: fuitq. tum nostris, tum externis ob suam probitatem apprime carus. Ceterum, quod attinet ad operam, vir cum coniuge reconciliatus, quam inanes ob suspiciones clam veneno tollere statuerat. Alius, paribus suspicionibus exstimulatus, fororis caedem molieba tur: & hic melioribus cõsilijs à temerario facinore reuocatus. Consultum est etiam virginum, viduarumq. pudori. Exempti è carcere, & periculo nostrorum opera aliqui immerentes.

DEO LAVS B. Q. V. M. M.

Digitized by Google

INDEX
PROVINCIARVM.

Aquitania	296
Aragonia	339
Auſtria	84
Boetica	397
Belgium	264
Braſilia	492
Caſtella	371
Francia	290
Germania ſuperior	143
India	502
Lugdunenſis	306
Luſitania	475
Mediolanenſis	20
Mexicana	414
Polonia	58
Rhenana	208
Romana	575
Sardinia	353
Sicilia	3
Toletana	361
Veneta,	38

Digitized by Google

INDEX RERVM.

A

Adolescens, relicta nostra disciplina voluptatibus propemodum perit. 155
Adolescentis haeretico patre nati pietas admirabilis. 56
Aegrotis in nosodochijs viri nobiles ministrant. 409
Aegrotos immisso à diabolo tremore venefici curant. 536
Aegrotus à daemone oppressus contra praedictionem harioli sanatur 542. 543.
Aegrotus nobilis monita de salute reijciens iuuatur 187
Agni consecrati virtus, 77. 97. 122. 136. 148. 154 169. 172. 188.
Albenaci in Gallia, ciuitate haereticorum nostra frequentem obtinet concionem. 314
Aleatoria domus clausa. 533
Aleatoris insignis conuersio. 533
Anglorum Seminarium Audomarense 282. *Hispalense* 401. *Vallisoletanum.* 373
Aquae benedictae hausu haeretici hominis filius desperato morbo sanatur. 148
Atheus homo ad fidem conuertitur. 315

Bar-

B

Barbari inter se confoederati Euangelij impediunt processum 456
ex Breuiario Romani neophyti Tahues in Mexicana diuinum officium etiam Sacerdote desistente recitant. 459

C

Cæcitate corporis continentiæ donum impetrat à B. Virgine neophytus Mexicanus. 423
ad Caenam hæreticorum catholica femina itura sit caeca: facti paenitens sanatur. 51
Calculi doloribus femina confessionis, & Eucharistiae sacramento liberatur. 78
Caluariae mons in India S. Thomae memoria religiosus. 553
Caluini, Caluinianiq. catechismi mendacia, & improba doctrina confutata 179. 302.
Carcere exempti pauperes opera sodalium B. Virginis Caesaraugustae octoginta 342. In Balearibus mutuo octoginta tres 351. Calari centum viginti quinque 357. Cordubae multi 409. Olyssippone quadraginta. 478
in Carcerem inducitur cultus pietatis. 357
Carnium esus contra leges Ecclesiae diuinitus punitur 52. 200
Castimoniae exempla 422
Catechismo qui die Dominico interfuit, opus ei tota hebdomada bene succedit. 168
de Cathechismo frequentando latae leges 238. 279.
Catechumenorum domus Goae 111. Bazaini duae

Digitized by Google

527. Damani 530. Coccini 532. In ora Piscariae 547.

Catholica religione restituta, caeli, terraeq. benignitas restituitur. 125

Catholici nostrorum praesentia animati audēt cum haereticis congredi. 139

Certamen extremum pij adolescentis in morte cum diabolo. 408

Christi corporis pompa ab haereticorum clandestinis consilijs defensa, & cohonestata. 107

Cicimecae gens fera in Mexicana, 469. 470.

de Clandestinis matrimonijs Tridentinae Synodi decretum edicitur. 249

Coloniae neophytorum tres ex asperis montibus in campestria deducta, 464. 466. 467.

Confessionis peccata multa reticere rusticus mira diaboli arte iubetur. 393

Confessionem negligens aegrotus miles dum corporis studet valetudini inconfessus moritur 319

Confessionem obire nocturne viso quidam iubentur. 156. 181.

Confessionis ad templi fores ante lucem multi praestolantur. 490

Confessionis iucunditatem multi demirantur. 101

Confessionis sacramento mala multa depulsa. Mulier partus difficultate liberata 25. Angore animi alius 41. Adolescens recens ab haeresi conuersus, grauiter aegrotat 51. Darpatensis alius morbo, & amentia 76. Aliqui infestis intemperijs 77. Femina calculi doloribus 78. Matrona nobilis, medicorum iudicio desperata, omni morbo 89. Amentia aliqui 101. Ostento quodam alius 156. 157. Mulier angore animi, & daemonis infestatione 199. Virgo alia daemonis infestatione 199. Desperatione alius 290. Puellae duae magnis intem-

peries

Digitized by Google

ferijs 249. *Milites duo grauis morbo* 319. *Adolescentes duo portentosis vterque monstris* 323. 324. *Mexicanus adolescens morbo* 432. *Viperae morsu mortifero alius* 432. *Mexicana multis omnibus membris capta integram recuperat valetudinem* 432. *Neophytus Indus morbo.* 544.
Confessori Iesuitae Sacerdoti rustici veruntur 214. *Aulus vxorem prohibet.* 287
Criminatio falsa diuina animaduersione punitur. 531.
Crucem ethnici quoque venerantur. 535. 545.
de Crucis religione impia disputatio caelitus punitur. 526
Cruenta reperta reddendae proscribitur; miramur hos haereticis. 68

D

DAemones, aliasq. personas barbari quoque historionice imitantur. 465
Demetrius Naprogin Transylvaniae Antistes 118
Diaboli artes ad decipiendam virginem. 27
Diaboli varijs infestationibus femina liberata 199.
Diaboli arte adolescens portentose agitatus. 323
Discipuli haereticorum filij scholarum nostrarum studia sectantur. 167
Discipuli nostri patres suos excitant ad eleemosynam faciendam 54. *Omni laudum genere discipulos haereticorum arcessunt* 67. *Studio flagrant alios seruandi* 256. *Carcere detentos adiuuant.* 502
Discipulorum nostrorum exemplo multi grandi natu ad flagellationem conuertuntur 54. *Integritas & amor castimoniae* 322. *Eorum parentes nostros*

Digitized by Google

gratias agunt, quod magna pietate mortem obeunt. 240
Discipulorum nostrorum constantia in catholica fide retinenda. Adolescentuli Pragensis 99. Pueri cuius, & alterius Monachij 154. Norimbergensis discipuli 221. Pauperis cuius Fuldae 229. Discipularum Confluentinorum 240., Paderbornensium 245. Hildesiensis pueri 260. Duorum aliorum 262. 263.
Disputationes cum haereticis susceptae 98. 126. 127. 141. 252. 254. 261. 299.
Doctrinae Christianae signum Virginea forma Olisippone dedicatur. 478
Doctrinam Christianam ut doceat in patria noster discipulus euincit a patre. 147
Dominicanae familiae Magister Generalis à nostris excipitur. 399. 400.
Dura hominum ingenia, & à nostro nomine aliena flectuntur. 217
Dux quatuor millium peditum, antequam ad bellum ducat, domi nostras ad propitiandum Deum se colligit. 89
Dynasta catholicus insigni pietate. 218
Dynasta ethnicus Christianus fit. 500

E

Eleemosinae insignes. Panormi à concione collectae 5. Sublinensis Capitanei 59. Fundatoris collegij Calissiensis 61. Ferdinandi Austriaci 91. Augustani ciuis 176. Cardinalis Bauari 3. Ratisbonensis Archiepiscopi 182. Vnius è Consiliarijs Ducis Bauariae 205. Spirensis Episcopi 226. Archiepiscopi Confluentini 243. Magistratus Coraracensis 280. Duarum sororum ciuium Contracensium

censum 280. Matronae Valentinae 340. Iacobi ab Agullana 351. Senatus Populiq. Matridiensis 361. Magdalenae Vlloae 387. Diuersorum 486. Portuensium 487

Eleemosinas pauperibus conquirendi mire studiosus P. Michael Rerthamer. 84

Energumena ingenti corporis onere grauata. 136

Energumenus magna catholicae religionis gloria liberatus. 134

Ethnici filios suos in nostram tradunt disciplinam, & baptizari permittunt 535. Christiana sacra reuerentur 539. Homines è Societate plurimi fabricunt. 546. 551.

Ethnicus nobilis diuino instinctu magno ardore baptismum petit. 552

Euangelium scriptum aegrotis applicatum salutare. 538. 539. 568.

Euangelio recitato aegrotus de mente deiectus respicit 409. Puerpera in extremis constituta feliciter parit. 432

ex Eucharistiae aspectu magnum capit fructum frater è Societate; 348

Eucharistiae sacramento abstinent neophyti stolido errore decepti. 427

Excursiones maximae utilitatis. In Samogetiam, & magnus ibi catholicorum feruor 49. In Podoliam 56. In Samogetiam iterum 69. In Croatiã, 140. Eluangam 150. Campidunum 153. Almangauiam 151. Ad arcem, & opidum Vallis Ternensem 151. E collegio Monachiensi 157. 158. Abusiacum, seu Fuessenem 176. E collegio Ratisbonensi duae 181. E domo Probationis Landspergensi, 201. E Constantiensi residentia 206. E collegio Coloniensi ad vrbem nullius prope religionis 210. E domo Probationis Treuirensi 214. E Moguntino collegio

Digitized by Google

collegio 217. E collegio Fuldensi 229. E collegio Cō-fluentino 241. E Monasterienſi collegio duae 251. E Leodienſi collegio 275. E collegio Agennenſi duae 302. E collegio Chamberienſi 316. Ad caſtra Sabaudiae Ducis 318. E collegio Dolano quatuor 323. E collegio Caeſaraugustano 343. Ad Caliacanenſes in Mexicana 459. E collegio Conimbricenſi 482. E collegio Eborenſi duodetriginta emiſſi Sacerdotes in ſextum menſem peregrinati ſunt. 485. Ex Angrenſi collegio 489. Ex collegio Baienſi 496. In Vaſpicotae montibus vrbes multae, opidaque adita. 541

ad Exercitationes ſpirituales admitti poſtulat ma-nachus cum lacrymis. 144

Exercitationibus ſpiritualibus exerceri optat haereticus vir nobilis, & doctus, ſi id ſua religioni repugnet. 224

Exercitationibus ſpiritualibus multo cum fructu exercitii. Adoleſcens cum matre exſilium, & grauem calamitatem inſigni fert patientia 42. Venetus patricius, adulta iam aetate Romanam curiam cum religione commutat 44. Ingolſtadij viginti quatuor exercentur, in quibus viri primarij 144. Treuiris multi 212. Spirae viginti ſex, viri primarij ferme omnes 222. Louanij multi, & primarij viri 256. Muſſiponti magni ad eas concurſus, magnaque exiſtimatio, & celebritas 291. Viriduni canonicus inſignis, & hortatu illius alij 295. Toloſae religioſi viri, feminaeque 297. Angli alumni viginti Valliſoleti 373. Cordubenſis adoleſcens mirum in modum immutatus 407. Granatae multi. 410

in Exercitationum ſpiritualium commendationem multa 222. 223. 291.

Exercitio ſanatur adoleſcens animam iam iam exha-

exhalaturus 541. Alius 542.
Extremae unctionis sacramento inuncta mulier aegrota sanatur. 199

F

Femina catholica ad caecam haereticorum iuram fit caeca; reuersa ad Ecclesiam sanatur. 151
Femina catholica inter haereticos moriens catholicum Sacerdotem precibus impetrat à Deo. 120
Femina variis infestationibus daemonum liberata 199.
Feminae neophytae mirae pietatis mors. 457
Feneratores duo in morte iniusta se rerum possessione abdicant 267. 268.
Ferdinandi Austriaci Archiducis pietas 91. Eius beneuolentia, & beneficentia in Societatem. 91
Ferdinandus Padilla Numantini collegij fundator. 389.
Festorum dierum saltationes, & lasciuiens licentia perniciosa. 36
Filia opem ferre nouicio Societatis recusat, ne saecularia negotia attingat. 19
Filiolos ad nostros Sacerdotes benedictionis caussa parentes adducunt. 196
Filios ab ingressu religionis prohibere perniciosum. 171.
Flumen alio corriuatum ad laxandas nostras aedes. 60.
Fornicationem nullum esse peccatum aliqui sibi persuaserant. 18
Franciscani Patres, Sanctimonialesque nobis fauent 331.
Fratrem minorem à Societate fugacem ad Societatem vocatur ipse. 111

G

in Geneuensium fines nostri Chamberio excurrunt. 317
Gentilissmum impiosq. cultus in suam gentem reuocare barbari nituntur. 438. 440.
Globulo piaculari Mexicana mulier fetido vlcere sanatur. 431
Graeci schismatis homines Polociae reconciliationi cum Ecclesia Romana aduersantur 62. Niesuisii quoque. 74
Gratianopoli vbi maxime viget haeresis noster accitus frequentem vbinet concionem. 314
Grandi aetate homines ad Societatem veniunt. P. Iosephus Vernagallus ante multos annos 6. Vincentius Morellus 9. Bartolomaeus Borgarellus ante paucos annos 24. Nobilis Venetus 42. Doctor vtriusque iuris Ingolstadij 144. Dilingae parochi duo 145. Landsporgae quatuor 197. Qui fratrem suum à Societate reuocare contendebat 215. Theologiae Licentiatus Duacensis 272. Canonicus Tullensis. 295

H

Harioli ethnicorum neophytos in fraudem illicientes puniuntur. 523
Haeresis electione magis, quam iudicio retinetur. 106. 118. 229.
Haeretici ad fidem conuersi, Patauij duo 39. Vilnae ad Seminarium Pontificium allecti multi 46. Ex externit ibidem ab haeresi quinquaginta vnus, à schismate Graecorum quadraginta duo 47. Branspergae è discipulis pauperibus multi 50. Multi alij

Digitized by Google

alij ab alumnis Pontificijs in Patria 50. Nostrorum opera praeterea Bransbergae septuaginta, septem 51. Pultouiae nouem 55. Excursione in Podoliam ab haeresi quadraginta septem, à schismate quatuordecim 56. Posnaniae ab haeresi triginta 58 Lublini sexdecim, à schismate sex 59. Calissij duodecim 59 Polociae excursione quadam ab haeresi multi, à schismate plus septuaginta, 64. Excursionibus in Samogetiam multi ab haeresi 70. Ex Rosetana arce Lutheranus minister exactus, & conuenticula haereticorum disturbata. 70. Cracouiae triginta 71. Cracouiae item alij septendecim ab haeresi, à schismate alij 72. Nieswisij aliquot 73. Derpati ab haeresi septendecim, à schismate tredecim 75. Leopoli ab haeresi quinquaginta, à schismate partim Graecorum partim Armenorum triginta 77. Torunij ab haeresi triginta octo 80. Gedani septem 83. Viennae ducentis fex, aliq. praeter multos à suis sectis abalienatos 88. Graecij nonaginta 92. Olomucij septuaginta 103. Brunae triginta 105. Crunlouij vnus, & triginta 111. Commotouij viginti nouem 112. Nouodomi multi 115. Thurocij quadraginta sex 118. In missione Prussensi vici toti vndecim 125. Claudiopoli triginta 132. Praeter hos alij quadraginta quinque 133. Ingolstadij triginta duo 145. Dilingae viginti sex 148. Eluangae duodecim 150. Campidani aliqui 150. Vallesternae tredecim 152. Oetingae item tredecim 152. Monachij viginti septem 156. Oenipauti decem 168. Augustae plus triginta 173 Ratisbonae quadraginta 179. Messianibus Ratisbonensis collegij quindecim 181. Friburgi multi 188. Lucernae vndeuiginti 191. Oetingae rursus aliqui 203. Constantiae quadraginta tres 206. Coloniae viginti quatuor 210.

Digitized by Google

Treuiris multi 212. *Excursionibus è domo Probationis Treuirensis aliqui* 215. *Moguntiae nonnulli* 216. *Herbipoli triginta vnus* 220. *Spirae plus centum viginti* 225. *Alij viginti quatuor ibidem* 226. *Fuldae vndecim* 227. *Heilingenstadij quadraginta septem* 232. *Erfurdij duodecim* 234. *Molshemij aliqui* 238. *Hildesij viginti tres* 258. *Louanij quinque* 265. *Tornaci item quinque* 266. *Antuerpiae triginta* 272. *Ipris familiae aliquot* 278. *Insulis septem* 279. *Bruxellis aliqui* 280. *Milites multi in castris Belgicis* 281. *Camerasi duodecim, & Germani praeterea milites aliquot* 282. *In Hollandia quinquaginta quatuor* 283. *Calitij milites multi* 289. *Tolosae quindecim*, 297. *Burdegalis sexaginta* 299. *Petrocorijs nonnulli* 300. *Agennae sexdecim* 301. *Ruthenis sex*, 303. *Auenione viginti* 309. *Turnone ingens numerus* 312. *Gratianopoli factionis haereticae principes quindecim* 315. *Excursionibus è Turnonensi collegio non pauci* 315. *In finibus Geneuensium, nonnulli* 318. *Anicij nonnulli* 327. *Olisippone externi quinquaginta.* 478

Haeretici energumenos curare non possunt. 188

Haeretici fidem catholicam probant, sed humano pudore ab illa reuocantur 151. 173. 179. 229.

Haeretici impudicam mulierculam, vt ad frugem reducatur, ad nostros adduci suadent. 224

Haeretici in periculis ad catholicae religionis auxilia respiciunt 73. 103. 106. 119. 188. 233.

Haeretici nostras frequentant conciones 65. 83. 314.

Haereticorum conuersiones insignes. Vilnae viri clarissimi 47. *Adolescentis Bransbergensis*, 51. *Alterius, ministri Godanensis filius* 51. *Medici insignis, & puellae nobilis Posnaniae* 58. *Nobilis*

Rutt-

Digitized by Google

Ruteni è Graeco schismate 64. *Nobilis Niesuisiensis* 73. *Torunij multorum* 80. 81. *Adolescentis Dynastae magni filij* 92. *Alterius item nobilis* 94. *Ministri Berolinensis* 95. *Ministri alterius* 96. *Commotouiensis ciuis* 112. *Baronis nobilis Nouodomi* 115. *Virginis Thurociensis* 118 *Labacensium nobilium* 140. *Medici praestantis Eluangae* 150 *Adolescentis Augustani* 173. *Alterius ibidem. Iurisconsulti insignis Coloniae* 210. *Matronae nobilis Spirae* 225. *Familiae totius bene numerosae, & in ijs viri militaris valde peruicacis*, 232. *Virginis nobilis Monasterienſis* 247. *Saxonis adolescentis è Lutheri prosapia* 258. *Familiarum duarum in Hollandia* 284. *Hollandae feminae primatis* 284. *Ministri Caluiniani Tolosae*, 297. *Adolescentis, qui Montem Albanum studiorum causſa petebat* 301. *Adolescentis philosophiae studiosi Turnoni* 312. *Alterius item Turnoni prius Caluinistae, postea anabaptistae* 313. *Captiui militis in castris Sabaudiae* 320. *Viri nobilis à puero Genuae educati* 327. *Genuensis ciuis Anicij*. 327

Haereticorum filij catholicae religionis studio tenentur 150. *Scholas nostras frequentant*. 300. 302.

Haereticorum librorum arca plena nocturnam quietem matrifamiliae, in cuius erat domo inuerunt. 327

Haereticorum testimonia de Societate, 106. 139.

Haereticus peregrinantium religionem impedire contendens detectus. 231

P. *Hieronymi Otelij concionum fructus*. 6

Hospitales domos aegrotantium patres per vices diebus singulis inuisunt. 372

Digitized by Google

S. Hyacinthi caelitum numero retens adscripti celebritas 418. 419. 421.

I

Iacobus ab Agullana insigniter in nos beneficus. 350.
Idololatriae impiae religiones Christianae religionis nominibus barbari significant. 441
Idololatriam in suam gentem revocare Mexicani quidam conantur. 438, 440
Iesuitas inter & diabolum nihil interesse aliqui existimant 211 Fera monstra esse alij dicunt. 212.
B. P. Ignatij nomine eius chirographo caeca mulier visum recipit 351. Eius imploratione aegroti multi sanantur 380 Eius reliquijs vesano amore nepoyta mulier sanatur. 528
Ilerdensis collegij fundandi initium. 347
Incendium à nostro collegio sublatum. 194
ab Incubo amatore, & haeresi mulieres duae liberatae. 308
Indicam profectionem ex uno collegio Eborensi Socij sibi quadraginta deposcunt 486
Ioannes Gilhefeldius & viuens, & moriens de nobis benemeritus. 243
Italorum congregatio Pragae. 101
Iudaea mulier Christianam mulierem à conuenticulis haereticorum ad nostros adducit. 224

L

Lanae instar herba emollita corpori, & vestibus adhaereret. 463
Latrones duo damnati [illegible] iurissima obstinatione [illegible] in

ingentem poenitudinem traducti. 272
Litaniae in castris quotidie à militibus decantantur. 319
Lotaui hominum natio. 65
Lusitanis tres ingentes laudes à magno Rege tribuuntur. 558
Lutheri, Lutheraniq. Catechismi mendacia, & improba doctrina patefacta. 179
e Lutheri prosapia adolescens ad catholicam fidem conuersus. 258
Lutherus antichristianus. 179

M

Magiae maleficium horrendum. 246
Magicae artis damnati, in carcere adiuti. 246.
Magnitudo animi nostrorum in calamitate. 307
Mansagares Dynasta potens in India. 547
Mariae virginis nomine inuocato, virgo graui pudicitiae periculo liberatur, 346, *Alia eodem modo.* 423
Mater pauperum matrona pia vocatur. 213
Matrona nobilis ad catholicam fidem conuersa miro flagrat studio reuocandi alios ab haeresi. 225
Matthias Chellerus bibliothecam suam nobis moriens relinquit. 243
Mauri senes duo Mahomethis superstitionem in India disseminant. 530
Mediolanensis bellicarum machinarum artifex inter Mogores. 571
Melancholia graui adolescens confessione liberatur. 324.
Mendicum semiuiuum vnus è Farthenijs in humeros sublatum in vrbem importat. 328

Digitized by Google

Milites iniuria nobis inferenda abstinent. 89
Minister Caluinista conuersus ad fidem constans aduersus impugnationes. 297
Ministri haeretici coniux in morte Sacerdotem catholicum vult sibi adhiberi. 82
Ministri haereticorum contemnuntur. 314
Ministrorum haereticorum conatus contra nos. 314
Ministrorum haereticorum filij duo catholici fiunt. 145. *Alius.* 156
Ministrorum haereticorum improbitas ab ipsis etiam haereticis carpitur. 68
Miracula ingentia ad aedem B. Virginis Oetinganam commemorantur. 202
Misericordiam conclamante populo, obstinatus homo ad pacem cum inimicis faciendam flectitur. 483.
Missiones maximae vtilitatis. Vide Excursiones.
Mogorum primores Patribus fauent. 568
Monasteria Monachorum nostrorum opera adiuta. 146. 192. 207.
Monasteria Monialium adiuta, & reformata 16. 297. 309. 418.
Mons adiutorij locus insigni religione. 239
Mons albanus Aquitanica Geneua. 301
Mons sanctus locus antiquae religionis. 157
Montes asperos, & montium latibula nostri adeunt, barbaros ad fidem vt alliciant. 464
Morbi ex fame, & crudis alimentis profecti. 321
Morbi sacris rebus depulsi. Pane benedicto 25. *Voto nuncupato feminae duae* 32. *Sacrarum reliquiarum admota theca duo alij* 41. *Vnus emendatione vitae sanitatem impetrat oculorum* 72. *Herbis benedictis, & aqua benedicta spectra nocturna, & grauis morbus abiguntur* 76. *Vlcus in crure Mexicanae mulieris globulo piaculari sana-*

Digitized by Google

ſanatur 431. *Aſperſione aquae benedictae cum cinere benedicto puer in Braſilia graui morbo* 498 *In Vaipicotae montibus aqua benedicta, & ſacris precibus morbis variis multi* 541. *Voto eleemoſinae aegrotus* 545. *Ethniti hominis filius eleemoſina cruci à patre obl ata.* 545
Morbis graſſantibus noſtri ſuam operam ciuitatibus deferunt 2.28.237. 240. 266. 321. 391. 429.
Morbo afflicti ad Chriſtiani hominis officia reuocantur. 76. 286
Morientes catholici inter haereticos interuentu catholici Sacerdotis adiuuantur. 120. 121.
de Morte accepto nuncio laetatur vnus è fratribus Panormitanus. 7
Mortem ſibi praedicunt, aut praeſentiunt. Adoleſcens Caeſarauguſtanus 342. *P. Aluarus Ledeſma* 364. *Collegij Aſtigitani Rector adhuc valens* 412. *Cordubenſis adoleſcens* 408. *Virgo Tepozotlana in Mexico.* 435
Mortuorum domum vocant Eccleſiam Mexicani, quidam Chriſtiani. 464
Mulier ethnica longum iter conficit ad Chriſtiana ſacra properans. 549
Mulier laſciuo cultu delectata, admonita caueret ſibi à morte, repentino moritur. 277
Mulier fomae cultui dedita, peſtilentia percuſſa, ad inſignem pietatem conuertitur. 286

N

NAicus Dynaſta potens in India Chriſtianae rei fauet 548. 550.
Namurcum claram Belgij ciuitatem noſtri adeunt. 285.
Natalia Chriſti Domini etiam haeretici noſtro exe-

Digitized by Google

plo intempesta nocte festa laetitia excipiunt. 66
Neophytae mulieris occasione vniuersa illius patria Christianam legem petit. 548
Neophytos multos vexat malus daemon, sed sacris remedijs liberantur. 523
S. Nicolai oleo inuncti aegroti sanantur. 494
Nicolaus Hreder insignis Societatis promotor. 102
Nitriensis Episcopus in Vngaria nobis beneuolus, & beneficus. 123
Nobilis ethnicus magna vi intus permotus baptismũ petit. 552
Nouicij peregrinantes varijs difficultatibus constricti. 197. 198.
Nouicij suae vocationis desertoris paenitudo. 110
Nouicij varijs difficultatibus exagitati. Diuionensis 334. *Salmaticensis.* 376
Nouicius contumax emissus male perit. 69
Nouicius habitu, & vultu ad modestiam composito irati Baronis animum immutat. 110
Nouicius tertio, quam ad probationem admissus est die moritur. 519
Numi antiqui effossi cruce signati. 124

O

Olomuciensis Episcopus nobis beneuolus, & beneficus. 104
Ordines clericales etiam Christiani à S. Thoma retinent in India. 542
Oues amissas reperit qui superstitiosis reiectis remedijs pia consilia amplectitur. 169

P

Pacificationes insignes 43. 55. 316. 329. 353. 413. 417. 429. 482. 485. 505. 506.

Digitized by Google

Palatini Podoliae pietas insignis. 56
Palatinus Polociae catholicus valde pius. 63
Parecijs dynastae laici vsurpato iure praesiciunt, quos ipsi volunt. 147
Pastorum duorum adolescentium admirabilis vitae finis. 120
Pauperis adolescentis in catholica fide retinenda constantia 229. Alterius 261
Pauperes in fame multum adiuti 46. 47. 195. 312. 310. 320. 333. 487. 488. 494. 525.
Pauperes plus mille Toleti eleemosinis sublevati. 363.
Pauperibus iuuandis pecunia bene magna nostrorum suasu à morientibus legatur. 241
in Pauperum subsidium vectigal annuum constitutum. 350
Peregrinationes ad montem adiutorij, à catholicis, & conuersis ab haeresi suscipiantur. 230. 231.
Pestilentes, & morbidi in antris squalidis, ac foetidis à nostris adiuuantur. 287
Pestilentes adiuuans noster Sacerdos multa gerit. 267.
Pestilentibus iuuandis dimissi Sacerdotes. Fuldae 228. Molshemij in vrbe, & in agro 237. Confluentiae 240. Audomari 266. Dolae 321. Guaxaci in Mexicana. 429
Pestilentia sedatur, sacra processione traducta 541.
Pestilentia saeuiente nostri periculo subducti variis monasterijs commendantur 191. Percussi quadragenarium spatium extra vrbem transigunt 293. Scholae dimittuntur, aut transferuntur 228. 240 323.
Petrus Schineuinus singulari pietate vir, nostri fautor praecipuus. 86
Pietas insignis fratris iam demortui. 348

Digitized by Google

Pistorum dolus in fraudem catholicae religionis subiatus. 174
Pluuia caelitus demissa, deficiente aqua ad bibendum nostris peregrinantibus. 496
Praepositus Osnaburgensis Ecclesiae catholicae religionis restituendae studiosus 251
Praetor Ducatus Lucemburgici pie moritur. 274
Professio fidei ex Tridentina Synodo Monasterij fit à publicis personis. 249
Psalterium S. Bonauenturae in laudem B. Virginis ab impugnatione defensum. 178
Pudicitiae exemplum in femina. 345
Puella peregrina baptismum petitum venit. 465
Puer ethnicus miro Christianae fidei amplectendae ardore. 547
Pueri ethnici miris modis ad Christianam fidem adducti. 516. 517. 518.
Pueris alendis hospitalis domus excitatur. 42
Puer Maurus Arabicarum litterarum peritus, Alcoranum praelegere solitus Christianus fit. 530
Pueros idolis barbari sacrificant. 439
Puerpera difficultate pariendi in extremis constituta, confessione obita, & recitato Euangelio, parit incolumis. 432
Puerulus in profundam aquam lapsus miraculo propemodum liberatur. 325
Pus ex aegroti pectore eiectum sui vincendi caussa nouicius exsorbet. 347

Q

Vinque martyrum corpora Goam è Salsethide translata. 522

R

D. Razius bellicis laudibus clarus nobis fautor. 186.

Refor-

Digitized by Google

Reformatio magna ciuitatis Monasteriensis. 249
Restitutiones rei alienae magni momenti. 317. 323.
Reus maleficij damnatus admirabilem concipit paenitudinem 238. *Alij duo.* 272
de Rosaria precatione erudita concio. 235
Rudi ingenio quidam & obtuso cum summa admiratione praecipua Christianae doctrinae capita breuissimo tempore percipit. 345

S

S Abaudiae Dux nobis beneuolus, & benefícus 26. *Catholicae religionis studiosus.* 35
Sacerdotis nostri cadauer post quinquennium effossum integrum reperitur. 382
Sacramento Eucharistiae è pyxide prolato, iratus miles mitescit. 269
P. Salesii, & Guilielmi Saltamonchij martyrum reliquiae. 312
Salsethis in India. 521
in Saxoniam interiorem excursio perutilis. 251
Schismatici viri nobilis de veritate catholicae doctrinae testimonium. 64
Scholae haereticorum prae nostris contemnuntur. 298.
Scholarum nostrarum institutione factum esse vir nobilis fatetur, vt ipse haereticus non fuerit. 328.
de Scholis nostris duorum clarorum virorum testimonium 328. *Vendensis Episcopi.* 67
Seminaria neophytorum ad suae cuiusque gentis vtilitatem instituta. Mexicanum 424. *Cicimecanum, in Mexicana* 472. *Goanum S. Fidei* 511. *Thomarorum in Vaipicotae mōtibus* 540. *Coulanense* 544. *Tutucorinense in ora Piscaria.* 546

Digitized by Google

Seminarium clericorum qui se voto Ecclesiae cultui addicunt. 298
Sicarij praetereunti sacra supplicatione hominem interficere adorti à Deo puniuntur. 331
Sodales Parthenij negotium suscipiunt instituendi rudes. 345
Sodalium quorundam pietas, cum conscribuntur 333
Spineis sertis coronati nostri nocturno viso ostenduntur. 431
Sponsae duae, quod contra monita Sacerdotis in communi malo saltationibus non abstinent, diuinitus puniuntur. 242
Sterilis femina catholicam fidem amplexa veteri fecunditatem impetrat. 113
Supplicium dirissimum à duobus latronibus magna pietate toleratum, 273

T

THaulerorum studium Christianae religionis capessendae in Mexicana. 459
Templi nostri Dolani aedificationem absoluendam suscipit vir locuples, cum interuersa esset in vsum pauperum pecunia ei rei destinata. 321
è Templis sublati lasciui conuentus. 303
Templum Monachiense nobis à Bauariae Duce exstructum. 161
Templum nostrum Monasterienſe spectabili structura visendum. 250
Teuteci homines feri, & bellicosi. 453
Thomaeorum alumnorum pietas 540. 542. 543.
Thomaeorum Christianorum opida, viciue. Paluztes 534. Porca 538. Vaipicotae montes 539. Charamandelis. 550
Transiluani Principis studium in re catholica promouenda 128. & deinceps. Nobis fauet. 130

Valen-

V

*V*alentini Agricolae liberalitas & studium catholicae religionis promouendae. 239
S. *V*alentini sacellum in nostro templo piorum concursu celebratur. 103
*V*allis Grana. 35
*V*allis Lucerna. 32
*V*allis Sturana. 31
*V*aradinum Transyluaniae ciuitas. 129
*V*endensis Episcopus nobis benevolus 67. Eius testimonium de nostra puerorum educatione. 68
*V*enefica mirabilis. 122
*V*eneficia variae 122. 536. 537.
*V*ictoria insignis Christianae religionis candidatis diuinitus concessa. 499
de *V*ictu sibi detrahit ad eleemosinam P. Ambrosius Morescus. 27
*V*iperae morsu mortifero, confessionis tantum remedio sanatur neophytus Mexicanus. 432
*V*irgines ad monasteria erudiendae ad nostram mittuntur institutionem. 331
*V*irgines duae pari consensu, pariq; studio pietatis vna viuunt, vna moriuntur. 436
*V*irgini vox de nostrorum diuina tutela caelitus emissa. 310
B. *V*irginis aede: in vico Mondeuiensi miraculis clara 26. Oetingana. 202
B. *V*irginis Mariae nomine obsecratus homo libidine incensus se repressit, & totum ad pietatem conuertit. 423
B. *V*irginis ope aeger vehementi tertiana liberatur, 479. Mortuus, aut pro mortuo habitus in vitam reuocatur. 496

Virgi-

Digitized by Google

Virginitatem retinet ad vsque vitae finem alumnus nostrae disciplinae 74. Anglus adolescens 405. Claudius Rastellus in Societate vita functus. 326.

Virgo claustralis haeretica in periculo constituta, catholicae religionis votum concipit. 106

Virgonobilis ab haeresi reuocata ingentem concipit ardorem pietatis. 247

Virgo pudicitiae studiosa varijs artibus à diabolo tentatur. 27

Viri de Societate bene meriti. Bauariae Dux 158. & deinceps. Comes ab Helffenstein 221. Comes Buerardus à Manderscheide 239. Carolus Billeus, vir illustris 274. Ferdinandus Austriacus Archidux. 91. Ioannes Gilhefeldius 243. Iacobus ab Agullana 350. Labacensis Episcopus 142. Michael ab Agullana 349. Nicolaus Hreder 102. Nitriensis Episcopus 104. Olomutiensis Episcopus 104. Pultouiensis Episcopus 53. Ploensis Suffraganeus 54. Petrus Schineuinus 186. 187. D. Razius in Heluetijs 186. Sabaudiae Dux 26. Transyluaniae Princeps, 128

Viri locupletis ad catholicam fidem conuersi ardor, & studium iuuandi alios. 227

Vocationes nouiciorum insignes 109. 215. 383.

S. Vrsicini memoria, & religio. 196

Vxorem nostris confiteri prohibet, qui eos ad eam pestilentia percussam audiendam multis precibus accersit, 287

X

Xamores clerici minorum ordinum Christianorum à S. Thoma. 541

Zamo-

Digitized by Google

Z

Zamorinus Malabaricus Rex praepotens 556.
. cum Lusitanis fedus init. 559
Zeli apostolici in Christi fide propaganda, & rebus
. asperis ferendis rarum exemplum. 445
in Zelandia feruet haeresis. 283

Digitized by Google

Errata Corrige:

Pag. 21. lin. vlt. expectabatur, expetebatur. 26: vlt. diei, diu. 27: 19. per miniſtros, per ſuos miniſtros, 29: 1. moriens, eam moriens, 42: 21. compararent, comparent, 57: 5. egentis, gentis, 74: 1. ipſae, ipſi 75: 2. exercitatione, exercitationi, 85: 12. aetate, aeſtate, 136: 25. à mala, à mali, 151: 12. ſubactam, & ſubactam, 174: 20. inoluerat, inoleuerat, 184. 24. in tempus, in tempus aliud, 204: 1. praeterea ſumma, praeterea opera ſumma, 221: 7. conſuetudinem, condicionem, 246: 10. viſus eſt, niſus eſt, 258: 1. ſuperiora, ſuperiora tempora, 373: 19. inops, impos, 450: 10. cum ad domeſticos, cum adiunctis ad domeſticos, eadem pag. 24 praecipue, praecipua, 451: 9. cum illa, cum in illa, 462 9. dimiſere, demiſere, 470: 17. capienturq., capiunturq., 484. Poſt quartam lineam ſcribatur litteris maiuſculis. COLLEGIVM EBORENSE. 486: 10. ante verbum, Tertiam, haec periodus eſt omiſſa. *In egenorum vtilitatem, aliosq. pios vſus aurei ferme nongenti collocati.* Tertiam, &c. 598: 10. tum, cum, 608: 2. ſubſiſtit, ſubſtitit.

Digitized by Google

Errata alia cognitu faciliora.

Pag. 5. *lin. antepen. Cephaledicim*, *Cephaledium* 11. *pen. & afflicta*, *afflicta*, *pag.* 14. *& duabus sequentibus* 16, *&* 18, COLL. MONT. REG. *falsa inscriptio deleatur*, 24: 2. *egregijs*, *egregij*, 24: 8. *peregrata*, *peragrata*, 36: 19. *panegyrum*, *panegyrim*, 36: 23. *chories*, *choreis*, 45: 11. *Sublinenſi*, *Lublinenſi*, 50: 10. *permoti*, *promoti*, 76: 3. *corruptus*, *correptus*, 83: 8. *bonum*, *bonam*, 87: *antepen. nota*, *notae*, 90: *penult. excitationes*, *exercitationes*, 94: 3. *inficianda*, *infecunda*, 102: *vlt. Nredee*, *Hredec*, 111: *prima. delegere*, *detegere*, 112: 11. *noſtris*, *à noſtris*, 126: 5, *&* 23. Artopacus, *Artopaeus*, 147: 17. *Dilangam*, *Dilingam*, 153: 7. *diuerſus*, *diuerſum*, 158: 9. *collata*, *collocata*, 158: *antepen. iudolis*, *indoles*, 161: 21. *templo*, *templa*, 166: 18. *haubere*, *habuere*, 176: *penult. Quadrageſiam*, *Quadrageſima*, 207: 10. *virginis*, *virgines* 224: 22. *conſiliij*, *conſilijs*, 238: 4. *duos*, *duas*, 257. 23. *idem*, *item*, 260: 24. *cum*, *eum*, 269: 2. *ciuius*, *euius*, 274: 9. *templi*, *ad templi*, 275: 25. *Hicianum*, *Huianum*, 277: 20. *concept*, *concepit*, 309: 19 *in aeda*, *in aede*, 309: 23. *integritai*, *integritati*, 310: 9. *egitamus*, *agitamur*, 312. 8. *Vicisarienſis*, *Viuarienſis*, 324: 1. *agrent*, *agerent*, 328: 5. *cum*, *eum*, 331: 16. *caritate*, *ciuitate*, 336: 15. *rebus poſthabitis*, *rebus omnibus poſthabitis*, 344: 16. *conſenſerint*, *conſenſerunt*, 349: *penul. erogatus*, *erogatis*, 368: 22. *ordinis*, *ordinibus*, 375: 18. *vt marito*, *vt marito*, 383: 4, *perſunctis*, *perſunctus*, 384: 19. *cedenti*, *cedente*, 387: 7. *ſacrarum*, *ſacrorum*, 392: 8. *paenae*, *paene*, 393: 16. *clueris*, *elueris*, 398: 3. *Baiezano*, *Baezano*, 399: 4 *duplicatio*, *duplicato*, 414: 7. *altijsq. alijsq* 414: 18. *quoque*, *qua-*

Digitized by Google

quaque, 41: 9. 20. *praeria*, *preuio*, 426: 22. *Totonecapẽm*, *Totonocapem*, 427: 1. *Chumilanem*, *Chumatlanem*, 428: 10. *retardarat*, *retardaret*, 439: 1. *vs ethnici*, *vt ethnici*, 449: 11. *nhil*. cum punctο, punctum debet esse virgula, 465: 13. *opido*, *ab opido*, 466: 1, *tanta tamen*, *dele tamen*, 473: 24 *familiarium*, *familiarum*, 474: 19. *nostrae*, *nostra*, 477: 15. *esses*, *esset*. *ibid*. *vecuum*, *vacuum*, 478: 4. *victri*, *victrix*, 478: 6. *caexde*, *caede*, 483: 19. *obistnatus*, *obstinatus*, 483. *penult*. *totiuti*, *totius*, 485 4. *priuitas*, *priuatas*, 486: 7. *quiquenece*, *quisque nece*, 486: *penul*, *Iudos*, *Indos*, 493: 11. *percussa*, *percussa*, 503: 8 *administrauerant*, *administrauerat*, 506: 1. *fieria*, *feria*, 506. 3. *praefertur*. *secum*, mẽdosa interpunctio, debet enim oratio continuari, virgula tantum interpositа, 506: 14. *rlia*, *alia*, *ibid*. *simulatae*, *simultas*, 507: 11. *aaxilium*, *auxilium*, 508: 10. *Indicam*, *rem Indicam*, 508: 13. *dissidioruiam*, *dissidiorum*, 513: 21. *remittuntur*, *remittantur*, 522: 13 *Raccionola*, *Racciolana*, 523: 1, *quid*, *quod*, 525: 5. *aqsperſiſſet*, *asperſiſſet*, 533. *vlt*. *maiorae*, *maiore*, 535: 13. *admiſſis*, *admiſtis*, 544: 15. *Coleccis*, *Colecciꝭ*, 552: 14. *omia*, *omnia*, 568: 19. *amplictitur*, *amplectitur*, 569: 17. *instructam*, *instructum*, 570: 18. *praerat*, *praeerat*, 584 21. *proprio se*, *tolle*, *se*, 584. 25. *exempli*, *exemplum*, 589: 6. *Perpurati*, *Purpurati*, 606: 3. *grtiae*, *gratiae*.

Digitized by Google

Imprimatur.

P. Ant. Ghilb. Locumt.

Rutilius Gallacinus Canonicus deputatus vidit.

NEAPOLI.
Ex Typographia Tarquinij Longi
M. DCVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google